This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`

A 66056 5


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

3.4.4.8.

1

N3
1819

CAII CORNELII TACITI

QUÆ EXTANT

OMNIA OPERA

EXCUDEBAT C. L. F. PANCKOUCKE

TYPOGRAPHUS.

225-90

CAIUS CORNELIUS TACITUS

QUALEM OMNI PARTE ILLUSTRATUM

POSTREMO PUBLICAVIT

JER. JAC. OBERLIN

CUI POSTUMAS EJUSDEM ANNOTATIONES ET SELECTA VARIORUM ADDITAMENTA SUBJUNXIT

JOS. NAUDET

EX REGIA INSCRIPTIONUM ET LITTERARUM ACADEMIA IN INSTITUTO GALLICO

VOLUMEN SECUNDUM



PARISIIS

COLLIGEBAT NICOLAUS ELIGIUS LEMAIRE

POESEOS LATINÆ PROFESSOR

MDCCCXX

TABULA

RERUM QUÆ IN HOC SECUNDO VOLUMINE CONTINENTUR.

ANNALIUM liber undecimus. *Breviarium.* . : . Pag. 1
— liber duodecimus *Breviarium*. 87
— liber tertius decimus. *Breviarium*. 181
— liber quartus decimus. *Breviarium*. 295
— liber quintus decimus. *Breviarium*. 405
— liber sextus decimus. *Breviarium*. 517

N. B. Ante posthumas Oberlini adnotationes appositum est hoc signum *.

C. CORNELII TACITI

AB EXCESSU

DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER UNDECIMUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. I—III. Valerius Asiaticus a Suilio et Sosibio accusatus fraude Messallinæ et Vitellii evertitur, et hilare moritur. — IV. Somnium sævitiæ caussa. — V. In perfidiam advocatorum lex Cincia flagitatur. —VI, VII. Præmiis pro patrocinio modus ponitur a principe.

VIII. Parthi discordant. Gotarzes pulsus vires reparat. — IX. Pacem init cum Bardane; — X. hic victor a suis cæditur.

XI. Ludi sæculares. Domitius Nero destinatur imperio. — XII. Messallina Silium deperit. — XIII. Claudius aliud agit. Leges fert. Novas literarum formas vulgat. — XIV. De literarum inventoribus. —XV. Claudius haruspices firmat.

XVI. Italicus rex Cheruscis petentibus datur. —XVII. Mox de eo discordia gentis et bellum. — XVIII. Rebellantes Chaucos Corbulo reprimit. Is severe agit in milites. —

COMMENTARIUS.

Hunc librum ἀξίφαλον esse ne moneri quidem necesse est. Desunt autem, a fine libri 6. ad hujus initium, res gestæ annorum circiter decem. In quibus C. Caligulæ principatus in universum, et Claudiani imperii primores anni sex perierunt. Olim adolescens contexui Caianam historiam, et initia Claudii Corneliano exemplo stiloque. Distuli aut sprevi edere: postea in migrationibus meis, ut alia quædam, periit mihi hic labor, fraude an casu, non dicam. Lips.

XIX. Frisios componit. Gannascum cædit. — XX. Ardor ejus a Claudio repressus. Fossam inter Mosam et Rhenum ducit. Insignia triumphi ei indulta. — XXI. Sic et Curtio Rufo. — XXII. Nonius perit. De spectaculo gladiatorum et quæstoribus.

XXIII. Galli civitatem plenam adfectant, et—XXIV. Principe patrocinante, — XXV. Impetrant, et primo quidem Ædui. Patricii suppleti. Lustrum conditum.

XXVI. Messallina, amore vecors, — XXVII. Silio palam nubit. — XXVIII. Turbantur aulici. — XXIX, XXX. Narcissus per pellices rem defert. — XXXI. Claudius trepidat. Messallina bacchatur; — XXXII. Preces per Vestalem parat. — XXXIII. Narcissus principem nutantem incitat, — XXXIV. preces amolitur,— XXXV, XXXVI. sontium, in his Mnesteris, supplicium urget.—XXXVII, XXXVIII. Messallinam, languente principe, dein ignaro, cædi curat. Hæc gesta annis fere duobus,

C. VALERIO ASIATICO, M. VALERIO MESSALLA;

A. VITELLIO, L. VIPSTANO, COSS.

I. NAM Valerium Asiaticum, bis consulem, fuisse quondam adulterum ejus, credidit: pariterque hortis inhians, quos ille, a Lucullo cœptos, insigni magnificentia extollebat, Suilium accusandis utrisque immittit. Adjun-

Adulterum ejus. Poppææ, ut apparet. LIPS.

Credidit. Messallina scilicet.

A Lucullo cœptos. Libri vett. *a Lucullo emptos.* Iidem *extollebat*, non, quod Rhenano supponere visum, *excolebat*. Luculliani horti infra sæpius nominati: et in principis res pervenerunt, manserunt que ad ætatem Trajani. De iis quidem Plut. in Luc. c. 81, p. 518., Ὅσου καὶ νῦν, ἐπίδοσιν τοιαύτην τῆς τρυφῆς ἐχούσης, οἱ Λουκουλλιανοὶ κῆποι τῶν βασιλικῶν ἐν τοῖς πολυτελεστάτοις ἀριθμοῦνται. LIPS. Alii tamen codd. a Pichena et Schotto inspecti *cœptos*: quod verum est. Atque hoc est etiam in prima ed. (quanquam vitio operarum est *captos* pro *cœptos*) item Puteol. Rivii. Mox pro *extollebat* frustra Rhenanus scripsit *excolebat*, ut etiam est in ed. Puteolani, quam haud dubie veteris editionis nomine intelligit Rhenanus ad h. l. nisi Rivianam dixit, quæ pariter sic habet. *Extollebat* est augebat, insigniores reddebat, ornabat. 6, 42., *Tiridaten extollunt veterum regum honoribus.*

gitur Sosibius, Britannici educator, qui, per speciem benevolentiæ, moneret Claudium, « cavere vim atque opes principibus infensas : præcipuum auctorem Asiati-

1. *Moneret Claudium, auri vim atque opes.* Quasi id per Sosibium docendus esset Claudius. Ceteroquin scio *magnam vim auri atque argenti* etiam apud Ciceronem occurrere in Tusculanis. In scriptis *caveri vim;* nisi quod de Flor. tacet Pichena. Unde legebam aliquando, *caveri e re vim atque opes.* Vide 4, 2. Infra 12, 16. Ann. 1, 24., *Nullis satis certis mandatis ex re consulturum. In rem esse* Ann. 4, 33., *an hæc conquiri tradique in rem fuerit.* Sic et Paterculus. V. not. ad 2, 125., *non abs re fuerit* Suetonius Aug. 94. Dom. 11. At codex Agricolæ, *moneret Claudium, caveret vim.* Optime.

Adde ad 13, 21. Rhenanum tamen secutus est Aldus, Gryph. Ern. Cod. Bud. clare habet *cæptos.... extollebat.* De hortis cf. c. 32.

Sosibius. Nescio, an ille sit, qui Arnobio nominatus l. 4, p. 144., *Nam ab Hippocoontis liberis ipsum Sosibius Herculem cruciatum rettulisse pronunciat.* Itemque Clementi Alex. Ad gentes p. 10. Suidas etiam literatoris meminit hoc nomine in Σωσίβιος. Lips. Libertus, pædagogus, sive etiam servus adhuc. Anicetus libertus, Neronis olim educator, est 14, 3. Tales *educatores* ap. Cic. Planc. 33. Mentio etiam educatoris in inscriptione ap. Murat. p. 1021, 1. Ern.

Vim atque opes pr. infensas. Vis est potentia, quo sensu non uno loco dixit noster : *vis Parthorum* 2, 60. est potentia Parthorum. De *infensas* vid. ad 6, 34. Ern. — * Dureau de Lamalle *vim* interpretatur per hominem vividum, audacem.

Auri vim atque opes. In vulgatis est, *caveri vim;* et turbant in restituendo loco Rhenanus et Maurus. Mihi veræ lectionis auctor Farnesianus liber in quo *cauri. e* litera superius adpicta : et historia ipsa, quoniam auri vis Asiatico caussa necis. Dio 60, 27., Ὁ δ' Ἀσιατικὸς ἀφῆκε τὴν ἀρχὴν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πλούτου, ὑφ' οὗπερ καὶ ἀπέθανεν. Et, si otium est, adde reliqua, cum iis, quæ apud Zonaram 11, 9. excerpta. *Auri vis*, optima dictio, quam iterum usurpat noster 16, 1., *Specum altitudine immensa, quo magna vis auri contineretur.* Quod Vertranius interpunctione juvari locum existimat, *per speciem b. moneret, Claudium caveret, vim atque opes*, quasi Sosibius Asiaticum monuisset non Claudium : clare sequentia aspernantur. Denique, quid hoc sit, vim esse principibus infensam? quasi non cuivis etiam e plebe. Nam omnis certe vis omnibus mala. Lips.

Add. Repugnaverunt mihi quidem e supervacuo, in verissima emendatione, quam probet iis vel Aristoteles Polit. 4. 11., Οἱμὲν ἐν ὑπεροχαῖς εὐτυχημάτων ὄντες, ἰσχύος καὶ πλούτου, καὶ φίλων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ἄρχεσθαι οὐκ βούλονται οὐτε ἐπίστανται. Ex quo vides, Sosibium nimis vere monuisse, *aurum* et *opes principibus infensa.* Lips. Sic (*auri vim*) esse in cod. Flor. Pichena confirmat, negant alii et ibi esse *caveri*, quod restituit Jac. Gron. estque in ed. pr. Puteolani etc. Sed *moneret* desiderat aut *caveret*, quod est in cod. Agr. aut cum Guelf. *ca-*

cum interficiendi Cæsaris : non extimuisse concionem populi romani, fateri, gloriamque facinoris ultro petere.

2. *Gloriamque facinoris ultro petere.* An *appetere?*

vere. Sic 4, 67 : *qui monerent perfugere ad Germanicos exercitus*. Video quidem a Salinerio laudari *orabant caveri insidias*, e 13, 13. Sed ibi Flor. *cavere*, idque recte repositum a Pichena. Igitur non dubitavi et hic sic rescribere. Si quis tamen malit e cod. Agr. *caveret*, non valde repugnem. Sed tamen *caveret* videtur esse correctio librarii, ita affecti, ut Pichena ad 13, 3. h. e. putantis, infinitivum vitiosum esse. Ern. Fallitur egregie Rhen. quum priorem codicis Bud. lectionem fuisse tradit : *caveri indeque*. Sunt hæc a secunda manu, restantque vestigia, quæ docent, adfuisse *auri vim atque*. Simile quid in cod. Flor. versari, dissensus Pichenæ et Gronovii ostendit. Ingeniose Bipontini ex cod. Farn. lectione exculpunt *Valerii*, ubi *moneret* idem, quod *doceret*. Putant, Sosibium ista geminatione nominis augendæ invidiæ et fidei gratia usum; fuisse quippe Valerio opes gentilitias et Asiatici cognomen majores spiritus et ferociam principibus infensam signare. Addunt, solere nostrum et alias eos, de quibus dicit, mox gentilitio nomine, mox cognomine efferre, ut 5, 4., *Neronem Cæsarem, Germanici f.* H. 3, 11., *Aponium Saturninum*. Mihi recepta lectio bonum fundere sensum videtur.

Interficiendi Cæsaris. Interpunxi post *Cæsaris*, ne sequentia a præcedentibus pendeant. Nam caput est duplex : primum, quod auctor præcipuus fuerit Cæs. interficiendi; alterum, quod id etiam palam tulerit in concione : idque non animadversum, quia Tacitus non dixit, *nec ext.* Sed id non erat necesse. Ern.

Non extimuisse concionem. Ex scriptis legas, *non extimuisse concione populi rom. fateri, gloriamque*. Id est, in concione. Quod autem ait, præcipuum auctorem interficiendi Cæsaris Asiaticum, addicit ei Seneca de Tranq. 2, 18., *Ea referam, quæ illum* (Caium) *exitio dederunt : Asiaticum Valerium in primis amicis habebat, ferocem virum et vix æquo animo alienas contumelias laturum. Huic in convivio, in concione*, (forte, *cognitione*, cum videlicet adsessor ei consiliariusque Asiaticus esset,) *clarissima voce, qualis in concubitu esset uxor ejus, objecit. Di boni! hoc virum audire, principem scire, et usque eo licentiam pervenisse, ut non dico consulari, non dico amico, sed tantum marito, princeps et adulterium suum narret et fastidium?* Vide Josephum Ant. 19, 1, 20. Lips. Rhenanus e cod. Bud. volebat *concionem*, quod est etiam in ed. princ. sublato mox *fateri:* quod non quidem ab ipso, sed ab aliis tamen in textum receptum, etiam Lipsio. Quod nunc est, restituit Pichena in libris, estque in MS. Guelf. etiam in ed. Puteolani, et Rivii. De re ipsa vide narrationem Dionis 59, 30. Ceterum res hic invidiose augetur. Nam proprie non fassus est tale quid, sed se optare dixit, ut interfecisset ipse Caium. Locus Senecæ a Lipsio allatus extat de Constantia c. 18. Ern. Sequor Bipontinos, qui *concionem* codicis Bud.

Clarum ex eo in urbe, didita per provincias fama, parare iter ad Germanicos exercitus; quando genitus Viennæ, multisque et validis propinquitatibus subnixus, turbare gentiles nationes promptum haberet. » At Claudius, nihil ultra scrutatus, citis cum militibus, tanquam opprimendo bello, Crispinum, prætorii præfectum, misit : a quo repertus est apud Baias, vinclisque inditis, in urbem raptus.

II. Neque data senatus copia : intra cubiculum auditur, Messallina coram et Suilio « corruptionem militum, quos pecunia et stupro in omni flagitio obstrictos » arguebat, exin « adulterium Poppææ, » ac postremum « mollitiam corporis » objectante. Ad quod victo silentio,

admittunt, et recte distinguunt.

Dedita per provincias. Sive mavis, *didita*. Lucretius 4, 240.... *rerum simulacra feruntur Undique, et in cunctas jaciuntur didita partes.* Virgilius 8, 132., *Cognatique patres, tum terris didita fama Conjunxere tibi.* Lips. Sic Faernus, et MS. Guelf. a pr. manu, et cod. Flor. unde recte receptum. Confunduntur hæc verba a librariis non raro. Ap. Virgil. Æn. 7, 144. pro *ditatur* libri permulti *deditur*. Vide ibi viros doctos. Ern. Cod. Bud. *didita* a 2. m.

Promptum haberet. Alter Vatic. *porpretii haberet.* Nihil elicio, quod anteferam vulgatæ. Lips. Bip. forsan *pro pretio* aut *operæ pretium.*

Crispinum. Vide de hoc 12, 42.

Neque data senatus copia. Interpunctio vulgata indicat, pro ablativis accipi verba : quod etsi non plane abhorret : tamen potius pro nominativis accipienda. Ita et elegantior oratio, et Tacito dignior. Ei rei interpunctionem accommodavi. Ern.

Suilio corruptionem militum. Sic. cod. Flor. Guelf. ed. pr. Puteolan. Riv. Beroaldi, Alciat. Rhen. Ald. Gryph. Ern. Item Bud.

In omni flagitio. Rhen. malebat *in omne flagitium*, ut supra *ad scelus corrupta* 4, 10. *ad facinus omne* H. 1, 72. Verum puto. Melius certe, quam quod Grutero placebat: *omni flagitio* : quod tamen ferrem, si ante τὸ *et* abesset. Ern. Vulgatæ lectioni favent 15, 44. *in crimine convicti.* 13, 36. *in contumelia detenti.* Plaut. Cas. 2, 8, 71. *tenere in noxa.* Bip.

Ac postremum. Adverbialiter, 1, 74. *perniciem aliis ac postremum sibi invenere.* Guelf. habet *ad postremum.* non male : sed τὸ *ad* videtur natum ex eo, quod mox sequitur *ad quod.* Ern. Bud. *ac p.*

Mollitiam corporis. Impudicitiam : *probra corporis* dixit 6, 24. *Sic mollis* ap. Suet. Cal. 56. V. Burm. ad Phæd. 4, 14. Adde 15, 49. Ern. * Extat gemma ejus testis cum epigraphe : Messal. Claud. invicta.

Victo silentio. Veteres, *indicto.*

prorupit reus, et, « interroga, » inquit, « Suili, filios tuos : virum me esse fatebuntur : » ingressusque defensionem, commoto majorem in modum Claudio, Messallinæ quoque lacrimas excivit. Quibus abluendis cubiculo egrediens, monet Vitellium, ne elabi reum sineret. Ipsa ad perniciem Poppææ festinat, subditis, qui terrore carceris ad voluntariam mortem propellerent; adeo ignaro Cæsare, ut, paucos post dies, epulantem apud se maritum ejus, Scipionem, percunctaretur, « cur sine

3. *Mirum me esse.* Rectius cod. Agr. *esse me* paullo ante, *in omne flagitium obstrictos*, legit. Rhenanus pro *omni flagitio.* Scribe *in omnia flagitii obstrictos.* Vide ad 1, 40. Sic infra Lipsius c. 5. *cuncta legum et magistratuum in se trahens princeps.*

Recte : ut prorupisse ad loquendum intelligamus, etsi silentium antejussum. Lips. Quia codd. optimos auctores habet τὸ *victo*, quid moramur alterum, quod utcumque versabis, nihil ex eo sani exsculpes ? Nec placet tamen, quod Salinerius et Pichena scribunt, Asiaticum *vicisse silentium.* Qui enim ἀποκαρτερεῖ, nec se continet diutius, is vincitur, non vincit. Itaque silentium ejus victum est ab impudentia Suilii. *Victo silentio* est victa patientia. Gron. Ed. pr. *inito.* An *finito* fuit ? Confunduntur enim in libris *inire* et *finire.* Vid. Drakenb. ad Liv. 35, 7. 44, 34. *Finis silentii* est ap. Cic. Marc. 1. Sed *victo* melius, eo sensu, quo Gronovius vult. Ea lectio præter cod. Flor. et Guelf. est in ed. Puteol. Ber. Alc. Rhen. Add. *Indicto*, quod in scr. et edd. quibusdam reperitur, nihili est. Ern. Bud. et Covarr. *victo.* Sic et 4, 8. *victo gemitu.*

Filios tuos etc. Quos indicat, mollitie infames esse. *Vir* opponitur *pathicis, cinædis.* Sic ap. Sueton. Vesp. 13. *ego tamen vir sum.* Ern. Brot. ex codd. *virum esse me.* Ast *v. me esse* Bud. et alii.

Sine uxore discubuisset. Discis hinc, uxores vulgo adhiberi solitas ad convivia. Æm. Probus in præf. *Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium?* Et olim quidem cubantibus viris sedere solitæ, (ut Servius ex Varrone notat ad Virg. 7, 176., *Perpetuis soliti patres considere mensis.* Et Valer. Max. 2, 1, 2. De matrim. ritu :) postea etiam accumbere. In accubitu ille mos, ut recumberent in sinu virorum. Ovid. ad puellam, quæ cum viro cænatura Am. 1, 4, 5., *Alterius que sinus apte subjecta fovebis? Injiciet collo cum volet ille manum?* Iterumque v. 35., *Nec premat indignis sinito tua colla lacertis, Mite nec in rigido pectore pone caput.* Sed et amicæ puerique meritorii non aliter jacebant apud amatores. Id vocabant interiorem jacere. Scipio in Orat. adv. Gallum ap. Gell. 7, 12., *Qui in conviviis adolescentulus cum amatore, cum chiridota tunica interior* (etsi Agelli in libris *inferior* scriptum : non item

uxore discubuisset? » ad quod ille, « functam fato, » responderit.

III. Sed consultante super absolutione Asiatici, flens Vitellius, commemorata « vetustate amicitiæ, utque Antoniam, principis matrem, pariter observavissent, » dein, percursis « Asiatici in remp. officiis, recentique adversus Britanniam militia, » quæque alia conciliandæ misericordiæ videbantur, « liberum ei mortis arbitrium » permisit : et secuta sunt Claudii verba,

4. *Atque ille functam fato respondere.* Puto, *ad quod ille functam fato respondit.* Sequentia optime a Mercero et Gronovio explicantur, nisi quod corrigendum initio periodi, *sed et consultanti.* Deinde tollendum forte *ei.* Nam cod. Agricolæ, *liberum mortis arbitrium ei permisit.* Sed rectius *reo permisit*, ut mox denuo restitui.

male) *accubuerit.... eumne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinædi facere solent?* Itaque arguit ecce mollitiam a decubitu ipso. Suet. in Cæs. 49. Cæsarem a Dolabella dictum ait, *spondam interiorem regiæ lecticæ:* non ob alia caussa, ne interpretes ultra alucinentur. Eodem faciunt Tranquilli verba de Caii libidinibus c. 24., *Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit, plenoque convivio singulas infra se vicissim collocabat, uxore supra cubante.* Nam sorores infra se, id est in sinu, collocabat, quasi justas uxores : legitima consorte loco pulsa. Nec aliud Cicero significat ad Div. 9, 26. *Infra Eutrapelum Cytheris accubuit.*, Livius 39, 43. de scorto : *Tum illam infra eum accubantem negasse, unquam vidisse quemquam securi ferientem.* Ubi liber optimus, *in terra eum.* ut videatur fuisse, *intra.* et forte sic in prioribus. Lips.

Atque ille f. f. responderet. Non potest hoc cum præcedente ita cohærere, ut *responderet* ab *ut* pendeat. Nam ignorantia Cæsaris non potuit facere, ut Scipio sic responderet. Sed Scipio sic respondit, rei tegendæ caussa, ne Cæsarem epulantem perturbaret, aut Messallinam irritaret. Scribendum arbitror, *respondebat* vel *respondit.* Acidalius vidit, qui corrigit *respondere.* Ern. Bene, credo, Heinsius : *ad quod ille.... responderit.*

Sed consultanti . . . commemorata. Vid. mox notam ad v. *permisit.* Ern. Bud. *consultanti.*

Antoniam. De qua lapis Romæ (ap. Grut. p. 236.) ANTONIAI. AUGUSTAI. DRUSI. SACERDOTI. DIAI. AUGUSTI. MATRI. TI. CLAVDI. CAISARIS. AUG. P. P. Lips.

Liberum ei. Satis confuse ista, ut pleraque omnia hoc libro : quem scio interpolatum a mala et imperita manu. Sententia tamen hæc ex Dione 60, 29. ut subornatus Vitellius, quasi Valerii nomine, culpam agnoscentis, peteret mortis arbitrium : idque a Claudio concessum. Lips. *ei*, Bud. *illi.*

Permisit. Interpres est, qui mavult *super supplicio*, quam *super ab-*

in eandem clementiam. Hortantibus dehinc quibusdam inediam et lenem exitum, « remittere beneficium, »

solutione: neque enim se capere, quo colore Vitellius potuerit effundere lacrimas ob novissimum amici casum, et mortem ejus decernere, si princeps ostendisset, se ad mitiora inclinare. Non legerat, aut intellexerat parum, quæ præclare hic Mercerus. Et miror, ipsum Lipsium admonendum fuisse. Tacitus enim suavissimo lepore, in re inexspectata narranda, verbis quoque utitur. quæ illudunt παρὰ προσδοκίαν, et fallunt exspectationem legentis : et tamen suum illud σεμνὸν servat. Etiam Messallina commota erat, quæ jure injuria perditum volebat Asiaticum; nedum Claudius, cui nullum in eum proprium erat odium. Ergo, auditis partibus, rogaturus sententias, aliquid jecit, ex quo apparebat, placatum, et absolventes æquis auribus admissurum esse. Hic Vitellius memor præcepti Messallinæ, docuit, quid esset apud Tacitum alibi, *pessimi inimicorum laudantes*, quid *ornandum et tollendum*, mirificaque machina hominem μετέωρον et instabilem circumegit. Lacrimæ enim illæ detestabiles, et commemoratio amicitiæ meritorumque rei, et captatio misericordiæ fidem ei fecere benevoli : qui mox idem petens pro beneficio et rei et suo nomine voluntariam mortem, duplici miserum præjudicio gravat, tanquam, qui semetipse, et quem homo benevolentissimus ac precator supplicio dignum agnosceret. Id satis fuit Claudio, perinde hic, ut prius, *nihil ultra scrutato*, et jamdudum, quæ dixisset ipse Asiaticus, oblito. Sed, quemadmodum hic eventus, contrarius principiò totique actioni Vitellii, frustratus est haud dubie, quotquot in consilio erant, fraudis ignari, multosque Romæ, dum fama facti seritur : ita Tacitus etiam facere supplantat legentem, atque eo ipso ejus attentionem excitat, mirantemque ac destitutum, indignitatem negotii, scelus Vitellii, vanitatem cruentam Claudii aut cogitando invenire, aut aliunde exquirere compellit. Illa enim omnia, consultans super absolutione princeps, flens Vitellius, amicitia, patrona communis et eadem principis mater, res gestæ domi bellique, misericordia implorata, calculum album large promittebant; quum subito, velut scorpii cauda, niger apparet : *liberum ei mortis arbitrium permisit;* hoc est, rogavit principem et suo et Asiatici nomine, ut ei tanquam confesso convictoque concederetur sponte mori, non sub carnifice. Rursus εἰρωνευόμενος : *Et secuta sunt Claudii verba in eandem clementiam.* Itaque locus hic mihi videtur singularis, et cui antiqua illa L vel X præfigi debeat : tantum abest, ut accusandus aut labefactandus sit. Gron. De re nihil habeo, quod contra dicam. Sed an istius facetæ supplantationis Cornelianæ pars etiam est, recedere a regulis grammaticis, et fallere lectorem, verbum adjungendo, quod superioribus nullo modo conveniat? Miri sunt interdum doctissimi homines. Cum in mentem venit, omnia possunt non modo defendere, sed etiam exornare, ut pulcherrima sint. Ego nullo modo inducere possum animum, ut credam, Tacitum dixisse,

Asiaticus ait : et usurpatis, quibus insueverat, exercitationibus, lauto corpore, hilare epulatus, cum, se « ho-

Claudio, consultanti super absolutione Asiatici, Vitellius ei liberum mortis arbitrium permisit. Viri docti omnes tantum in verbo *permisit* adhaesere ; quod ego non repugnem accipi posse pro *petit ut permittatur*. Sed constructio tota vitiosa est, idque voluit Lipsius, qui alioqui et ipse sensum loci satis perspexit : neque narratio perfecta est. Itaque saltem *consultante* legendum, vel *consultantibus*, quod prope magis placet : et tum *permisit* erit permittendum censuit : quamquam id ipsum aptius foret, si de damnatione Asiatici consultatio esset. Cui hoc non placet, poterit cum Acidalio, *commemorat vetustatem amic.* qui tamen ultima etiam sic ordinat : *secuta sunt Claudii verba in eandem clementiam ; et liberum ei mortis arbitrium permisit.* Ex quo nova difficultas oritur. Neque enim apparet, quid Vitellius voluerit, et quomodo absolutionem impedierit, quod sane nec lacrimis, nec meritorum commemoratione fieri potuit. Neo ei rei conveniunt sequentia, quae arguunt, duriora consilia fuisse. Quorsum enim Cæsari opus de clementia dicere, si de absolutione actum erat ? An, quia ante dictum, commotum Cæsarem fuisse, putarunt librarii, *condemnationem* esse alienam, et e *condemnatione* vel *damnatione* fecere *absolutione ?* Sin hoc durius est, possis conjicere *accusatione*. Ern. Sall. Catil. 51. *Leges ... exsilium permitti jubent.* Ne quem τὸ *absolutione* offendat, Dio hac occasione utitur verbo ἀπολύειν l. c.

In eandem cl. Sic 6, 49., *alia in eundem dolorem mœsta et miseranda ferret.* Ern.

Hortantibus dehinc quibusdam. Excidit vocula, puto : scribendumque *quibusdam ad inediam ;* si non imposuit olim mihi Orbilius meus. Lips. Veteres dixere et *hortari aliquem* et *hortari ad aliquid* et *hortari aliquid*. Dedimus auctoritates ex Attio, Ovidio, Justino vel Trogo, Seneca, Statio ad duos horum, postremum nominatos. (ad Senec. ep. 121 : Diatrib. in Stat. c. 35.) Accedat Gellius 13, 23. *Hæc mera veritas Tusculani hominis .... plus hercle promovet ad exhortandam parcimoniam sustinendamque inopiam, quam græcæ præstigiæ.* Accedat, ut etiam defendatur, Vegetius 1, 28. sic proscribens : *De adhortatione rei militaris romanæque virtutis.* Lemma ridiculum, inquit P. Scriverius : adhortatur auctor ad rem militarem romanamque virtutem ; non virtus aut militia ipsa loquitur : quare scribe, *ad rem militarem romanamque virtutem.* At o bone, qui adhortatur ad rem militarem romanamque virtutem, is juxta commode, et exquisitius etiam, dicitur *adhortari rem militarem romanamque virtutem*, aut facere vel scribere *hortationem rei militaris et romanæ virtutis*. Quid ipso de Cicerone dicam ? ad Att. 7, 14., *Pacem quidem hortari non desino.* Sic certe lectum olim : et sic in MS. est Helmæstadiensi. Quare vellem, quibus MSS. plurium copia fuit, non tam negligentes transiisse hunc locum, et verbo attigisse, qua fiducia subjecerint : *Equidem ad pacem hortari*

nestius calliditate Tiberii, vel impetu C. Cæsaris perituram, » dixisset, « quam, quod fraude muliebri, et impudico Vitellii ore caderet, » venas exsolvit : viso tamen ante rogo, jussoque « transferri partem in aliam, ne opacitas arborum vapore ignis minueretur. » Tantum illi securitatis novissimæ fuit.

IV. Vocantur post hæc patres, pergitque Suilius addere reos equites romanos illustres, quibus Petra cogno-

5. *Quibus Petra cognomentum.* Malo *Petræ.*

non desino. Nam et sic ad Att. 6, 2. *partes istius officii sunt pueri Ciceronis, sive jam adolescentis ; quod quidem illum soleo hortari.* Et ad Q. fratrem 1, 1., *Sed quid ego te hæc hortor, quæ tu facere potes tua sponte?* Gron.

Lenem exitum. Levem ed. princ. Puteol. Riv. Aldi : vitio, ut opinor, operarum, in prima quidem. Ern. Bud. *lenem.*

Et usurpatis. Copulam Pichena restituit e vet. libris.

C. Cæs. Bud. *G. Cæs.* more græco. Sic ubivis.

Periturum. Int. *fuisse*, cujus sane hic durior ellipsis est. Ern.

Quam quod fraude muliebri, et impudico Vitellii ore caderet. Gruterus rotundiorem longe fore putat orationem, si recisis *quod* et *caderet*, scriberemus ; *quam fraude muliebri, et impudico Vitellii ore.* De particula subscribo : et vitium est, quale apud Livium 28, 43. curavimus : Verbum facile tolero. Gron. Sed *quod* etiam ferri potest, et loco Justini 19, 3. defenditur a Jac. Gron. qui tamen huic non similis est : nam ibi præcedit *ferre*, post quod necessario requiritur *quam quod.* Ern.

Impudico Vitellii ore. Quiane inter Ligures Vitellius? an quia, ut Suetonius ait Vit. 1. *amore libertinæ periisse famis : etiam salivis ejus melle commistis, quotidie ac palam arterias et fauces pro remedio fovebat.* Lips.

Securitatis nov. Vacuitatis a timore, constantiæ, tranquillitatisque. MS. Guelf. Edd. pr. Alciati, J. F. Gron. *novissime.* Melius *novissimæ* puto, respicique ad Virgilii 6, 231. 11, 825. *mandata et verba novissima.* Ern.

Pergitque Suilius addere reos. Neque corrigendum est *agere*, cum Ursino, neque hoc magis ex antiquo auctore sumptum, quam ex quotidiana romani oris consuetudine, nobis ex sat certis auctorum locis observanda, qua *addere* est augere, vel alios aliis addere. Infra c. 13. *Ac novas literarum formas addidit*, id est, invenit et prioribus addidit. 1, 54., *Idem annus novas cærimonias accepit, addito sodalium augustalium sacerdotio*, i. e. instituto et addito iis, quæ antiquitus habebantur. Tale Plinii 22, 7., *Addidere vivendi pretia deliciæ.* Quod etiam non cepere, ut ibi docemus. Sic igitur *addere reos* est alios corripere et Poppææ atque Asiatico addere. Gron.

Equites romanos illustres. Qui sunt equites illustres? Neque enim

mentum. At caussa necis, quod domum suam Valerii et Poppææ congressibus præbuissent. Verum « noctur-

temerarium est certe, quod totiens is titulus repetitus. Ut 4, 58, *Eques romanus ex illustribus Curtius Atticus*. 6, 18., *Pater quoque illustris eques romanus ac frater prætorius*. 15, 28., *Die pacta Tiberius Alexander, illustris eques romanus, minister bello datus*. Mox c. 35., *Eadem constantia et illustres equites rom. cupidos maturæ necis fecit*. Suspicor ego sic dictos, qui non quidem senatores, sed et censum habebant et spem senatoriæ dignitatis: immo etiam ordinis ejus insigne, id est latum clavum. Colligo, quod Tacitus equites illustres cum senatoribus conjungit pari gradu. 2, 59., *Acerrime increpuit, quod contra instituta Augusti.... Alexandriam introisset. Nam Augustus inter alia dominationis arcana, vetitis, nisi permissu, ingredi senatoribus aut equitibus rom. illustribus, seposuit Ægyptum*. Et clare 16, 17., *Mella et Crispinus equites romani, dignitate senatoria*. Hæreo, an ad hanc rem Dionis verba accommodem 59, 9., Τοῦ τε τέλους τοῦ τῶν ἱππέων ὀλιγανδροῦντος, τοὺς πράτους ἐξ ἁπάσης καὶ τῆς ἔξω ἀρχῆς τοῖς τε συγγενέσι καὶ ταῖς περιουσίαις μετατιμῴμενος κατελέξατο, καὶ τισιν αὐτῶν καὶ τῇ ἰσοθυτι τῇ βουλευτικῇ, καὶ πρίν ἀρξαί τινὰ ἀρχὴν δι' ἧς ἐς τὴν γερουσίαν ἐσερχόμενθαι, χρῆσθαί τι ἐπὶ τῇ τῆς βουλῆς ἐλπίδι ἔδωκε. Πρότερον γὰρ μόνοις, ὡς ἔοικέ, πως τοῖς ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ φύλου γεγενημένοις τοῦτο ποιεῖν ἐξῆν. Hæreo, inquam, an ea faciant istuc. Apta quidem, sed a Caio id statutum Dio ait: illustrium autem titulus ante eum. Refero ergo potius ad Augustum, (etsi de veste negare non possumus, quin sit a Caio) qui a. 742. legem tulit, ut ex equitibus, qui non minus decies sestertio possiderent, eligerentur a magistratibus, e quibus tribuni senatoresque fierent: qui gesto tribunatu aut retinerent senatorium ordinem, si vellent, aut iterum redirent ad equestrem. Verba sunt Dionis 54, 30., Τὴν δὲ δημαρχίαν ὀλίγων σφόδρα.... αἱτούντων, ἐνομοθέτησεν, ἐκ τῶν ἱππέων, τῶν μὲ ἔλαττον πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας κεκτημένων, προβάλλεσθαι τοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἵνα ἕκαστον, κἂν τούτων τὸ πλῆθος τοὺς ἐνδέοντας αἱρεῖσθαι· εἰ μὲν καὶ βουλεύειν μετὰ τοῦτο ἐθέλοιεν, εἰ δὲ μὴ, ἐς τὴν ἱππάδα αὖθις ἐπανιέναι ἐξεῖναι. Qui ergo in hoc seminario senatus equites, dicti illustres. Reperio et insignes, ut c. 5. *Samius insignis eques romanus*. Iterumque. c. 22. *Cn. Novius insignis eques rom.* Item splendidos, ut Plinius ep. 6, 15., *Passienus Paullus splendidus eques rom.* et ep 25., *Scribis, Robustum splendidum equitem rom.* Et Cicero ipse non semel in Verrem, ut 2, 71. Sed hi duo tituli infra illum non dubie: et a fama ducti opibusque. Alii ab istis illustres sunt: qui in Codice Justin. l. 1, t. 29. et Cassiodoro in Epp. passim et Var. 6, 11. Lips. Equites illustres jam liberæ reip. temporibus occurrunt apud Ciceronem Verr. 3, 24. Sed ibi opponuntur obscuris, ut inspicienti locum patebit, et sic dicuntur etiam ap. Livium 30, 18. ubi vide Dukerum. Sub imperatoribus autem dicti, qui censum senatorium haberent, et lato clavo, permissu imperatoris, ute-

næ quietis species » alteri objecta, « tanquam vidisset Claudium spicea corona evinctum, spicis retro conversis : eaque imagine gravitatem annonæ dixisset. » Qui-

6. *Eaque imagine gravitatem annonæ dixisset quidam pampineam.* Lego, *gravitatem annonæ prædixisse. Etsi quidam* etc. Tum paullo ante : *Reorum nocturnæ quietis specie alteri objecta*, non *verum* aut *species*. Rei nomen frequenter corruptum est apud nostrum; ut paullo ante.

rentur, idque institutum ab Augusto, dictique etiam *equites laticlavii*. Vide in pr. Ryckium ad Ann. 2, 59. qui tamen Livii equites illustres male huc trahit cum Pichena. Ern.

Quibus Petra cognomentum. A quibus ala Petrina, opinor, nominata H. 4, 49. itemque in Notitia imperii c. 89. Lips. Ibi *Petriana* vocatur.

At caussa necis ex eo. Flor. cod. *ac*. Non sane satis aptum h. l. *at*, quod deleri, aut pro eo *et* legi volebat Acidalius : nec magis *ac* placet. Fortasse Tacitus scripsit : *quibus P. cognomentum*, vel *cognomen* (ut habet ed. pr.) *erat. Caussa etc.* Terminatio verbi *cognomen* potuit absorbere primam syllabam τοῦ *erat*. Neque semper verbum substantivum omittit Tacitus. Ann. 5, 1., *quorum utrique cognomentum Geminus erat*. Deinde delevi *ex eo*, quod non est in Guelf. ed. Puteolani, Beroaldi, Alciati, Rhenani, Aldi etc. nec satis dignum Tacito. Ern. Bud. habet.

Mnesteris et Poppææ congressibus. Veterum editionum lectio, *Valerii et Poppææ*, apta sane ad historiam, quia Valerio Asiatico objectum adulterium Poppææ : et forte equitibus istis, quod interpretes et administri. Libri tamen scripti *Nesteris*, aut *Nestoris*. Ex quo Rhen. *M. Nestoris*, nec recte. Germanum illi pantomimo nomen *Mnester* : vel lapidis fide, qui in ædibus Crepanicorum Romæ (ap. Grut. p. 615.) TI. JULIO. AUG. L. MNESTERI. Nescio ergo, an Poppææ etiam adulterium objectum dilecti hujus mimi : in quo et Messallina deperiit. Ceterum hæc Poppæa illa est, quæ, cunctas ætatis suæ feminas pulchritudine supergressa, gloriam reliquit filiæ, quæ scortum sive uxor Neroni. Quam genuit ex priore marito T. Ollio. Lips. Rhenanum secutus est, ut solet, Aldus. Ego veterem lectionem, quæ etiam Ryckio placebat, restitui : estque in Guelf. De Valerii et Poppææ adulterio quæstio erat, non Mnesteris. Is nec accusatus, nec damnatus tum erat; quod necessarium foret, si hic nomen ejus locum haberet. Ern. Bud. *mnesteris* habet, vel *in nesteris* non *nestoris*, ut Rhen. refert. In marg. recentior manus *Valerii*.

Spicea corona evinctum. Quæ Cereris propria, et sacerdotum item arvalium, ut Plinius notat 18, 2. Corona ea, alias non infelix, omen triste habuit, quod spicis esset retro conversis : sicut quod ante pugnam in Philippis, corona inversa Cassio imposita. Lips. Cf. Plut. in Bruto c. 56, p. 1002.

Gravitatem annonæ dixisset. Frustra *prædixisset*, vel *significari dixisset* Rhenanus, et *prædixisse* Heinsius. Nam et *dicere* ponitur pro *prædicere*, ut Heinsius ipse docet ad Virgil. Ecl. 1, 17. et locis ibi citatis. Huc referebat etiam Burmannus locum

dam « pampineam coronam albentibus foliis visam, atque ita interpretatum, » tradidere, « vergente autumno mortem principis ostendi. » Illud haud ambigitur, qualicumque insomnio ipsi fratrique perniciem adlatam. Sestertium quindecies et insignia præturæ Crispino decreta. Adjecit Vitellius sestertium decies Sosibio; « quod Britannicum præceptis, Claudium consiliis, juvaret. » Rogatus sententiam et Scipio: « cum idem, » inquit, « de admissis Poppææ sentiam, quod omnes, putate,

7. *Albentibus foliis.* *Labentibus* malim: quæ Plinio 6, 24 (38), *decidua* dicuntur. Maroni Georg. 2, 133., *labentia ventis folia*, et, *lapsa cadunt folia* eidem Æn. 6, 310. vel *flaventibus*. Idem Plinius 16, 6 (8)., *flavescentia dum cadunt folia.*

Virg. Æn. 7, 370. *Sic dicere Divos.* Ubi tamen hoc sensu dici non puto. Porro illud quoque non probandum, quod pro *gravitatem* Ursinus et Muretus volunt legi *caritatem*, quomodo etiam hunc locum laudat Burm. l. c. Nam *gravitas annonæ* est etiam 6, 13. Nempe, *gravitas* dicitur de omnibus, quæ male affecta sunt, non bene se habent: unde *gravitas corporum* ap. Cicer. Tusc. 3, 1. Adde Acad. 2 (4), 17. quod bene contra Bentleium, *pravitas* corrigentem, defendit Schultens ὁ μακαρίτης in Comm. ad Prov. Salom. c. 25. extr. Id. de Fin. 4, 12., *gravitate membrorum e cruciatu dolorum siquis quem levet.* V. Davies. Ern.

Quidam pampineam coronam. Consentit cum interpretatione hujus somnii Artemidorus 1, 79. ubi observat, coronam e vite præter Dionysiacos artifices mortem ac vincla significare, propter pampinos implicatos et inflexos. Similia crimina valuisse apud Constantium, non inscite Ammianus narrat 15, 3., *Mercurius solenniorum appellatus comes,..... si per quietem quisquam vidisse aliquid amico narrasset, id venenatis artibus coloratum in pejus, patulis imperatoris auribus infundebat; et ob hoc homo, tanquam inexplicabili obnoxius culpæ, gravi mole criminis pulsabatur. Hæc augente vulgatius fama, tantum aberat, ut proderet quisquam visa nocturna, ut ægre homines dormisse sese præsentibus faterentur externis; mœrebantque docti quidam quod apud Atlantæos nati non essent, ubi memorantur somnia non videri.* Lips. In h. l. lege *somniorum ap. c.* et p. p. *inexpiabili.*

Vergente autumno. Farnes. *vertente.* Lips. Illud melius. Ceterum verbum *ostendi* eleganter de prædictionibus et significationibus futuri. Mox Guelf. *ambigebatur.* Ern. Bud. *vergente.*

Sentiam. Si hæc scriptura Taciti, in qua nemo hæreat: unde monstra lectionum, quæ sunt in MSS.? Florentinus *assenessentiam*: ex quo in ed. pr. *assenescentiam* expressum. Alii duo codd. Medic. *assentiam.* MS. Guelf. *Sententiam. sentiam* ed. Puteol. Riv. Ern. Bud. *assentiam.* Bip. forsan *uxoris sentiam.*

me idem dicere, quod omnes : » eleganti temperamento inter conjugalem amorem et senatoriam necessitatem.

V. Continuus inde et sævus accusandis reis Suilius, multique audaciæ ejus æmuli. Nam cuncta legum et magistratuum munia in se trahens princeps materiam prædandi patefecerat. Nec quidquam publicæ mercis tam venale fuit, quam advocatorum perfidia : adeo, ut Samius, insignis eques romanus, quadringentis numorum millibus Suilio datis, et cognita prævaricatione, ferro in domo ejus incubuerit. Igitur, incipiente C. Silio, consule designato, cujus de potentia et exitio in tempore memorabo, consurgunt patres, legemque Cinciam fla-

8. *Magistratuum munia.* *Munera* v. c. Agricolæ. — 9. *Materiam prædandi patefecerat.* Forte *latam aream prædandi.* Sed Plinius Paneg. 31. *materiam et campum gloriæ principis prosternere.* 13, 8., *videbatur locus virtuti patefactus.*

Eleganti temperamento. Etenim hæc duplicem sensum habent : alterum dignum amore conjugali, nemo credit vera esse, quæ Popææ objecta sunt, nemo probat factum, nec ego; alterum periculo vitando aptum : credo, quæ objecta sunt, et eadem, quæ ceteri senatores, decerno. *Elegantia* autem est in eo, quod *figura* est in his verbis, ut Suetonius vocare solet, eaque prudenter adhibita; in quo ipso est elegantia. Tirones videant Clavem Cicer. in h. v. Rivius, deceptus vitiosa interpunctione, *idem dicere : quod omnes* etc. addidit de suo *interpretati sunt.* Omnino pessime in hac editione textus interpunctus est : sed fere ut in Puteolani editione. Ern.

Magistratuum munia. Farnes. *nece* refert pro *munia.* Deleo vero utrumque, ut glossema : scriboque, *cuncta legum et magistratuum in se trahens.* Lips. Male. Supra 1, 2. de Augusto : *munia senatus, mag. legum in se trahere.* Ern.

Incubuerit. Ed. pr. *succubuerit.* et mox *potentiæ exitio.* Sed vulg. est jam ap. Puteolanum. Ern. Bud. *incubuerit.*

Memorabo. Vide c. 12. et 35.

Legemque Cinciam flagitant. Certa ea scriptura ex libris et historia. Legem de donis et muneribus (muneralem apte Plautus dixit ap. Festum) tulit M. Cincius trib. pl. a. U. 549. Retulit iterum Augustus evanescentem vetustate, et firmavit novo consulto senatus. Dio 54, 18., Καὶ τοὺς ῥήτορας ἀμισθεὶ συναγορεύειν, ἢ τετραπλάσιον, ὅσον ἂν λάβωσιν, ἐκτίνειν ἐκέλευσε. Noto eo, nequis miretur, cum plebiscitum fuerit, vocari senatusconsultum a Tacito 13, 42., *Ejus opprimendi gratia repetitum credebatur SC. pœnaque Cinciæ legis adversus eos, qui pretio causas oravissent.* Et Plinio ep. 5, 21., *Causa*

gitant : qua cavetur antiquitus, « ne quis, ob causam orandam, pecuniam donumve accipiat. »

VI. Deinde, obstrepentibus his, quibus ea contumelia parabatur, discors Suilio Silius acriter incubuit, « veterum oratorum exempla » referens, « qui famam in posteros, præmia eloquentiæ cogitavissent pulcherrima. Alioquin et bonarum artium principem sordidis ministeriis fœdari. Ne fidem quidem integram manere,

dilationis Nepos prætor, qui legi de muneribus præposuerat breve edictum, admonebat accusatores, admonebat reos, exsecuturum se, quæ SC. continerentur. Suberat edicto SC. hoc, omnes, qui quid negotii haberent, jurare, priusquam agerent, jubebantur, nihil se ob advocationem cuiquam dedisse, promisisse, cavisse. His enim verbis et mille præterea et venire advocationes, et emi, vetabantur. Sed id SC. credo fuisse a Trajano. Cetera super hac lege vide apud Manutium de legg. 18. cujus scrinia non compilo. Legem Titiam quisquis hic reposuit (ea enim scriptura in vulgatis) Rhemmiæ pœna dignus ipse. Lips. *Cincia* ed. princeps. Sed Guelf. edd. Puteol. Beroaldi, Alciati, Rhen. Aldi etc. *Titia*. Male. Notus est Fr. Brummeri de h. l. commentarius. Adde Schulting Jurispr. Ant..... Just. p. 561. ed. Lips. Ern. Bud. *Titiam*. V. et Augustin. de Legg.

Discors Suilio. Hæc verba non significant, hac in causa Silio aliud, aliud Suilio visum, ita ut nihil exprimant, nisi quod ex sequentibus satis noscitur, et jure prætereantur interpreti; sed volunt, nobiles publicasque inter Silium et Suilium fuisse simultates, quod dedita opera interjecit Tacitus, ut intelligeremus, actionem eam, etsi foret in commune utilis, non tamen tam amore egregii publici, quam odio et cupidine inimicum ulciscendi, a Silio inceptam esse. Gron.

Fœdari. Ovid. Am. 1, 10. 39., *Turpe, reos emta miseros defendere lingua.*

Ne fidem quidem integram manere. Quum Rhenani lectionem, e Budensi proditam, *nec fidem integ.* neque ex Vaticanis Vertranius et Lipsius, neque ex Florentinis Pichena sollicitarint, vero simile est, eos codices istam adfirmasse. Illa autem non infimæ notæ editio, non magis quam Frobeniana a. 1519. quam Aldina 1534, et omnes, quæ præcesserunt Rhenani recensionem, habent et hanc et alias audaciæ primitus edentium notas : quos eadem, opinor, efficaciæ objecta inanis species a veteri scriptura discedere compulit. *Nec fidem* est quod alii exprimerent, *sed nec fidem*, vel, *nec vero fidem*. Gron. Aldina ed. non præcessit Rhenani recensionem sed anno post secuta est, eamque plerumque sequitur. Hic tamen ab ea recedit et habet *ne quidem*. Et hoc habent MSS. laudati Ryckio (in his Flor.) item Guelf. et ed. princeps, Puteol. Itaque recte defendunt Ryckius et Jac. Gronov. Ern. Male cepere critici verba Rhe-

ubi magnitudo quæstuum spectetur. Quod si in nullius mercedem negotia tueantur, pauciora fore: nunc inimicitias, adcusationes, odia et injurias foveri, ut, quomodo vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam advocatis ferat. Meminissent C. Asinii et Mes-

10. *Quod si in nullius mercedem negotia tueantur.* MS. Lipsii et Agricolæ *negotiantur*. Lego, *quod si sine ullius mercede negotia tueantur.* vel, *si sine ulla sui mercede.* pro sua mercede, ut sæpe alibi: *sui dissimulatio* 13, 25. Possis et *sustineantur*, ut apud Horatium, *cum tot sustineas et tanta negotia solus.* quomodo et Cicero in Familiaribus? Sed cum idem ad Att. 8. *negotium tueri* dixerit, maneat id illibatum, hic loci præstat. Deinde cod. Agr. *pauciora fore crimina.*

nani. Is enim recte refert, in Bud. legi, *ne fidem int.* (omisso *quidem*), unde ipse fecerit: *nec fid. int.*

In nullius m. Acid. *nullius in m.*

Negotia tueantur. Facile credo, esse hic aliquid scabri. Lipsianæ ad marginem ostendunt in MSS. esse *negotiantur*. Forte. *Quod si in nullius mercedem negotia eant, pauciora fore.* Sic 3, 50., *Qui neque servatus in periculum reipublicæ, neque interfectus in exemplum ibit.* 14, 61., *Itur in principis laudes.* Gron. *Tueantur* a barbarica ætate et manu esse, Jac. Gronovius judicat, qui e cod. Med. *quod si in nullius mercedem negotia sint*, legi vult: quod et recepit Broterius. Ea si est Taciti manus, scire velim, quomodo inde *tueantur* factum: quod non erit barbarum, si intelligas *oratores* vel *advocati*. Si nec sic placet, lege *curentur. Curare* et *tutare* confunduntur in MSS. V. Cortius ad Sallust. Jug. 14, 19. idque est verbum proprium. Ern. Bud. *negotiantur*. Bip. *vertantur*.

Pauciora fore. In marg. cod. Bud. alii *potiora*.

Meminissent C. Asinii. Omisi verba, quæ non reperi in libris scriptis, aliunde inculcata. Lips. Nempe *T. Galbæ*, quod est in vett. In MS. Flor. est *gali Asinii Messalæ*: ex quo J. Gron. fecit *Galli, Asinii, Messallæ*, itaque edidit. Adjuvat ed. pr. in qua est *Gauinii Assinii M.* Nam *u* potest esse factum ex *ll*, ut contra in eadem 13, 14. pro *demouet* est *demolliet*, et *nii* adhæsisse e sequente nomine, ut supra in *ludibria pericularia*. Contra dici potest primum illud *gali* factum videri e *Gaii:* deinde vel maxime hoc, quod c. 7. in responsione ad hanc sententiam *Asinius* et *Messalla* commemorantur soli, nec credibile, eum, qui primo loco positus esset, omissum fuisse in refellendo, cum etiam cetera nomina recentiorum accurate repetantur. Itaque retinui lectionem a Lipsio inductam. Corruptelæ locum illud dedisse potest, quod librarii putarent, nomen, non prænomen, hic esse debere, quod Messalla sine prænomine poneretur: cum etiam recentiores critici hoc non semper concoxerint, ut nota proxima, et infra in Hist. libris videbimus. Ern. Bud. *Galli, Asinii, Messale.*

Messalæ. N. Heinsius volebat *M. Messallæ:* probat Ryckius. Sc. quia in vulgatis erat ante *C. Asinii:* quod

sallæ ac recentiorum, Arruntii et Æsernini : ad summa provectos incorrupta vita et facundia. » Talia dicente consule designato, consentientibus aliis, parabatur sententia, qua « lege repetundarum tenerentur ; » cum Suilius, et Cossutianus, et ceteri, qui non judicium (quippe in manifestos) sed pœnam statui videbant, circumsistunt Cæsarem, ante acta deprecantes.

VII. Et, postquam annuit, agere incipiunt : « Quem illum tanta superbia esse, ut æternitatem famæ spe præ-

11. *Incorrupta vita et facundia.* Malim *incorrupta vita facundiaque* cod. Agr. — 12. *Et postquam annuit tacens.* Scribe, *et postquam annuit, ita fere incipiunt.* Quod verum est. Ann. 11, 24., *ita exorsus est.*

tamen non esse consequens, patet vel ex eo, quod sæpe in consulibus edendis alterum sine, alterum cum prænomine, ponit, v. c. 6, 1. Ern.

Ad summa provectorum. Videtur quidem rotundiorem facere periodum τὸ *provectorum* : et ideo sic ausi corrigere, qui primas editiones curaverunt. Sed neque spernendum est, quod constare membranis clamat mihi silentium eorum, quibus harum copia fuit. Livium imitatus dixisset : *Quos ad summa provectos.* Id pronomen omissum brevitatem Taciti haudquaquam dedecet. Gron. Adde ad Plin. 35, 4. Ed. princeps plane habet *prævectos*, haud dubie vitio operarum pro *provectos*. Hoc cum et cod. Bud. Flor. et alii ap. Ryckium habeant, et ipse secutus sum. *Provectorum* est in ed. Puteol. et seqq. plerisque. Et sic est etiam in Guelf. Ern.

Consentientibus. MS. ap. J. Gron. *censentibus.* Absolute *censere* etiam est 13, 26. *nec deerant, qui censerent.* sc. quod alii dixissent. Consentit Guelf. Ern.

Et, postquam annuit tacens. Veteres, *tacere.* Lego, *postquam annuit, agere incipiunt.* Lips. Sic cod. Reg. ap. Ryckium. Cod. Agric. *dicere.* Flor. *postquam annuit, tacere incipiunt*, quod est in ed. pr. Inde Freinsh. corrigit *jacere*, quod placet Ryckio. Male. Sequitur enim justa oratio, de qua *jacere* non dicitur. Sed nec melius Jac. Gronovii *fucere*, intellecto *gratiam*, cujus ellipseos exempla desidero. Puteolanus autem ex eo fecit *tacens*, quod Beroaldus, Alciatus, Rhenanus, Aldus ceterique secuti sunt. Est tamen in Guelf. Ego *agere* probo et recepi. Melius enim puto lectionem MS. sequi, quam conjecturam Puteolani. Ei lectioni favet etiam interpunctio cod. Flor. et cod. Agr. cujus lectio est glossa τοῦ *agere*. Corruptela est nata e duplicatione finalis in *annuit*, quod genus frequens est in codd. Ern. In Flor. cod. alia manus, sed antiqua, superne adposuit *agere*. Bud. habet *tacere*, ex quo r. m. fecit *tacens*. Boxh. volebat *placere*. Hillerus Racem. 34. *aspere*, ut ap. Cic. de Orat. 1, 53.

Quem illum tanta superbia esse,

sumat? usui et rebus subsidium præparari, ne quis, inopia advocatorum, potentioribus obnoxius sit. Neque tamen eloquentiam gratuito contingere : omitti curas familiaris, ut quis se alienis negotiis intendat. Multos militia, quosdam exercendo agros tolerare vitam. Nihil a quoquam expeti, nisi cujus fructus ante præviderit. Facile Asinium et Messallam, inter Antonium et Augustum bellorum præmiis refertos, aut ditium familiarum heredes Æserninos et Arruntios, magnum animum induisse : prompta sibi exempla, quantis mercedibus P. Clodius, aut C. Curio, concionari soliti sint. Se, modicos senatores, quieta rep. nulla, nisi pacis, emolumenta petere.

13. *Ut quis se alienis negotiis intendat.* Tò *se* tollendum. Nam cod. Agr. *ut qui se.* Ann. 3, 37., *Neque luxus in juvene displicebat : huc potius intenderet.* Hist. 4, 79., *Namque et Civilis illuc intenderat.* — 14. *Cujus fructus ante præviderit.* Sic Flor. et Agr. et ceteri *providerit;* quod malim.

Sic MSS. et ed. pr. At Guelf. Puteolanus *ullum*, vitiose : quis enim ita loquitur ? et id tamen Beroaldus, Alciatus, Rhen. Aldus aliique secuti sunt. 12, 36. *avebant visere, quis ille tot per annos opes nostras sprevisset.* Ern. Bud. *illum.*

Usui et rebus subsidium præparari. Scil. eloquentia comparanda. Eloquentiam comparari hoc consilio, ut prosit amicis, Reip. Ed. pr. *præparare.* Mox Guelf. *potentibus.* Ern. Bud. *præparare... potentibus.*

Ut quis se a. n. intendat. Id *se* abundare judicabat Heins. item Acid. qui legi volebat *impendat se.* Sed bene res habet, dicimus *intendere animum*, quidni et *se ?* Immo id verbum ubi absolute ponitur, talis accusativus subauditur.

Multos militia. Ad eam sententiam Sallustius : *Humillimus quisque in arvis, aut militia, nullius honestæ rei egens, satis sibi, satisque patriæ erat :* ut vere emendavit nobilissimus noster Dousa. Lips.

Exercendo agros. Poeticum est, e Virgilio sumtum Æn. 7, 798. Dixit tamen etiam Columella 8, 1. *exercere rus.* Noster iterum Germ. 29. et alii, ut plura alia, a poetis dicta. Ern.

Nisi, cujus fructus ante providerit. Sic ed. pr. Post inductum a Puteolano *providetur :* quod in *providerit* rursus mutavit e cod. Bud. Rhenanus. Pichena e cod. Flor. *præviderit* scripsit, quod est etiam in Guelf. id Ryckius secutus est et J. F. Gron. Sed J. Gronovius docet, in cod. Flor. esse *providerit.* Ern. Et in cod. Agric. Planius tamen mihi hic videtur *præviderit.* Sic et Bip.

Refertos. Bud. *refectos.*

Qui a republica. Quidam scripti, *qui et a :* ex quo Pichena, *quieta rep.*

Cogitaret plebem, quæ toga enitesceret. Sublatis studiorum pretiis, etiam studia peritura. » Ut minus

15. *Cogitaret plebem, quæ, toga enitesceret.* Sic Flor. at cod. Agr. *quæ toga.* Lego *Cogitare et plebem, qua toga enitesceret.* Tentat hunc locum Ferrar. de Re vestiar. 1, 33., p. 97. per *togam* recte Gronovius causidicinam accepit. *Qua*, qua via, quomodo. Ann. 12, 58., *Utque studiis honestis et eloquentiæ enitesceret.* Sic et ibi malo quam *nitesceret* aut *notesceret* cum Lipsio. Ann. 14, 53., *Inter nobiles et longa decora præferentes novitas mea enituit.* Quintil. 2, 5., *cultus enitescit.* Plinius Paneg. 4., *enituit aliquis in bello, sed obsolevit in pace.* Seneca de Benef. 3, 32., *quid si quis in tantum processit, ut aut eloquentia per gentes enotesceret, aut justitia aut bellicis rebus.* Malo, *enitesceret.* 7, 14., *contra fortunam luctata virtus enituit.* Liv. 4, 3., *dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret virtus, crevit imperium romanum.* Sic *effulgere* Ann. 13, 13., *Forte illis diebus Cæsar inspecto ornatu, quo principum conjuges ac parentes effulserant.* Seneca de Provid. c. 4. *Itaque quidam ultro se cessantibus malis obtulerunt, et virtuti iturn in obscurum occasionem, per quam enitesceret, quæsiverunt.*

et mox deinde, *petere.* Assentior. Lips. At. J. Gronovius sic mavult: *Se modicos senatores: quieta rep. nulla nisi pacis emolumenta. Petere ut cogitaret.* Etenim omnes scr. et edd. habent *peterent:* quod non est de nihilo. Nec antiquam lectionem arbitror spernendam *qui a rep. nulla nisi pacis emol. peterent.* MS. Guelf. *qui et a rep.* Ern. Sic et Bud. et Flor.

Cogitare plebem. Displicent quæ scripsi olim, et induco. Vett. *cogitaret.* Scribo, *cogitare et plebem, qua toga enitesceret.* id est, etiam quemvis e plebe occupatum esse, ut emergeret se, et nitidiore toga uti posset. Sed revera (iterabo hunc animi mei sensum) et narrationes et orationes istæ, turbatæ, concisæ. Confer, sodes, hunc XI. librum cum uno quovis e primoribus: jurabis, elapsum eum imperitorum manibus, velut e pugna aliqua cannensi Lips. Scripsit omnino Tacitus: *cogitaret plebem, quæ toga enitesceret.* Nec satis faciunt interpretes. *Togam* utique Freinsh. accipit laxe nimis. Ea enim pacem pacisque artes omnes etsi aliquando possit complecti, tamen hic arctius nihil aliud significat, quam eloquentiam forensem. Ut Livio 22, 26. de C. Ter. Varrone: *togaque ac forum placuere, proclamando pro sordidis hominibus causisque.* Plinius epist. 1, 22. *in toga negotiisque versatur: multos advocatione, plures consilio juvat.* Florus 4, 12. *ut primum togas et sæviora armis jura viderunt.* Reliquus autem sensus: meminisset, magnam partem plebeios ac de plebe esse, qui enitescerent atque in lucem se proferrent toga et causidicina: qui non possent tam magnum induere animum, et operam illam gratuitam præstare, nisi esurire domi et fame perire velint, dum alios beatos faciunt. Nam, quod dicere Tacitum faciunt, plebi non esse aliam viam ad dignitates, falsum est, ut norunt rerum romanarum periti. Pejus et ridicule, qui proprie accipit, quasi vellet Tacitus, ut plebs cogitet, quomodo niteat toga, sic oratorem cogitare, quomodo niteat oratio. Gron. Rectissime hæc. Et plane ed. pr. et Puteol. sic habent.

2.

decora hæc, ita haud frustra dicta princeps ratus, capiendis pecuniis posuit modum, usque ad dena sestertia, quem egressi repetundarum tenerentur.

VIII. Sub idem tempus Mithridates, quem imperitasse Armeniis, et ad præsentiam Cæsaris vocatum memoravi,

16. *Et ad præsentiam Cæsaris vectum memoravi.* Agr. *Armeniis Cæsaris vinctum memoravi. Vinctum* etiam Lipsiani codices. Forte, *quem imperitasse Armeniis, et C. Cæsaris vi vinctum memoravi.* Sic Dio 60, 8. Ita passim noster Ann. 1, 55., *vi Armenii cecidit.* Infra c. 9. *Casus Mithridati datus est occupandi Armeniam vi militis romani.*

Guelf. *cogitaret... qua.* Ceterum *enitescere* ætas hæc sic dixit. Plin. Pan. 4. et alibi. Ern. Lipsium séquuntur Heins. et Bip. Mihi potior videtur lectio a Gron. recepta, quæ et Ferrario placet de Re vest. 1, 33. Bud. *cogitaret p. qua.*

Ut minus dec. Hæc interpunctio debetur Freinshemio. Ante male interpungebatur post *decora.* Ceterum in reliquis hæreo: quæ si sine vitio sunt, *frustra* est, sine idonea caussa, qua moveri debeat ad decernendum secundum ea. Sed ita *frustra* non dicitur. Arbitror, Tacitum dedisse, *ut m. decora hæc, ita haud frustra dicta. Princeps cap. p. p. modum,* deleto *ratus*, quod est ab interpolatore, qui vitiosa interpunctione deceptus, explendæ sententiæ addidit *ratus*: nisi id factum e *motus.* Ern.

Usque ad dena sestertia. Eandem summam Nero etiam definit, credo. de quo Suet. 17. *Item, ut litigatores pro patrociniis certam justamque mercedem darent.* Sæpius enim relata hæc lex, cum perrumperet improbitas forensis. Eandem summam capere et Trajanus advocatis permisit, sed duntaxat post negotia peracta. Plinius ep. 5, 21., *Peractis tamen negotiis permittebantur pecuniam duntaxat decem millium dare.* Nam decem millia *HS.* idem quod dena. *HS.* idem, quod centum aurei; ut alibi docebo. Quod honorarium patrono Ulpianus tribuit in singulas caussas, l. 1. D. De variis et extr. cognit. Lips. Vide, ad hunc locum quæ scripsimus Pecuniæ veteris 2, 5. Gron. Suetonium Neroni tribuere, quod Claudio erat tribuendum, judicat Grævius ad l. cit. Verum Claudius modo terminum constituit, quem egredi nefas esset; Nero contra pro uno quoque genere caussæ certam mercedem definiisse videtur. Ita Ernesti ad Suet.

Quem egressi. Quem, id est, modum. Sic e Flor. Pichena. vett. edd. *quæ.* Ern. Bud. *quæ.*

Vectum memoravi. In libris scilicet, quibus descriptæ res Caii. Dio 60, 8. rem breviter tangit: Τὸν Μιθριδάτην τὸν Ἴβηρα, ὃν ὁ Γάϊος μεταπεμψάμενος ἐδεδέκει, οἴκαδε πρὸς ἀνάληψιν τῆς ἀρχῆς ἀπέπεμψεν. Quod hic in Tacito est, *vectum*; manuss. *vinctum.* Legerim, *ad præsentiam Cæsaris vectum vinctumque memoravi.* Quamquam Seneca non vinctum modo, sed in exsilium missum fuisse significat, de Tranquill. 11. *Ptolemæum Africæ regem, Armeniæ Mithridatem, inter Caianas custodias vidimus. Alter in exsilium missus est,*

monente Claudio, in regnum remeavit, fisus Pharasmanis opibus. Is rex Iberis, idemque Mithridatis frater, nuntiabat, « discordare Parthos : summaque imperii ambigua : minora sine cura haberi. » Nam inter Gotarzis pleraque sæva (qui necem fratri Artabano conjugique ac filio ejus præparaverat, unde metus ejus in ceteros) accivere Bardanen. Ille, ut erat magnis ausis promptus, biduo tria millia stadiorum invadit, ignarumque et exterritum Gotarzen proturbat : neque cunctatur, quin

17. *Tria millia stadiorum invadit.* Nescio, an satis latine : tutius sit *evadit. Evadere amnem* Ann. 12, 35. *discrimen evadere*, et *facinus evadere* Ann. 14, 6, 7.

(Mithridates scilicet :) *alter, ut meliore fide mitteretur, optabat.* Lips. Restitui *vinctum*, quod MSS. quidam et ed. pr. habent, et hic desiderari etiam Lipsius vidit. Quæ forma loquendi *ad præsentiam alicujus vehi ?* Omnino nescio, quid sit *ad præsentiam*, quod cum *vectum* jam est in ed. Puteol. reperique et in Guelf. Ab ed. pr. abest. Tacitum quidem sic scripsisse non credo. Ern. Bud. *victum* et in marg. al. *vectum*. Bene Bip. *vocatum*, quo redditur Dionis μεταπεμψάμενος. *Vinctum* admitti posset, si adderetur *adductum*, *vectum* vel simile quid.

Præparaverat. Nihil certius mihi, quam Tacitum scripsisse *properaverat*, quod et Mureto visum. Ut libro 2, 31. *petiturum se vitam quamvis nocenti, nisi voluntariam mortem properavisset.* I. 1. Cod. de his qui par. *Si quis parentis aut filii aut omnino adfectionis ejus, quæ nuncupatione parricidii continetur, fata properaverit.* Virgilius 9, 400. *an sese medios moriturus in hostes Inferat, et pulchram properet per vulnera mortem.* Vulgatum vix latinum est, neque elegantius *paraverit.* Gron. Sic noster etiam alibi loquitur. 13, 17. sed tamen vulgatum non adeo absurdum aut contra analogiam dictum puto. *Præparare alicui necem* est moliri, per venena, ut *profectionem præparare* apud Sueton. Tib. 38. pro moliri. Quod si tamen vi aperta sustulit, *properare* necessarium est. Verum ab initio hujus parentheseos legendum puto *quippe necem.* Syllaba *ne* absorpsit ultimam τοῦ *quippe.* Semper Tacitus in tali parenthesi hac particula utitur : ut ante c. 6. Acidalius etiam *ejus* post *metus* deleri vult. Recte. Noster alibi : *unde metus in omnes.* Exemplum Jac. Gronovii alienum est. Ern. Bud. *præparaverat.*

Acciv. Bardanen. Paullo aliter Jos. Ant. 20, 2.

Biduo. Deest in Bud.

Tria millia. Est ingens cursus in biduo : sed noctes etiam haud dubie assumptæ. Faciunt *trecenta septuaginta quinque* milliaria romana. est idem cursus, quem Annibal confecit, a Scipione victus : et vide me, si voles, Centuria Epist. ad Italos, epist. 59. Lips.

Gotarzen proturbat. Sic jam ed.

proximas præfecturas corripiat, solis Seleucensibus dominationem ejus abnuentibus. In quos, ut patris sui quoque defectores, ira magis, quam ex usu præsenti, accensus, implicatur obsidione urbis validæ, et munimentis objecti amnis, muroque, et commeatibus firmatæ. Interim Gotarzes, Daharum Hyrcanorumque opibus auctus, bellum renovat: coactusque Bardanes omittere Seleuciam, Bactrianos apud campos castra contulit.

IX. Tunc distractis Orientis viribus, et, quonam inclinarent, incertis, casus Mithridati datus est occupandi Armeniam, vi militis romani ad excidenda castellorum ardua, simul Ibero exercitu campos persultante. Nec enim resistere Armenii, fuso, qui prœlium ausus erat, Demonacte, præfecto. Paullulum cunctationis adtulit rex minoris Armeniæ, Cotys, versis illuc quibusdam procerum; dein literis Cæsaris coercitus, et cuncta in Mithridaten fluxere, atrociorem, quam novo regno conduceret. At Parthi imperatores, cum pugnam pararent, fœdus repente iciunt, cognitis popularium insidiis, quas Go-

princ. Id deinde mutatum in *perturbat*, quod est in ed. Puteolani: restituit Rhenanus. Consentit Guelf. Ern. Bud. *perturbat*.

Præfecturas. Satrapias, ut Herodotus appellat 1, 192. *Præfecti* satrapæ. Ern.

Viribus. Bud. *copiis*.

Vi militis r. Int. conversa, aut simile quid, quod latet in *persultante c*. Συλλήψεως hujusmodi exemplum jam non unum vidimus. *Campos persultare* e Livio est 34, 20. quam *sæpe in agro eorum impune persultavissent*. Ern.

Nec enim resistere Armenii. Sic ed. pr. Puteol. et e cod. Bud. Rhenanus, Aldus. Alii *restitere*. Ern.

Dein literis Cæsaris coercitus. Sic e Flor. Pichena: sic ed. pr. Ern. et Bud.

Fœdus repente faciunt. Non ut in libris hodie, *jaciunt*. Bene etiam Maurus, *iciunt*. Porro an hic *Bardanes* sit, quem in eo tractu, regem a se visum et conventum Apollonius apud Philostratum dicit 1, 21. nescio. Ætas patiatur: sed et ibi notatur, *pulsum eum regno fuisse, et tertium tunc annum iterum regnasse*. Lips. *Iciunt* cod. Agr. quod non spernendum puto. Suet. Claud. 25. *fœdus in foro icit*. Vid. ad 12, 62. Ex eo factum *jaciunt* in MSS. et edd. pr. sqq. Ern. Bud. *jaciunt*. *Iciunt* cum Bip. in textum recipio.

tarzes fratri patefecerat, congressique primo cunctantur, deinde complexi dextras, apud altaria Deum pepigere, « fraudem inimicorum ulcisci, atque ipsi inter se concedere. » Potiorque Bardanes visus retinendo regno : at Gotarzes, ne quid æmulationis exsisteret, penitus in Hyrcaniam abiit. Regressoque Bardani deditur Seleucia, septimo post defectionem anno; non sine dedecore Parthorum, quos una civitas tamdiu eluserat.

X. Exin validissimas præfecturas invasit. Et recipe-

18. *Et recuperare Armeniam.* Tuetur hoc Gronovius. At Flor. *Armeniam habet* et Vat. cod. Agr. *recuperare Armeniam in animo habebat.* Ni vulgatum tuemur, legam cum Lipsio *recuperare Armeniam ibat* : immo et *reciperare Armeniam avebat.* quod et fluctuanti Lipsio venerat in mentem. *Avebant visere* Ann. 12, 36. *avet animus* 4, 71. Possis et, *recuperandæ Armeniæ jam inhiabat.* Quod verbum et alias in Tacito corruptum, vel, *et recuperare Armeniam hiabat. Emptorem inducere hiantem* Horat. S. 1, 2, 88. *hiantes cupiditates* Hist. 1, 12. *hiatus præmiorum* Hist. 4, 42. *hiant compositio* de Orat. c. 21. *ad spem futuri hiare* Seneca Ep. 72 (73). Sic et *inhiare dominationi* Ann. 4, 12. *inhiare hortis* 11, 1. 12, 59. *opibus* 16, 17. *Romulus uberibus lupinis inhians* apud Cic. Catil. 3, 8. *congestis undique saccis Indormis inhians* Horat. S. 1, 1, 70. *inhiare gazis* Seneca Herc. Fur. v. 167. *tenuitque inhians tria Cerberus ora* Virgil. Georg. 4, 433. Cum quarto casu jungit Plautus bis, ter et Virgil.

Gotarzes fratri patefecerat. Ita reposuit Rhenanus, quod Aldus ceterique secuti sunt. MSS. ed. pr. ceteræque ante Rhen. *patefecit.* Broterius edidit *fratris f.*, quod auctore Josepho A I. 20, 3. frater Gotarsis Artabanus fuit, cujus filius Bardanes. Non ausim imitari : quia filius Artabani interfectus cum patre dicitur c. 8. ita, ut eum unum habuisse videatur : et potuit duos fratres, alterum Artabanum, alterum Bardanem habere. Ern. Bud. *patefecerat.* Muretus volebat *patri.*

Cunctanter. Ed. pr. *cunctantur.* quod mihi longe melius videtur. Dubitant primo, quid agant : deinde confirmati dextras complectuntur. Forma etiam narrandi Tacito convenientior. Ern. Recte.

Deinde c. d. Dein c. d. Bud. contra c. 2.[4] pro *exin* habet *exinde.*

Exin validissimas præfecturas invasit. MSS. ed. pr. *invisit* : quod tamen in exemplo nostro antiqua manus correxerat *invasit* : et sic edidere Beroaldus, Alciatus, Rhenanus etc. Sed ante jam Puteolanus. Et ita est in Guelf. Ern. Rhen. in Bud. legi ait *invisit*; debebat addere, id esse a r. m.

Et reciperare Armeniam. * Non sanus locus; de quo velut in tenebris micabo. Libri scripti voce auctiores, *reciperare Armeniam habebat.* Et rectumne illud ? ut sit Græcorum ἴχνα, ἀντὶ τοῦ δύναμαι : quomodo Cicero, Appuleius, A. Gellius, aliique e Latinis interdum. An *havebat?* an *audebat?* verbum quidem infarciendum est, ruenti sententiæ sustentandæ. Veneta editione, *reciperare*

rare Armeniam avebat, ni a Vibio Marso Syriæ legato, bellum minitante, cohibitus foret. Atque interim Gotarzes, pœnitentia concessi regni, et, revocante nobilitate, cui in pace durius servitium est, contrahit copias. Et huic contra itum ad amnem Erinden: in cujus transgressu multum certato, pervicit Bardanes, prosperisque prœliis medias nationes subegit ad flumen Sinden, quod Dahas Ariosque disterminat. Ibi modus rebus secundis positus. Nam Parthi, quamquam victores, longinquam

19. *Longinquam militiam aspernabantur. Longinqua militiæ* sit pro Taciti genio. Sic *longinqua imperii* Ann. 3, 43. Sed et vulgatum nostro in usu.

Armeniam parabat, expressum invenies. In Vat. opt. (siquid hoc ad rem) *habeat*: scribitur. litera alia superne adjecta. Quid si etiam, *reciperare Armeniam ibat?* sive *vadebat*. Lips. Optime Rhenanus et Salinerius, qui *reciperare* pro *reciperabat* volunt. Vide Obs. 2, 14. Gron. *Habebat* est etiam in ed. pr. *parebat* in MS. Guelf. Codex Agr. adeo addit *in animo*. Mihi dicta a Gronovio l. c. nondum satisfaciunt. Nam exemplum infinitivi desidero in hac structura, sequente *ni*. Taciti quidem perpetua est consuetudo, in hac forma orationis verbum finitum usurpare. Hæc dubitatio dum idoneis exemplis tollatur, liceat mihi credere, legendum esse *reciperabat*. Verbum *parabat* in MSS. tribus reperit Broterius, ediditque Puteol. et inde Ber. quos Broterius secutus est. Ego eos imitari non ausus sum, quia in eo verbo minus est, quam res requirit; ideoque interpolatorem redolet. Ern. Bud. a r. m. *recuperare* et in marg. *parabat*. Bip. *habebat*, h. e. poterat. Sed id *habebat* in codd. ortum videtur ex *avebat*, ut recte Heinsius. Cui hoc non placet, legat *reciperabat*.

A Vibio. Præpositio est in MSS. ed. pr. Omisit Puteolanus, non demum Beroaldus, ut vult Jac. Gron. qui restituit. Ern. Bud. *nisi a V.* Sed hoc *a* a r. m.

Foret. Bud. *esset*. et mox *vocante*.

Amnem Erinden. Ed. pr. *Eriden*. Ryckius conjicit: *Charindam*, qui a Ptolemæo 6, 2. inter Hyrcaniam et Mediam ponitur, memoratus etiam Ammiano 23, 6. Ern. Bud. *Erindem*.

Ad flumen Ginden. Vett. *Sinden*. Gyndes fluvius nominatur etiam Senecæ Ira 3, 21., *Cyrus cum Babylonem oppugnaturus festinaret ad bellum, Gynden late fusum amnem vado transire tentavit*, et quæ sequuntur: e quibus hauris sententiam Tibulliani versus 4, 141.... *aut rapidus Cyri dementia Gyndes*. Ubi male vett. libri, *Cydnus*. Nam et Herodoto Gyndes, 1, 189. Lips. Ed. Puteol. aliæque vett. edd. *Gynden*. At ed. pr. MSS. etiam Guelf. *Synden*: quod restituit Broterius; nam *Gyndes* Babylonius est alienus, de quo v. Broukh. ad Tib. p. 372. Ern. Bud. *Sinden*.

Longinquam militiam. Sic ed. pr.

militiam adspernabantur. Igitur exstructis monimentis, quibus opes suas testabatur, nec cuiquam ante Arsacidarum tributa illis de gentibus parta, regreditur; ingens gloria, atque eo ferocior et subjectis intoleratior: qui, dolo ante composito, incautum, venationique intentum, interfecere, primam intra juventam, sed claritudine paucos inter senum regum, si perinde amorem inter populares, quam metum apud hostes quæsivisset. Nece Bardanis turbatæ Parthorum res inter ambiguos, quis in regnum acciperetur. Multi ad Gotarzen inclinabant; quidam ad Meherdaten, prolem Phrahatis, obsidio nobis datum. Dein prævaluit Gotarzes: potitusque regiam, per sævitiem ac luxum adegit Parthos, mittere ad principem romanum occultas preces, quis, « permitti Meherdaten patrium ad fastigium, » orabant.

20. *Subjectis intolerantior. Intolerabilior* Agr. — 21. *Sed claritate paucos pares fuisse uni regum.* Sic cod. Agr. Forte, *sed claritudine paucis parem seniorum regum.* — 22. *Quis in regnum acciperetur.* An *acciretur.* Vel, *adscisceretur.*

quod restituit (ex Bud.) Rhenanus, inducto inde a Puteolano *quamque.* Guelf. *longinquam amicitiam.* Ern. In Puteol. non est *quamque*, sed *quanquam.* In Frob. 1519. *quamque.* quod Rhen. omisit.

Nec cuiquam... parta. Sic dedit e cod. Bud. pro *nec enim cuiquam.... parata* Rhenanus. *Enim* etiam ab ed. princ. abest. Rhenanum statim secutus est Aldus. Ern. Bud. a 1. m. habebat *parata.* Rhenanus male ad eum provocat.

Subjectis intolerantior. Jam diximus ad 3, 45. *curis intolerantibus* pro *intolerandis* dixisse Lævium: ut *intolerantior* possit esse minus tolerandus. Gron. Mox pro *apud hostes* ed. pr. *inter.* Ern. Grotius volebat *intoleratior*, quod placet. Cf. 12, 11.

Turb. P. res, inter etc. Muretus ita: *turb. P. res. Inter a. q. i. r. acciperetur, multi* etc.

Prolem Phrahatis. Non filium, ne erres, sed nepotem ex Vonone. Ipse Tacitus infra 12, 10. Lips.

Obsidio n. d. Ryckius suspicatur, *obsidium* dici per appos. pro *obsidem*, et ex Agr. cod. citat 51, 1. *temeritate obsidii*, ubi in aliis *obsidis. Obsidium* pro statu obsidis sumi notat Gesnerus in thes.

Potitusque regia. Vat. opt. *regiam.* Itaque scripsit. Lips. Sic et Flor. ed. pr. *Regia* dedit Puteol. et seqq. sic MS. Guelf. Ern. Cod. Agr. *rerum.*

Permitti Meherdaten. Vide Obs. 2, 13. Gron. i. e. ut potestatem daret eundi in patriam et capessendi regni. Adde Gruter. ad Martialem

XI. Iisdem consulibus ludi sæculares octingentesimo post Romam conditam, quarto et sexagesimo, quam Augustus ediderat, spectati sunt. Utriusque principis rationes prætermitto, satis narratas libris, quibus res imperatoris Domitiani composui. Nam is quoque edidit ludos sæculares; iisque intentius adfui sacerdotio quindecimvirali præditus, ac tum prætor. Quod non jactantia refero, sed quia collegio quindecimvirum antiquitus ea cura, et magistratus potissimum exsequebantur officia

10, 12. Drak. ad Liv. 3, 70. Ern. Scil. nonnulli legendum suadebant *remitti*, quod Grut. improbat.

Quarto et sexagesimo. Plinius 7, 49., *Bo minus miror Stephanionem, qui primus togatas saltare instituit, utrisque secularibus ludis saltasse, et D. Augusti, et quos Claudius consulatu suo quarto fecit; quando sexaginta tres non amplius interfuere anni.* Lips.

Rationes prætermitto. Quæ tamen claræ sunt. Augustus enim priscam institutionem secutus est, et edidit quinctos ludos sæculares anno centesimo et nono (decimo debuisset, si paruisset artæ legi) exacto. Claudius ita rationem instituit, ut centesimo quoque anno censuerit celebrandos: quasi sæculum rotundo centum annorum numero definiens. Itaque, insuper habita computatione Augusti et prisca, rettulit nunc octingentesimo urbis anno, se IV. et L. Vitellio III. Coss. Plura si cupis, vade ad Onufrii Panvinii ea super re libellum: viri industrii, diligentis, et cui Romanæ memoriæ (curam tantum ferre potuisset aut limam) debent, debebuntque. Lips. Immo Claudius celebravit ludos sæculares urbis conditæ, sæculum centum annis finiens, ut post alii imperatores fecere, ultimusque Philippus millesimo ab U. C. anno: sed Augustus celebravit ludos sæculares e præscripto oraculi, quod est ap. Zosimum 2, 6. qui etiam c. 5. ritus horum ludorum narrat, primumque celebrati sunt a. U. 353. L. Valerio Potito quartum trib. mil. cos. pot. ab Augusto a. U. 737. C. Furnio et C. Junio Silano coss. quintum. Quibus rationibus autem Augustus usus sit, non constat. Nam, si initium numerandi duxisset ab a. 353. cecidissent in a. 793. sive a quartis a. U. 605. incidissent in a. 715. in quo ponit Zosimus c. 4. sed falso, et dissentiente Censorino c. 17. qui in a. 737. ponit. Sed hæc disputare non est hujus loci. Videant, qui volunt, Pagium Diss. Hypat. P. 2. c. 10. et qui de ludis sæcular. scripsere. Ern.

Collegio quindecimvirum. Ideo Horatius in Carm. sæc. 70. *Quindecim Diana preces virorum Curet.* — Et in numis Augusti: imp. cæs. avg. lvd. saec. xv. s. f. id est, *Quindecimviri sacris faciundis*. Quamquam ad eos et aliorum ludorum curam pertinuisse, alibi mihi dictum. Lips.

Magistratus potissimum. Hoc ad id spectat, quod prætorem se tunc

cærimoniarum. Sedente Claudio, circensibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Trojæ inirent, interque eos Britannicus, imperatore genitus, et L. Domitius, adoptione mox in imperium et cognomentum Neronis adscitus, favor plebis acrior in Domitium loco præsagii acceptus est. Vulgabaturque, « adfuisse infantiæ dracones in modum custodum; » fabulosa et externis miraculis adsimulata. Nam ipse, haudquaquam sui detractor, unam omnino « anguem in cubiculo visam, » narrare solitus est.

XII. Verum inclinatio populi supererat, ex memoria Germanici, cujus illa reliqua suboles virilis : et matri Agrippinæ miseratio augebatur, ob sævitiam Messallinæ : quæ semper infesta, et tunc commotior, quo minus strueret crimina et accusatores, novo et furori proximo

præmisit : eoque, inquit, gnarum hujus rei et permixtum. Lips.

Pueri nobiles. Male Spanh. de Pr. NN. Diss. 12, 2. ad Britannicum et Neronem hos restringit. Inter eos fuisse, clare Tacitus refert.

Ludicrum Trojæ. Cf. Serv. ad Virg. Æn. 5, 545. Suet. Jul. 39. Aug. 43. Dio 43, 23.

L. Dom. adoptione. Huc Vaill. NN. Col. in Ner. trahit numum Babbæ cusum c. epigr. NERO CLAVDIVS CÆSAR.

Infantiæ ejus. Abest a Guelf. *ejus*. bene. Ern. Et a Bud. Bip. conjiciunt : *adf. infanti duos dr.* ingeniose : firmatur per sequens *unam*.

In modum custodum. Genios enim specie anguium apparere opinio erat, ut multis locis poetarum patet. v. Heins. et Drakenb. ad Silium 2, 585. Gorius ad Donii Inscr. ant. p. 44. Ern.

Miraculis adsimulata. Flor. *adsimilata* : quod recepit Pichena. Ego hanc notam potius ætatis in librario puto, qui Tacitum et æquales ejus nunquam *assimilare*, ut sequiorem ætatem, scripsisse arbitror, et de eo ad Statium c. 6. dicere cœperim. Gron. MS. Agr. ed. Puteol. et seqq. *assimulata*. Sed Guelf. ed. pr. *assimilata*. de verbo jam supra dictum. Ern. Bud. *adsimilata*.

Sui detractor. Burm. ad Ov. Met. 5, 246. putat fuisse *detractator*, et pro eo in MSS. datum *detractor*. Verum puto. Sic H. 1, 83. libri quidam *detractione* pro *detractatione*. Ern.

Unam omnino anguem. Paullo aliter Xiphil. 61, 2. qui exuvias duntaxat serpentis ad caput Neronis pueri inventas ait : idque vates ita interpretatos, magnam potentiam ab homine sene capturum, quia serpentes positis exuviis senectutem exuerent. En vanitatem ! Lips. Adde Sueton. Ner. 6. Ern.

amore detinebatur. Nam in C. Silium, juventutis romanæ pulcherrimum, ita exarserat, ut Juniam Silanam, nobilem feminam, matrimonio ejus exturbaret, vacuoque adultero potiretur. Neque Silius flagitii aut periculi nescius erat: sed certo, si abnueret, exitio, et nonnulla fallendi spe, simul magnis præmiis, opperiri futura et præsentibus frui, pro solatio habebat: illa non furtim, sed multo comitatu ventitare domum, egressibus adhæ-

Detinebatur. Distinebatur edd. omnes, quas inspexi, præter primam, quæ habet *detinebatur*. Verba illa sæpe in MSS. confundi constat, v. Drakenb. ad Liv. 5, 20. atque etiam in editis. Proprie quidem *detinere* est retinere, quocum etiam confundi solet, ab aliqua re abstrahere. *Distinere* autem in diversas partes trahere. Itaque in distinendo duæ ad minimum res intelligi debent, in detinendo sufficit una. Hinc fit, ut, cum res sit una, trahatque non in diversas et plures, sed unam partem, *detinere* dicendum sit. Hæc si ita sunt, ut puto, h. l. *detinebatur* est vera lectio, non *distinebatur*, quam quia ed. pr. habet, non dubitavi reponere. Similis locus est ap. Cicer. Phil. 9, 2. *putat nos alio bello detineri*, sc. quo minus eum coerceamus: sic ibi vulgo bene legitur: male alii *distineri*. Si dixisset simpliciter *putat nos distineri*, rectum esset: intelligeretur enim, duobus bellis: sed additum *alio bello* desiderat *detineri*. Noster dicit *attineri* 13, 27. Sic hic Messallina *distinebatur* studio ultionis et amore: sed amore *detinebatur*. Consideret quis exempla verbi *distinere* a Drakenb. l. c. Heins. ad Ovid. Her. 8, 69. et aliis, collecta, ita esse reperiet. Atque hinc facile in aliis locis judicabit. Grævius observatiuncula de hoc verbo captus, id interdum male obtrudit scriptoribus. Sic Justino 29, 2. recte restituit *distineri*, male obtrusit 6, 6. Ern. Bud. *detinebatur*.

C. Silium. De hoc c. 5. et 35. et 4, 18, 19. et Juven. 10. 330. De Junia Silana 13, 19.

Vacuo adultero. Vide ad 6, 34. Cic. Catil. 1, 6. *domum novis nuptiis vacuefecisses*. Liv. 1, 46. *cum domos vacuas novo matrimonio fecissent*. Guelf. ed. pr. *adulterio*, ut infr. c. 26. init. *adulteriorum* pro *adulterorum*. Sed MS. Guelf. etiam in fin. cap. *adulterium* pro *adulterum*. Ceterum hæc sententia non pendere potest a præcedente supra *ut*, sed a tota præcedente sententia. Nam Messallina exturbavit uxorem e matrimonio Silii, quo sola frueretur adultero. Itaque suspicatus sum legendum esse, *vacuo quo ad. p.* vel, *quo vacuo a. p.* Ern. Sic jam Ryck.

Illa. Si sequens statim periodus non ab *at* inciperet, crederem hic intercidisse *at* per finalem præcedentis verbi syllabam. Silius sperabat rem latere posse, at illa, quomodo res lateret, nihil curabat. Vix dubito, Tacitum scripsisse *ipsa*. Ern.

Egressibus adhærescere. Qui mos Romæ colendi potentiores. Lips. Idem factum interdum pantomimis,

rescere; largiri opes, honores: postremo, velut translata jam fortuna, servi, liberti, paratus principis apud adulterum visebantur.

XIII. At Claudius, matrimonii sui ignarus, et munia censoria usurpans, « theatralem populi lasciviam » severis edictis increpuit, « quod in P. Pomponium, consularem, »

supra proditum, item a Plinio juniori, scimus, amore, sicut h. l. Ern. Bud. *et gressibus.*

Paratus principis. Cf. c. 30. et 35.

Munia censoria usurpans. De anno cœptæ a Claudio censuræ v. Pagium Crit. Bar. a. C. 48. de censura ipsa dicta ad Suetonii Claud. 16. Ern.

Severis edictis increpuit. Pichena et Gruterus velut e MSS. restitutum jactant *severis edictis*. At ego in omnibus meis edd. pr. Puteol. Ber. Alc. Rhen. Aldi *edictis* reperi. In Lipsianas vitio operarum irrepsit *dictis*, quod et in ultimæ recensionis exemplo (1600, 4.) reperi. In iis, quæ post mortem facta sunt, *edictis* reperi, ut 1615. Ern. Cod. Covarr. et Bud. *edictis*.

In P. Pomponium consularem. Qui consul fuit a. 782. iterum sub Caio, a. 794. Sed de prænomine illustris viri et poetæ quæro. Hic Publius dicitur: infra 12, 27. Lucius *Deinde L. Pomponius Legatus auxiliares Vangiones ac Nemetas* etc. Loqui enim eum de hoc poeta, docent quæ subjunxit: *decretusque Pomponio triumphalis honos, modica pars famæ ejus apud posteros, in quis carminum gloria præcellit.* At Dioni 59, 6. est Quintus: Ἔπειτα τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὄντας ἀπέλυσεν· ὧν εἷς ἦν Κόϊντος Πομπώνιος, ἱππικὸν ὅλοις ἔτεσιν ἐν τῷ οἰκήματι μεθ' ὑπάτειαν κακωθείς. Quæ ipsa de hoc vate accipienda, clarum ex iis, quæ Tacitus 5, 8. Ubi cum descripsisset custodiam hujus Pomponii apud fratrem, addit: *At Pomponius multa morum elegantia, et ingenio illustri, dum fortunam æquus tolerat, Tiberio superstes fuit.* Et sunt ab eo tempore ad liberationem e custodia anni septem. Hanc nominis litem dabam secundum Dionem (quippe integre perscriptum apud eum prænomen est:) nisi submonuisset Tacitus fratrem poetæ fuisse Quinctum, 6, 18. *Sanciæ aqua et igni interdictum, accusante Q. Pomponio. Is, moribus inquies, hæc et hujusmodi a se factitari prætendebat, ut, parta apud principem gratia, periculis Pomponii Secundi fratris mederetur.* Itaque nihil constituo. Est autem hic, non Atellanarum scriptor, (qui L. Pomponius Bononiensis dictus, Ciceroni, Senecæ, Macrobio, Nonio, Festo, laudatus:) sed tragœdiarum. Quintil. 10, 1, 98., *Eorum, quos viderim, longe princeps Pomponius Secundus, quem senes parum tragicum putabant, eruditione ac nitore præstare confitebantur.* Plinius epist. 7, 17., *Pomponius Secundus, scriptor tragœdiarum, si quid forte familiarior amicus tolleret, dum ipse retinendum arbitraretur, dicere solebat: Ad populum provoco.* Hic est, quem tanti Plinius alter fecit, ut vitam ejus miserit in scripta 14, 6., *Nobili exemplo docuimus, referentes vitam Pomponii Secundi vatis, cœnamque*

(is carmina scenæ dabat) « inque feminas illustres, probra jecerat. » Et lege lata sævitiam creditorum coercuit, « ne in mortem parentum pecunias filiisfamiliarum fœnori

23. *Probra jecerat. Jecerant.*

quam principi dedit. Et 13, 26., *Ita sunt longinqua monumenta Tiberii Caiique Gracchorum manus, quæ apud Pomponium Secundum vatem civemque clarissimum vidi annos fere post ducentos.* Lips. De consulatu Pomponii primo, nondum mihi res liquida. In fastis quidem coss. suffecti traduntur eo anno *Q. Pomponius et Sanquinius* ab Onufrio, sed nullo argumento. In ed. Almeloveenianorum Fastorum pro testimonio laudatur inscr. ap. Grut. p. 1087. n. 1. Sed ibi *A. Plautius* et *L. Nonius* eduntur, quos suffectos eo anno facit etiam Muratorius in Thes. Inscr. p. 302. Sed tota illa ἔκδοσις vitiis plena est, omninoque optandum, ut aliquis vir in his rebus accurate versatus, nominatim Hagenbuchius, hanc curam in se suscipiat, et fastos consulares constituat potius illustretque universos, quam epistolam consularem tantum scribat, cujus edendæ spem ab eo fieri video. ... Sed de Hagenbuchio irrita vota fuere. Cui nunc provinciam hanc deferri cupiamus, non reperimus. Ern.

Lege lata. Tirones caveant, ne hæc e prisco more intelligant, velut ad populum de eo relatum fuerit. Comitia populi tum nulla. Senatus consultum intelligendum est. Sic ap. Suet. Claud. c. 23. dicitur *obrogasse* legi Papiæ Poppææ: id factum SCto. Ceterum *lata* non aptum videatur esse his temporibus, quibus leges *fiunt, dantur* etc. sed non *feruntur.* Sufficiebat *lege sævit. cr. coercuit.* Sed tamen et H. 4, 47. legem tulisse Domitianus dicitur cum relationem de lege sancienda in senatu fecit. Ern.

Sævitiam creditorum. Exquisite sic vocat avaritiam et lucri sordidum studium, quam et *acerbitatem* vocant, unde *acerbissimi feneratores* Cic. ad Att. 6, 1. Simile est, quod *cruentas usuras* dicunt. Ceterum verba *lege..... coercuit* excidere in MS. Guelf. Ern.

Ne in mortem parentum. Quæ circumscriptio juventutis jam ante vetita, Lætoria lege Sed paullo aliter. Nam Lætoria lex saltem caverat iis, qui intra 25. annos; alios insuper habuerat: Claudius universe constituit de omnibus filiisfamiliarum, etiam supra legitimam ætatem. Lætoria etiam lex, fenoris aut pecuniæ nulla mentione, simpliciter vetabat, *minorem vigintiquinque annis stipulari,* id est ἐπερωτᾶσθαι, ait Priscianus, sive stipulanti respondere. De ea non dubie Plautus sensit Pseud. 1, 3, 68., *Perii! an non tum me lex perdit quinta vicenaria? Metuunt credere omnes.* Et Rud. 5, 3, 25., *Ni dolo malo instipulatus sies, nive etiamdum siem Quinque et viginti natus annos.* Asperius eamdem Claudii legem rettulit Vespasianus Suet. c. 11. *ne filiorumfamilias feneratoribus exigendi crediti jus unquam esset, ne post patrum quidem mortem.* Satis multa JCti ad SC. Macedonianum. Lips. MS. Guelf. *in morte,* male. Ern. Sic et Bud.

darent. » Fontesque aquarum, ab Simbruinis collibus deductos, urbi intulit. Ac novas literarum formas addidit vulgavitque; comperto, græcam quoque literaturam non simul cœptam absolutamque.

XIV. Primi per figuras animalium Ægyptii sensus mentis effingebant; (ea antiquissima monimenta memoriæ humanæ impressa saxis cernuntur) « et literarum

Ab Simbruinis collibus. Vett. *Sub imbruinis.* Lego, *sub imbrivinis.* Prorsum addi eam voculam placet. Non enim ex ipsis collibus deductam aquam vult: sed fontes aquarum, qui sub collibus, Romam perductos. Locus ipse in melioribus Livii libris, *Imbrivium*, 8, 30. et Silio 8, 370. ..... *gelidoque rigantur Imbrivio.* Apud Celsum tamen Simbruinas item aquas legas 4, 5., *Consistere in frigidis medicatisque fontibus, quales Cutiliarum Simbruinarumque sunt, salutare est.* Lips. *Sub imbruinis* omnes vett. libri (in his et Bud.) ad Rhenanum, qui e Taciti A. 14, 22. correxit *Simb. uinis.* Veterem lectionem reduxit e Flor. Pichena, quem secuti sunt Gronovii: Ryckius autem Rhenanum. E Lipsii correctione laudat hunc locum Sigonius ad Livium l. c. Sed Livii locus nil prodest Lipsio. Est enim Livianum *Imbrivium s. Imbrinium* potius, diversum ab loco hoc, unde aquæ deductæ, ut monuere Ortelius et Cluverius ap. Drakenb. ad l. c. qui edidit *Imbrinium.* Apud Silium 8, 371. Meliores libri habent *Simbruvio:* atque id defendit N. Heinsius, editque Drakenb. Ergo non dubitandum, hic quoque *Simbruinis* vel *Simbruvinis* scribendum esse, præsertim cum infra 14, 22. Hæc scriptura sit in omnibus editis. Sed quia, ut recte monuit Jac. Gronovius, non est de nihilo, quod in MSS. est *sub Imbr.* ex ejus mente edendum curavi *ab Simbruinis.* Non male, ut opinor, Hesselius suspicatur in Vibio Seq. v. *Anien*, corruptum nomen *Simbruini lacus* in *Velinum* p. 8. Ern. Adde quæ ipse ad h. l. Vibii notavi p. 53. De stupendo opere ipso, quo Curtium et Cæruleum fontes Claudius urbi intulit, v. Plin. 36, 24. qui *nihil magis mirandum in toto orbe terrarum fuisse* adserit.

Comperto Gr. qu. Ed. pr. *Comperit quoque Græcam.* Puteol. *comperto quoque.* Ern. Sic et Bud.

Primi per figuras animalium. Non animalium solum, sed et rerum mutarum: quæ hieroglyphicæ notæ dictæ. Literas tamen postea Ægyptiis sive Isis regina tradidit, sive Mercurius: sed ita, ut priscas illas notas, quas ἱερὰς dicebant, Sacerdotes retinerent: alias, quas πανδήμους, vulgus. Lips. Specimen scripturæ hujus extat in obelisco Ramessis, de quo 2, 60. Ern.

Et antiquissima monumenta. Lego, *ea antiquissima.* Lips. Sic et Freinsh. qui hæc ut in parenthesi dicta accipit: estque durior hic crebra repetitio copulæ, præsertim in oratione Taciti. Ern. Recte vidit Freinshem sequor.

semet inventores » perhibent; « inde phœnicas, quia mari præpollebant, intulisse Græciæ, gloriamque adeptos, tanquam repererint, quæ acceperant. » Quippe fama est, « Cadmum, classe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis artis ejus auctorem fuisse. » Quidam « Cecropem Atheniensem, » vel « Linum Thebanum, et temporibus trojanis Palamedem, Argivum, »

Fama est etc. In totum hunc locum de literis græcis e Phœnice in Græciam perlatis, inde in Italiam, qui velut justum commentarium desiderat, legat disp. Scaligeri in Animadvers. ad Eusebii Græca p. 110. et Montefalcon. Palæogr. Gr. 2, 1. sqq. atque etiam Edm. Chishullum ad Inscr. Sigeam in Antiqu. Asiaticis, ut alios taceam: in primisque inspiciat ap. Chishullum tabulam p. 24. in qua naturæ et orbis alphabetum exhibetur. Ern.

Cadmum. Atque ita creditum plerisque scriptoribus. Ut Clementi Alex. Strom. 1, 16., Κάδμος δὲ Φοίνιξ ἦν, ὁ τῶν γραμμάτων Ἕλλησιν εὑρετὴς, ὡς φησὶν Εὔφορος (verius, Ἔφορος), ὅθεν καὶ Φοινικήια τὰ γράμματα Ἡρόδοτος κεκλῆσθαι γράφει. Q. Curtius 4, 4., *Si famæ libet credere, hæc gens* (Phœnices) *literas prima aut docuit, aut didicit.* Isidorus 1, 3., *Græcarum literarum usum primi Phœnices repererunt.... Hinc est, quod phœniceo colore librorum capita describuntur, quia ab ipsis literæ initium habuerunt.* Quod ait de colore capitum sive titulorum in libris, verum et vetus est. Ovidius Trist. 1, 7., *Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.* Caussa tamen inepta, et ex pectore Isidori. De Cadmo inventore Agenoris F. vide et Plinium 7, 57. et Suidam in Φοινικήια. Lips.

Cecropem Atheniensem vel Linum. Cecropem tamen plerique Ægypto ortum fatentur, et illinc intulisse literas. Linus est Apollinis et Terpsichoræ filius, de quo Suidas: Λίγγαι δὲ πρῶτος οὗτος ἀπὸ Φοινίκης γράμματα εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν. Ita vides in diversitate sententiarum, consentire tamen omnes de Phœnice, aut Ægypto: et bene Plinius, nunquam dubitasse ait l. c. quin literæ ab Assyriis essent. Lips.

Temporibus trojanis Palamedem. Videamus. Trojanis temporibus repertæ primum literæ? Immo, sive Cadmus, sive Cecrops eas reperit, trecentis propemodum ante id bellum annis. Quin et Orpheus poeta vixit scripsitque major illo ævo. At quidam ita memorant de Palamede. Sed vix tamen aliqui veterum: et ad fidem rerum emendes: *Quidam Cecropem Atheniensem, vel Linum Thebanum, sedecim literarum formas, et Trojanis temporibus Palamedem Argivum tres memorant, mox alios ac præcipue Simonidem ceteras reperisse.* Ita res habet. Sedecim literæ primo: Palamedes tres addidit, ut Isidorus l. c. censet: sive quatuor, ut Plinius 7, 57. Suidas in Παλαμήδης (et per me quidem in Tacito etiam legeris, *Palamedem Ar-*

memorant, « sexdecim literarum formas; mox alios ac præcipuum Simonidem, ceteras reperisse. » At in Italia Etrusci ab Corinthio Damarato, Aborigenes Arcade ab Evandro didicerunt : et forma literis latinis, quæ veterrimis Græcorum. Sed nobis quoque paucæ primum fuere : deinde additæ sunt. Quo exemplo Claudius tres literas adjecit, quæ usui, imperitante eo, post obliteratæ, ad-

givum 4. *memorant.* Nam ex notis omissis confusisque hic error.) alias Simonides Pythagorasque. Possis etiam verbis non trajectis scribere: *Quidam Cecropem Atheniensem vel Linum Thebanum. Et temporibus Trojanis Palamedem Argivum memorant* 4. *literarum formas*, etc. Etsi fateor tamen, in Gorgiæ declamatione pro Palamede eum dici *auctorem literarum* ἁπλῶς et indefinite. Itaque non nimis pertendo : etsi pro mea sententia licet Irenæum etiam addas advers. Hæres. 1, 12 (15). Lips. Taciti lectionem vulgatam defendit Casaubonus ad Sueton. Claud. c. 41. prolatis græcorum scriptorum locis, idem de Palamede tradentium. Ern.

In I. B. ab C. Dam. Id falsum videtur. Nam ante habuere literas pelasgicas, ut e monumentis antiquis docuere doctissimi viri, quæ sunt Cadmeis antiquiores. Ern.

Arcade ab Evandro. Sive a Carmenta ejus matre, ut visum aliis. Lips.

Et forma. Sic MS. Guelf. ed. pr. et Puteol. Itaque frustra Jac. Gronovius obloquitur Rhenano, qui hanc lectionem antiquiorem vocat. Postquam Beroaldus *formæ* dedit, sive lectionem cod. Flor. *formas* sic corrigens, sive errore operarum, ut credo, id secuti sunt ceteri. *Forma* recte restituta. Male J. Gronovius defendit *formas*. Etenim directa oratione uti cœpit Tacitus. Ern. Bud. *forma.*

Veterrimis Græcorum. Intelligit Phœnicias. Rem ita esse, videbit, qui Chishulli tabulam ante laudatam, aut etiam ceteros, quos laudavi, inspiciet. Swintonus autem Diss. 5. c. de Priscis Rom. literis p. 13. veterrimas intelligit Pelasgicas s. Etruscas, et literas Latinas non recentes, quæ Taciti ætate fuere, sed antiquiores, quæ eædem cum Etruscis. Falso. Nam Tacitus diserte Phœnicias h. e. Cadmeas antiquissimas facit. Ern.

Sed nobis quoque paucæ. Latinis primo non nisi 16 literæ. Kappa Sallustius ludimagister invenit : gamma Spurius Carvilius : literam X ætas Augusti. Lips.

Claudius tres literas adjecit. Suet. 41. *Novas etiam commentus est literas tres, ac numero veterum quasi maxime necessarias addidit.* Uterque esse literas tres ait. Sed quærimus eas : et quibusdam visum promptius, dubitare de Suetonii scriptura. Non adhibebo id mantelium ignaviæ meæ ego. Planissime tres Claudius reperit. Æolicum digamma cujus facies literæ Ⅎ. inversæ. Quinctil. 1, 7, 27., *Nec inutiliter Claudius Æolicam illam* Ⅎ. *ad*

spiciuntur etiam nunc in ære publicandis plebiscitis per fora ac templa fixo.

24. *Plebiscitis. Plebeiscitis* cod. Agr. *plebiscitis* Grotius. Sed non tam plebi, quam omnibus civibus publicabantur.

hos usus literarum adjecerat. Et 12, 10, 29., *Æolicæ quoque literæ, qua cervom servomque dicimus, etiamsi forma a nobis repudiata est, vis tamen manet.* Hanc non Claudius solus inter literas habendam censuit, sed et Varro: si credimus. Annæo Cornuto. *Hanc literam*, inquit in Orthographia ap. Cassiod. n. 1. in Putschii Sylloge p. 2281. *Terentius Varro dum vult demonstrare, ita præscribit.* VA. *Qui ergo in hac syllaba sonus est, idem literæ erit.* Hoc digamma etiam hodie in lapidibus Claudianis (ap. Grut. p. 196. 236. 238.) TERMINAJIT AMPLIAJITQUE. et DIJI. AVGVSTI. De hac ergo clarum. Secundam eruo e Prisciano 1. p. 557. antisigma. Ait: *Huic S præponitur P. et loco Ꝑ fungitur. Pro quo Claudius Cæsar antisigma* Ↄ *hac figura scribi voluit: sed nulli ausi sunt antiquam scripturam mutare.* Antisigma ideo, quia duo sigma obverso dorso ↃC. Hac enim semilunæ figura prisci Græci sigma formabant. In tertia litera hæremus. Nec auxilio est grammaticorum manus. Non ille, qui AI diphthongum fuisse censet, quia in Claudii ævo lapidibus, ANTONIAI. DIJAI. et similia scripta. Constat enim, antiquitus creberrime usurpatam hanc diphthongum. Non etiam ille, qui literam nescio quam inventam a Claudio leniendo R. putat, ex corruptis Velii Longi verbis: in quibus prioribus de Æolico digamma saltem egisse Velium scio. Sed nec Martianus Capella, qui sic scribit l. 3. *Huic literæ S. Divus Claudius P adjecit aut C propter ↓ et ξ. Græcas, psalterium, saxa.* Censet enim ille, a Claudio novum x repertum, quod vanum puto, quia x in usu temporibus jam Augusti, ut diserte monet Isidorus 1, 4. Sed et x inter eas a Varrone et Quinctiliano 1, 4, 9. censetur, quæ non necessariæ. Varro in Fragmento quopiam ex libro de Grammatica: *Literarum partium sunt, et dicuntur, ut* A, B. *partim dicuntur, et non sunt, ut* H *et* X. *partim sunt, neque dicuntur, ut* Φ, ↓. Ex quibus verbis non absurde collegeris, duabus his literis, quæ necessariæ, Varrone teste, novam formam induisse Claudium nomenque. Et de ↓ quidem clarum, cui antisigma respondit: de Φ Claudiano neglexerunt tradere grammatici, et ego non divino. Phi quidem litera, non dubie necessaria, et alius ejus sonus quam F. uti monuit etiam Quinctil. 12, 10, 29. Hæc in re grammatica nugamur: et omittere licuisset, si Claudii liber extaret, quem de ratione harum literarum edidit. LIPS. Vide interpretes Suetonii et Claudii locum, et Taylorum in primis ad Marm. Sandvic. p. 48. ERN. *Propter syllabæ finalis, quæ per duo u scribenda est, sonum declarandum, repertam esse novam literam, quæ digamma adpellatur*, scribit Gellius 14, 5. Cf. et Priscianus 1, 4. De hac litera nullum dubium; nec vero ætatem tulisse, jam ex Quinctil. l. c. patet. De secunda et tertia Crollius ex his istius auctoris verbis 1, 4, 7 et 8. *An cujuslibet*

XV. Retulit deinde ad senatum, super collegio haruspicum, « ne vetustissima Italiæ disciplina per desidiam exolesceret : sæpe adversis reip. temporibus accitos, quorum monitu redintegratas cærimonias, et in posterum rectius habitas : primoresque Etruriæ sponte, aut patrum romanorum impulsu, retinuisse scientiam et in familias propagasse : quod nunc segnius fieri, publica circa bonas artes socordia, et quia externæ superstitiones valescant. Et læta quidem in præsens omnia; sed be-

auris est etc. infert., literas, a Claudio introductas, fuisse et necessarias et latinæ scriptioni proprias, quod de digammate valet. Earum alteram medium inter I et V, alteram inter I et E, sonum exhibuisse. Priorem hariolatur ex antisigmate Ɔ et litera I junctis sic ƆI fuisse conflatam, alteram esse eam, quæ in quibusdam monumentis occurrat, hanc Π, ut in FΠCIT pro FECIT. Exemplum dabit Museum Schœpflini p. 34. Broterius tres Claudii literas esse statuit ⅃ pro V, ƆC pro PS vel Ψ et Ⅎ pro sono inter I et V medio. Sed heus! sic conjecturarum satis.—Cf. Mallinckrot. de Nat et Usu litt. p. 83. ubi c. 17. de literis Claudianis.

In ære publicandis plebiscitis. Ego vero cum imperatoribus tollo hæc plebiscita : quæ vim usumque Claudii temporibus habere non potuerunt, omni potestate tralata ad unum. Quære exempla in historia principum, non invenies. Legerim, *publicandis scitis.* Sciti nomen generale est, et ad decreta omnia pertinet ac jussa. Et haud dubie ea scriptura observata non solum in plebiscitis (ut demus ea fuisse) sed in legibus aliis edictisque. Lips. Grotius longe melius, qui sic scribi locum volebat : *publicandis plebi SCtis.* quod mihi verissimum videtur cum Ryckio. Librarii cum compendium scribendi *SC.* non intelligerent, satis constat vel mediocriter in his literis versatis, quam varie corruperint hoc verbum. Sic et Hoeschelius volebat et Schefferus Ανεκδ. Gr. p. 291. De re adde Sueton. Claud. 41. qui eas literas etiam in multis libris, actis diurnis et titulis operum restitisse suo tempore tradit. Inscriptiones antiquas, in quibus digamma adhuc visitur, laudavi ad Sueton. l. c. ubi v. Intt. Ern. De plebiscitis v. Gell. 10, 20. —**Plebi SCtis* vult Scheffer. in Misc. Obs. vol. 8, p. 291.

Vetustissima. Quam ipsi Romani liberos suos capere volebant, ac publice mittebantur. Vide Valerium de Relig. 1, 1. et Ciceronem de Divin. 2, 23. Lips.

Temporibus accitos. Accitis. MSS. vett. edd. omnes. Sed *accitos* verum est, idque constructio desiderat. Sic volebat etiam Groslotius in Syll. Burm. t. 1, p. 350. Ern. *Accitos* ex cod. vet. dedit Ursinus. Bud. *accitis.*

Valescant. Ed, Puteol. *invalescant*, et omnes deinceps ad Pichenam, qui e MS. Flor. restituit *valescant*, quod etiam ed. princeps habet.

nignitati deum gratiam referendam, ne ritus sacrorum, inter ambigua culti, per prospera oblitterarentur. » Factum ex eo SC. « viderent pontifices, quæ retinenda firmandaque haruspicum. »

XVI. Eodem anno Cheruscorum gens regem Roma petivit, amissis per interna bella nobilibus, et uno reliquo stirpis regiæ, qui apud urbem habebatur, nomine *Italicus*. Paternum huic genus e Flavio, fratre Arminii, mater ex Cattumero, principe Cattorum erat: ipse

25. *Ex Catumero.* Cod. Agr. et hic et infra *ex Actumero.* ut Vatic. Idem a manu secunda *nomine Italicus*, non *Itulus.* Et sic denuo postea idem codex bis; quomodo et Mediceus.

Tacitum simplicibus delectari supra notatum. Ern. Bud. *valescunt.*

Referendam, ne. Non videtur cepisse vir insignis, Freinshemius, quum judicavit, hoc membrum a proximo τελείᾳ ὑποστιγμῇ separandum. Neque enim novum argumentum est, aut stimulus hortationis differens ab eo, quo jam usus est: sed id ipsum, quod brevius attigerat, persequitur explicatius. *Gratia*, quam diis referri censet, hæc est una, ut cerimoniæ, rebus romanis multo minoribus aut in arcto servatæ diligenter, temporibus secundis ne negligantur. Intelligimus enim *gratiam*, non quæ verbis haberetur, aut aliis suppliciis, sed si fieret tum, ex quo appareret, in hoc genere cultus gratos esse erga deos. Ut 2, 13. milites promittunt Germanico se *gratiam in acie* relaturos. Deinde τὸ *gratiam* accipiendum, quasi dixisset *eam gratiam* vel *hanc gratiam.* Gron. Freinsh. scil. a *ne* novum duci argumentum putabat: quod secus est.

Quæ retin. firm. haruspicum. Intelligo sane. Sed non videtur Claudius voluisse delectum fieri, quid negligendum, quid servandum: sed disciplinam priscam retineri et servari. Itaque videtur decretum esse, ut pontifices de disciplina illa retinenda et firmanda viderent. Suspicatus sum excidisse *disciplina:* quæ essent disciplina haruspicum retinenda firmandaque; phrasi antiqua et bona, quam sæpe corruperunt librarii inscitia priscæ latinitatis. Et intelligendum *forent.* Ern.

Roma petivit. MS. vett. edd. *Romæ.* Aldus e Rhenani conjectura recepit primus *Roma* (ut 12, 14), quem ceteri recte secuti sunt. Ern. Bud. *Rome.*

Italicus. Ryckius e cod. Agric. profert probatque *Italicus*, et sic in sequentibus etiam exhibere MS. Flor. Et sic, quoad posteriora loca, etiam ed. pr. Itaque non dubitavi restituere. Vulgo *Italus.* Ern. Bud. *Ytalus.*

E. Flavio. Cf. 2, 9.

Ex Catumero. In Vatic. est, *Actumero:* Strabone 7, p. 292. Οὐκρόμηρος ἡγεμὼν Κάττων, id est *Ucromerus.* vel ad etymon Germanicum verius, *Acromerus.* Lips. *Actumero*

forma decorus et armis equisque, in patrium nostrumque morem, exercitus. Igitur Cæsar auctum pecunia, additis stipatoribus, hortatur, « gentile decus magno animo capessere. Illum primum, Romæ ortum, nec obsidem, sed civem, ire externum ad imperium. » Ac primo lætus Germanis adventus, atque eo magis, quod, nullis discordiis imbutus, pari in omnes studio ageret : celebrari, coli, modo comitatem et temperantiam nulli invisam, sæpius vinolentiam ac libidines, grata barbaris, usurpans. Jamque apud proximos, jam longius clarescere, cum potentiam ejus suspectantes, qui factionibus floruerant, discedunt ad conterminos populos ac testificantur, « adimi veterem Germaniæ libertatem, et romanas opes insurgere : adeo neminem, iisdem in terris ortum, qui principem locum impleat; nisi exploratoris Flavii progenies supra cunctos adtollatur? Frustra Arminium præscribi : cujus si filius, hostili in solo adul-

26. *Forma decorus.* An *forma?* — 27. *Animo capessere. Capesseret.* — 28. *Et romanas opes insurgere.* Lege *ei.* Apud Val. Flaccum 4, 274., *paulatim insurgere fesso Integer.*

etiam ed. pr. Ms. Bodl. *Cactumero*, Ern. Bud. *Actumero*. Ex Bodl. videtur scribendum *Cattumero*.

Atque eo magis, quod nullis. Veteri Covarr. abesse *magis*, Gruterus testatur. Abest etiam ab ed. pr. *Celebrari, coli* pro celebrabatur, colebatur. Ern. *Magis* abest a Bud.

Jamque apud proximos, jam longius clarescere, Sic vett. edd. usque ad Rhenan. qui e cod. Bud. recepit : *j. apud pr. longius* (omisso altero *jam*); quod secutus est Aldus. *Apud*, quod e Flor. se restituere ait Pichena, in omnibus veteribus est, primumque in Lipsiana reperi *ad*. Ern. Bud. *apud*.

Principem locum impleat. Hoc ex Flor. dedit Pichena, et sic Tacitus alibi. Vett. edd. omnes et MSS. alii *principis*. Ern. Sic et Bud.

Supra cunctos attollatur. Rhenanus se castigasse dicit *attollatur*, et *solo*, et *posse*, pro *extollatur, loco, posset.* At omnia ista sunt in ed. pr. nisi quod *attollitur* vitio operarum, et *venisse posse Testimesci.* Puteolanus induxit *extollatur, loco*, et *posset;* sed tamen e MSS. Nam et Guelf. *loco* et *posset.* Ern. Bud. habet *attollatur. solo ... posset. Temitesci.*

Arminium præscribi. Qui illi patruus : et tanquam in ejus gratiam

tus, in regnum venisset, posse extimesci, infectum alimonio, servitio, cultu, omnibus externis. At, si paterna Italico mens esset : non alium infensius arma contra patriam ac deos penates, quam parentem ejus, exercuisse. »

XVII. His atque talibus magnas copias coegere : nec pauciores Italicum sequebantur. « Non enim irrupisse ad invitos, sed accitum, » memorabant. « Quando nobilitate ceteros anteiret, virtutem experirentur, an dignum se patruo Arminio, avo Cattumero præberet. Nec patrem rubori, quod fidem adversus Romanos, volentibus Germanis, sumptam, nunquam omisisset. Falso libertatis vocabulum obtendi ab iis, qui privatim degeneres, in publicum exitiosi, nihil spei, nisi per discordias, habeant. » Adstrepebat huic alacre vulgus; et magno, inter barbaros, prœlio victor rex; dein secunda fortuna ad superbiam prolapsus pulsusque, ac rursus

29. *Alimonia.* Codex Med. et Agr. *alimonio.* Sic Dictys 2, 19.; *quod ejusdem ætatis atque alimonii non sine magno dolore divelli poterant.* Sic editio Mercerii. Codex tamen meus, *alimonia.* — 30. *Adversus Romanos.* Cod. Agr. *adversum.*

honoremque principatu ornatus esset. Lips. Cf. 4, 52.

Infectum alimonio. Ita e Flor. Pichena. Sed sic etiam ed. pr. Puteolanus mutavit in *alimonia*, ut est in Guelf. unde in ceteras edd. fluxit. Add. Burm. ad Sueton. Calig. 42. Mox Guelf. *ac.* Ern. Bud. *alimonio.... at.*

Quam parentem ejus exercuisse. Omnes volunt *parentem* scribi. Non paruissem, nisi plane sic esset in ed. pr. Puteolanus dedit *parentes* cum ceteris omnibus. Ern. sic et Bud.

Cattumero. Hic Bud. *Catumero.*

Nec patrem rubori. Quia sic est in MS. Flor. et ed. princ. *esse* etiam abest a MS. Covarruv. non dubitavi hoc præferre vulgato : *nec patrem illi rubori esse.* Et sic placebat Jac. Gronovio. Sic e cod. Agric. laudat probatque Heinsius in Obs. Misc. t. 9, p. 383. ad 2, 2. Forma loquendi iterum occurrit 14, 55. et est a Livio 45, 13. Ern. Bud. *nec patrem robori.* De re ipsa v. 2, 9, 10.

Ab iis. Bud. *ab his.*

Magno inter barbaros prœlio victor rex. Forte, *magno ut inter.* Lips. Sed etiam alibi et apud alios *ut* interdum in tali forma omittitur. Ern. Acid. conjicit *magnus.*

Dein. Sic cod. Flor. Guelf. ed. pr. *dehinc* a Puteolano venit. Ern. Bud. *deinde.*

Langobardorum opibus refectus, per læta, per adversa, res cheruscas adflictabat.

XVIII. Per idem tempus Chauci, nulla dissensione domi, et morte Sanquinii alacres, dum Corbulo adventat, inferiorem Germaniam incursavere, duce Gannasco: qui natione Canninefas, auxiliaris, et diu meritus, post transfuga, levibus navigiis prædabundus, Gallorum maxime oram vastabat, non ignarus, dites et imbelles esse. At Corbulo provinciam ingressus, magna cum cura, et mox gloria, cui principium illa militia fuit, triremes alveo Rheni, ceteras navium, ut quæque habiles, per æstuaria et fossas adegit: lintribusque hostium depressis,

31. *Qui natione Caninefas.* Agr. *nationis Caninefatis, auxiliaris et diu meritis.* Forte *Gannasco nationis Canninefatis. Auxiliaris is ex diu meritis.* Et mox, *oram infestabat.* — 32. *Ceteras navium, ut quæque habiles.* Lego *habilis.*

Morte Sanquinii. Sanquinii Maximi, de quo ad 6, 4. Lips.

Canninefates. Plin. 4, 29. *Cannenufates.* Apud Grut. p. 385. *Cannanefates.*

Auxiliaris, et diu meritus, post transfuga. Vaticana scriptura, *auxiliare esd in meritis.* Fortasse *auxiliaris, dein emeritus.* Nam et auxilia, illo ævo, credam adstricta ad militiæ certum modum. Mercero placet, *Auxiliare æs diu meritus.* Lips. Farnesianus codex MS. *auxiliare ex drumentis:* unde conjiciebat olim Lipsius, *auxiliaris ex frumentariis:* postea omnem hanc annotationem expunxit. Quod in conjectura facile fero: sed scripturam vetusti codicis insuper haberi nolim: quippe in qua videam vestigia veritatis adhoc usque latentis. Eam esse credo: *auxiliaris et dux gentis.* Juvat quod legitur 4, 46. de Thracibus: *ne regibus quidem parere, nisi ex libidine, soliti, aut, si mitterent auxilia, suos ductores præficere.* Gron. Cod. Flor. *auxiliare ex diu meritis*, unde Jac. Gronovius faciebat *auxiliare æs diu meritus* cum Mercero. Cod. Bud. et Agr. *auxiliaris ex diu meritis*, quod probat Ryckius. Reg. *auxiliares diu meritis.* Ed. pr. *auxiliare esd in meritis:* quod favet et ipsum Mercero. Puteolanus: *auxiliaris et diu meritus*: unde hæc lectio in ceteras edd. fluxit. MS. Guelf. *et ex diu m.* Lectionem quidem textus vitiosam esse facile est sentire. Ern. Bud. plane ut Flor. nam *auxiliaris* est a r. m.

Gloria. Bud. *cum gloria.*

Cui principium illa militia fuit. Referendum hoc ad *gloriam*, non ad Corbulonem pro *cujus gloriæ princ. i. m. f.* Ern.

Ceteras navium. Rhen. ita se emendasse dicit pro *ceteras naves.* at *ceteras navium* est in ed. pr. et Puteol. *Naves* dedere Beroaldus, Alciatus: nescio unde. Ern. Bud. *navium.*

Æstuaria et fossas. Per Druia-

et exturbato Gannasco, ubi præsentia satis composita sunt, legiones, operum et laboris ignaras, populationibus lætantes, veterem ad morem reduxit; ne quis agmine decederet, nec pugnam, nisi jussus, iniret. Stationes, vigiliæ, diurna nocturnaque munia, in armis agitabantur. Feruntque «militem, quia vallum non accinctus, atque alium, quia pugione tantum accinctus foderet, morte punitos.» Quæ nimia, et incertum an falso jacta, originem tamen e severitate ducis traxere: intentumque et

nam fossam et lacus, qui plures tunc, in unum meridionalem coiverunt. Lips. Mox Guelf. *deprehensis*. Ern. Bud. *depressis*.

Operum et laboris ignaras. Farnes. *ignavas*. Lips. Sic et ed. pr. MSS. Guelf. et alii. Quod recepit Broterius. *Ignaras* est, non adsuetas labori. Ern. Bud. *ignavas* a 1. m.

Vallum non accinctus. Aliud est, ac si dixisset, *discinctus*. Non accinctum fodere, est sine gladio fodere: discinctum fodere, est soluta fluxaque tunica in morem muliebrem. At ex disciplina erat, cum gladio opus facere. Vegetius 3, 8., *Milites gladio cincti fossam aperiunt*. Lips.

Foderet. Freinsh. vult *cæderet* aut *ferret*. Heins. conj. *feriret*. Sed, si *vallum* pro aggere castrorum accipimus, qui e terra et cespite fit, nihil impedit, quo minus *foderet* rectum sit. Ern.

Quæ nimia et incertum an falso jacta. Ed. pr. *quæ nimia i. e. a. f. acta*, vitiose sive pro *jacta*, sive pro *aucta*; sed illud potius credo, atque hanc esse lectionem cod. Flor. testatur Pichena. Sic et est in MS. Guelf. nisi quod *actam* scripsit librarius, ad *originem* temere referens. Non igitur Rhenanus demum sic dedit, ut vult videri. Nec *nimia* pro conjectura debebat a Pricæo rejici. Mox Puteol. *munia* et *jacta vel aucta* edidit, quod secuti sunt Beroald. Alc. Rhenanus autem, Aldus, Lipsius edidere *nimia et falso jacta*, quod nescio cur a Gronovio mutatum, et *vel aucta* additum sit. Mihi autem *jacta* vel potius *jactata* magis placet, quam *aucta*. Nam τὸ *augere* jam est in *nimia*: deinde *falso* aptum est τῷ jactata non τῷ *aucta*: huic enim frustra additur, cum per se intelligatur, nec addi soleat. Aliud est *in falsum augere*, h. e. augendo falsum efficere, aliud *falso augere*. Porro aliud est *jacere*, aliud *jactare*. Illud dicitur, cum aliquis interdum aliquid, obiter, suspicionis movendæ, pungendi, irridendi caussa, dicit, vide nostrum A. 1, 10. 2, 55. 4, 7. 68. 6, 31. 46. 11, 13. 12, 64. etc. Adde quæ de h. v. viri docti ad Livium 25, 4. et alibi dixerunt: hoc, cum palam, crebro, apud omnes: in primisque *jactari* dicuntur res, quæ fama celebrantur. Pro *jactatus* a librariis subinde scriptum *jactus* docebit Drakenb. ad Liv. 10, 37. item *actus* pro *jactus* ap. Quintil. 9, 2. 37. Liv. 25, 4. etc. Ern. Pricæus ad Appul. Met. 1. p. 7. τῷ *nimia* substituebat *immania*.

Falso jacta. Venet. editio *jacta*,

magnis delictis inexorabilem scias, cui tantum asperitatis etiam adversus levia credebatur.

XIX. Ceterum is terror milites hostesque in diversum adfecit. Nos virtutem auximus: barbari ferociam infregere. Et natio Frisiorum post rebellionem, clade L. Apronii cœptam, infensa, aut male fida, datis obsidibus consedit apud agros, a Corbulone descriptos. Idem senatum, magistratus, leges imposuit: ac, ne jussa exuerent, præsidium immunivit; missis, qui majores Chaucos ad deditionem pellicerent, simul Gannascum dolo adgrederentur. Nec irritæ aut degeneres insidiæ fuere adver-

33. *Cui tantum asperitas etiam adversus levia credebatur.* Scribendum *adversus levia e re videbatur: vi* in *videbatur* absorptum a simili syllaba in *levia.* Hist. 3, 1., *quippe opperiri auxilia et trahere bellum e re videbatur.* Ita scribendum: *e re* absorptum erat ab ultimis syllabis τοῦ *trahere.* Ut et 12, 16., *obtineri relicto ibi præsidio e re visum:* ubi nos vide. *In rem famamque videbatur* Hist. 3, 6. — 34. *Præsidium immunivit.* 14, 30., *præsidium imponit.* 4, 49., *obsidium cœpit per præsidia, quæ opportune jam muniebat.* ubi lege *immuniebat*, vel *immunierat.* Vidit illic nonnihil Freinsh. et hic Gron.

aucta, hæsitante librario utrum præferret, utrumque adscripsit. Ego quidem hic malim, *falso aucta.* Lips. Veneta editio est Riviana, in qua sic est. Ed. Put. *jacta vel aucta.* Ern. Bud. *acta*, ut Flor. Puteol. *jacta vel aucta.* Sic et Alciati. Sed Rhen. *jacta.* Bip. præferunt *aucta.*

Nos virtutem auximus. Vereor ut scripserit, *virtute auximus.* Augendi verbum patiendi significatu, ut infra. Lips. Recte dissentit Mercerus. Ern.

Post rebellionem. Non, ut receptum, *per rebell.* Historia ipsa narrata 4, 73. Lips. *Post* cod. Flor. ed. pr. *Per* a Puteolano inductum. Idque habet etiam Guelf. mox *et male f.* Ern. Bud. *post.*

Præsidium immunivit. Ita MSS. At vulgi lectio, *inde munivit.* Suspicari possis, antique fuisse *endomunivit.* Uti apud Livium 5, 39., *Juventutem militarem senatusque robur in arcem Capitoliumque conscendere: armisque et frumento collatis, ex loco inde munito deos hominesque et romanum nomen defendere.* Scripserim, *endomunito.* Lips. Nihil hic sollicitandum. Nam eadem vis est verbi, quam correctionibus quærunt. Sic Suet. Tib. 39. *in prætorio, cui Speluncæ nomen, incœnante eo, complura eaque ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt.* Ut *incœnante eo*, est quum ibidem cœnaret ille, sic *immunivit* est ibidem munivit. Gron. Acidalius conjecerat: *inibi munivit.* Ern. Bud. *inmunivit.*

Degeneres insidiæ. Non indignæ nomine romano, aut ipso Corbu-

sus transfugam et violatorem fidei. Sed cæde ejus motæ Chaucorum mentes, et Corbulo semina rebellionis præbebat; ut læta apud plerosque, ita apud quosdam sinistra fama. « Cur hostem conciret? adversa in rempublicam casura: sin prospere egisset, formidolosum paci virum insignem, et ignavo principi prægravem. » Igitur Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, « ut referri præsidia cis Rhenum » juberet.

XX. Jam castra in hostili solo molienti Corbuloni hæ literæ redduntur. Ille, re subita, quamquam multa simul offunderentur, metus ex imperatore, contemptio ex barbaris, ludibrium apud socios, nihil aliud prolocutus, quam « beatos quondam duces romanos! » signum

35. *Adversa in remp. casura. Casurus, ni prospere* cod. Agr. *casuras* in Mediceo. Forte, *cur hostem conciret, adversis in remp. casuris? sin prospere.* Quod posterius jam alii monuerunt. — 36. *Formidolosum paci virum. Pati* cod. Agr. non male. Et mox *Igitur Claudius*, non *Ideo.*

lone: quia nempe in transfugam et militiæ desertorem. Hoc enim est, quod *fidei violatorem* dicit: id est, sacramenti. Lips. MS. Guelf. *ac degen.* Ern.

Cum prospere egisset. Josiæ Merceri lectio verior, *sin prospere*, et approbata quibusdam libris. Sententia: adversa reip. nocitura; prospera, ipsi Corbuloni. Lips. Recte. Cod. Flor. *casuras in prospere*, quod expressit ed. pr. nisi quod, sive vitio operarum, sive quod ita descriptum e cod. esset, habet *casurus in.* Puteol. habet *casura: cum*, ut est in Guelf. sensum autem potius cum Freinshemio puto, homines calumniatos dixisse, Corbulonem animos majores sumpturum et Claudio periculosum futurum. Ern. Bud. *casura ni.* Sed r. m. ex *ni* fecit *cum.*

Igitur Claudius adeo. Sic cod. Flor. Oxon. Guelf. edd. pr. Puteol. Beroaldi, a qua hic discedit ed. Alciati exhibens *Ideo Cl. adeo*, vitio haud dubie operarum, nam sequi Beroaldum solet: atque hinc *ideo* in ceteras venit, Rhen. Aldi, etc. Restituit *igitur* Jac. Gron. Ern. Bud. *Igitur Claud. adeo.*

Prolocutus. Rhenanus ita se emendasse ait pro *perlocutus*, quod sc. in Alciati ed. repererat. Sed ed. pr. et Puteol. sic jam habent. Ern. Bud. *prolocutus.*

Beatos quosdam duces. Corruptione literæ periit huic dicto Venus. Scribe, *quondam*, id est, olim libera rep. Persuadet Dio, qui sic extulit 60, 30. ὦ μακάριοι οἱ πάλαι ποτὲ στρατηγήσαντες. Lips. Recte. Sed edd. omnes *quosdam.* Ern. Pro *quosdam*, quod et in Bud. pugnat Salinerius.

receptui dedit. Ut tamen miles otium exueret, inter Mosam Rhenumque trium et viginti millium spatio fossam perduxit, qua incerta Oceani vetarentur. Insignia

37. *Ut tamen miles otium exueret.* Frustra fatigant se in hoc loco. Otiosum fuisse Corbulonis militem ex superioribus c. 18. satis apparet. *exuere pacem* sic 4, 72. *pacta* 6, 43. *promissa* 13, 44. et similia.

Ne tamen miles. Sententia scripturam eam damnat. Lege ergo *Ut tamen*. Lips. Sic et Gruterus et Pichena volebant: recte. In cod. Flor. est *vi*, quod confundi solere cum *ut*, docet post alios Drakenb. ad Liv. 4, 51. Ed. pr. et MS. Reg. plane habet *ut*. Puteolanus *ne* invexit, quod est et in Guelf. Ern. Et in Bud. De otio v. c. 18.

Inter Mosam Rhenumque. Dio consentit 60, 30. Διετάφρευσε, inquit, πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Μόσου, σταδίους εἰβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μάλιστα. Nam stadia centum LXX. milliaria conficiunt XXIII. duobus stadiis et semi minus: ita ut septem stadia cum dimidio pro milliari capias. Quod Plutarchus, Suidas, aliique monuerunt. Interpres tamen Dionis milliaria XXI. vertit: et addit, non convenire illi cum Corneliana ratione. Lips. Quæ de hac fossa varie a viris doctis disputantur, commemorare nihil attinet. v. Ryckium ad h. l. Cellar. G. A. t. 1. p. 211. Altingium t. 1, p. 47 et 114. qui sequitur Cluverium, qui putabat esse fossam, quæ a Leida Delphos, hinc ad vicum Mæseland ducta, tandem ad propinquum vicum Sluys Mosæ jungitur. Ern. Plura et ipse olim in Diss. de jungend. mar. fluviorumque molimin. et Lalande in *Traité des canaux navigables*. Par. 1778.

Fossam perduxit. Hæc est lectio ed. pr. quam et MS. Guelf. exhibet, quam restituere non dubitavimus. Est verbum proprium in ea re. Cæsar B. G. 7, 36., *Fossam.... a majoribus castris ad minora perduxit.* Dio l. c. Διετάφρευσε πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥήνου, καὶ τοῦ Μόσου, quod est ipsissimum *perduxit fossam* etc. Nam *perducere fossam* dicitur ut *perferre legem*. Puteolanus deinde pro *perduxit*, dedit *produxit*, unde in omnes edd. venit *produxit*. Jac. Gronovius autem valde pugnat pro *præduxit*, sic compendium MS. Flor. legit, idque in textum recipit. In quo falli virum clarissimum putamus. Verbum *præducere* dicitur illud quidem de fossis sæpe et ap. nostrum 14, 32. sed semper cum vi muniendi, in castris, in obsidionibus, arcendi caussa, intercludendi etc. factis, ut patet ex omnibus exemplis, quæ collegit præter Lipsium, quem ipse laudat de Mil. 5, 5. Heinsius et Drakenb. ad Silium 10, 411. aliique: unde ipse comparat cum græco προβάλλεσθαι: quod est ab h. l. alienissimum. Est pacis opus, non belli, recipiendæ aquæ factum, non arcendæ. Ern. Bud. *produxit*.

Quà incerta Oceani vetarentur. Recte, non *vectarentur*. Dio l. c. interpretatur, ἵνα μὴ οἱ ποταμοὶ ἐν τῇ τοῦ ὠκεανοῦ πλημμυρίδι ἀναῤῥέοντες πελαγίζωσιν. Fuisse, ergo necessum est, fossam eam inferioris Batavie parte, inter Rhenum veterem Mosamque: ubi fere ubique inter duos

tamen triumphi indulsit Cæsar, quamvis bellum negavisset. Nec multo post Curtius Rufus eundem honorem adipiscitur, qui in agro Mattiaco recluserat specus quærendis venis argenti; unde tenuis fructus, nec in longum fuit: at legionibus cum damno labor, effodere rivos, quæque in aperto gravia, humum infra moliri. Quis subactus miles, et quia plures per provincias similia tolerabantur, componit occultas literas, nomine exercituum, precantium imperatorem, ut, « quibus permissurus esset exercitus, triumphalia ante tribueret. »

XXI. De origine Curtii Rufi, quem gladiatore geni-

fluvios XXIII. milliarium intervallum. Supra agrum Batavum, inter Mosam et adhuc integrum Rhenum, esse non potuit: quoniam illic certe periculum nullum ab æstu. Vertranius, cui legi placet *vitarentur* (hoc sensu, ut fossam eam perduxerit, qua commeari a Mosa ad Rhenum posset, ne Oceani pericula necessum esset subire) non placet. Multo minus Ferretus: qui μεσίαρος certe fuit, cum Mosam hic cum Mosella confudit, et ea scripsit, quæ rideant Batavorum pueri. LIPS. Recte Lipsius. *Vetarentur* est arcerentur, prohiberentur, ne restagnando terris nocerent. Adde Observ. 1, 5. GRON. Et sic edd. vett. ERN. Flor. Agr. Bud. etc. *vetarentur*.

Qui in agro. Muretus volebat *quia*. Minus bene.

In agro Mattiaco. Suspectum esse, et potius *Maciaco*, vel *Mazyaco* legendum videri (qui populi Africæ sunt) docui in Saturn. 2, 1. LIPS. Vide quæ diximus de Pec. Vet. 4, 9. GRON. *Mattiaco* placet Rhenano, defenditque Cluver. Germ. Ant. 3, 7. Non in Africa ista gesta. Quod e c. 21. patet, triumphi insignia nactum ante, quam in Africam venisset. ERN. Bud. *machiacho*. In Hassia argenti fodinas extare hodieque, notum.

Effodere rivos. Omnes MSS. et edd. ante Lipsium habent et *fodere*. Ceterum melius puto, intelligi fossas, quibus aquarum rivi e metallis deducantur. ERN.

Triumphalia ante tr. Nempe ne triumphalium consequendorum causa militibus molestias crearent, quales Corbulo et Rufus creassent. ERN.

De origine Curtii Rufi. Est, qui hunc censeat esse illum, qui memoriam scripsit rerum Alexandri, pure mehercules et latine. Modius certe noster, cujus censuræ Curtius non leviter debet, testatum reliquit, cognomen ei Rufi tribui a libris. Pugnare tamen ætas videatur, siquidem ad Augustum referenda illa sunt e libro ejus 10, 9., *Proinde jure meritoque populus rom. salutem se principi suo debere profitetur, cui noctis, quam pæne supremam habuimus, novum sidus illuxit. Hujus hercule, non solis, ortus lucem caliganti reddidit mundo, cum sine suo capite discordia*

tum quidam prodidere, neque falsa prompserim; et vera exsequi pudet. Postquam adolevit, sectator quæstoris, cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumeto, vacuis per medium diei porticibus secretus agitat, oblata ei species muliebris ultra modum humanum, et audita est

membra trepidarent. Quot ille tum exstinxit faces? quot condidit gladios? quantam tempestatem subita serenitate discussit? Non ergo revirescit solum, sed etiam floret imperium. Absit modo invidia, excipiet hujus sæculi tempora ejusdem domus utinam perpetua, certe diuturna posteritas. Sed non sunt: nec quidquam hic de sidere Julio, ut nugantur. Refutant sequentia: quoniam Augustus cum ad imperium venit, non exstinxit bellorum faces, non gladios condidit: sed accendit, eduxit. Refutat et ille locus e 4, 4. de urbe Tyro. *Multis ergo casibus defuncta, et post excidium renata, nunc tamen, longa pace cuncta refovente, sub tutela romanæ mansuetudinis acquiescit.* Nam ait et agnoscit *longam pacem* in re romana. An ea sub initia Augusti? immo viginti annorum bella. Itaque priora illa refero ad C. Caligulæ cædem, et confusionem quæ secuta: senatu imperium abrogante, milite et plebe stabiliente. Hæc sunt illa sine capite discordia membra, et Claudius ipse, novum sidus. Tamen incerta hæc mihi, fateor: et facile manum dedero, siquis adferet verisimiliora. Lips. Esse historiæ scriptorem putat etiam Ryckius. Non est hujus loci aut consilii nostri ista disputatio. Ean. Non esse historicum, ex silentio Taciti post alios infert Broterius.

Sectator quæstoris. Vatic. *Sector.* nec sperno. Ad hastam enim sectiones exercebant. Vulgatam tamen firmat Plinius de hoc ipso Curtio Rufo ep. 7, 27, *Tenuis adhuc et obscurus obtinenti Africam comes hæserat.* Ait enim, comes. Lips. Non solet sectoris nomen magistratibus jungi. *Sectatores* et *assectatores* magistratuum dicuntur tenues homines, qui se adjungunt, quæstus alicujus causa. V. Cicer. pro Rab. Post. 8. *Gabinii comes vel sectator.* Gabinius autem Proc. Syriæ. Verr. 2, 26. 11. *Africanus vetus assectator.* Cf. Balb. 2. Sector autem alicujus est, qui ejus bona sub hasta emit, ut Antonius in Philippica 2, 15. *sector Pompeii.* Ean. Bud. *sectator.*

Oblata ei species muliebris. Plinius super eodem miraculo l. c. *Inclinato die spatiabatur in porticu. Offertur ei mulieris figura, humana grandior pulchriorque; perterrito, Africam se futurorum prænunciam dixit: iturum enim Romam, honoresque gesturum, atque etiam cum summo imperio in eamdem provinciam reversurum, ibique moriturum.* Quod ait ultra modum humanum: semper ita antiqui, ut fidem Divinitatis adstruant ejusmodi idolis. Virgilius Æn. 2, 773., *Visa mihi ante oculos, et nota major imago.* Juvenalis, 13, 221.... *tua sacra et major imago Humana, turbat pavidum cogitque fateri.* Xenophon. 8, 7. παιδείας· Ἔδοξεν αὐτῷ προσελθὼν κρείττων τις ἢ κατ' ἄνθρωπον, εἰπεῖν συσκευάζου, ἄκορε, ἤδη γὰρ εἰς θεοὺς ἄπει. Tacitus

vox : « Tu es, Rufe, qui in hanc provinciam pro consule venies. » Tali omine in spem sublatus, digressusque in urbem, et largitione amicorum, simul acri ingenio, quæsturam, et mox, nobiles inter candidatos, prætu-ram principis suffragio adsequitur : cum hisce verbis Tiberius dedecus natalium ejus velavisset, « Curtius Rufus videtur mihi ex se natus. » Longa post hæc senecta, et adversus superiores tristi adulatione adrogans minoribus, inter pares difficilis, consulare imperium, triumphi insignia, ac postremo Africam obtinuit : atque ibi defunctus, fatale præsagium implevit.

XXII. Interea Romæ, nullis palam, neque cognitis mox caussis, Cn. Nonius, eques romanus, ferro accinctus reperitur in cœtu salutantium principem. Nam,

H. 1, 86. *erupisse cella Junonis majorem humana speciem.* Lips.

Videtur mihi ex se natus. MS. Guelf. ed. pr. *esse natus.* Quod est illud ipsum, quod Rhenanus e cod. Budensi dedit *ex se natus.* Puteolanus dederat *ex senatu.* Est autem ambiguitas in verbis. Nam *ex se nati* dicuntur, qui majores ciere non possunt, obscuri homines genere; verum etiam, qui ipsi sibi nomen peperere, non a majoribus accepere. Ergo indicavit Tiberius, Rufum obscuro loco ortum, et sibi aliquid nominis peperisse. Ern. Sic *Cicero ex se ortus.* Phil. 6, 6.

Mox. Heinsius vult *noxæ* ad Vellei. 1, 12. probat Græv. ad Flor. 3, 10. non Jac. Gronovius, nec ego. Respicit ad tormenta mox adhibita ad reperiendam caussam. Ern.

Cn. Nonius eques rom. Ed. pr. *S. N. Nonius*, quod est ortum e scriptura cod. Flor. *Gn. Nonius*; abestque *insignis.* Puteol. *Cn. Novius eques rom.* et sic sequentes veteres; item MSS. plures ap. Broterium, qui restituit. In Lipsianis *insignis* additur, quod recte Gronovii et Ryckius omisere. *Nonius* prætuli. Ern. Bud. *Novius Eques Rom.* prænomen *Gn.* a r. m. — *insignis* abest.

Ferro accinctus reperitur. Ideo Claudius primus (et fortasse hac occasione) scrutatores instituit, qui promiscue omnes ad principem salutandi vel qua alia caussa venientes excuterent. Suet. 35. *Salutatoribus scrutatores semper apposuit, et quidem omnibus, et acerbissimos.* Quos tamen Vespasianus iterum sustulit, narrante eodem Suetonio 12. Verba Dionis ad hunc morem digna legi 60, 3., Κλαύδιος τότε ἄλλα ἀκριβῶς ἐφυλάττετο, καὶ πάντας τοὺς προσιόντας οἱ καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας ἐρευνᾶσθαι ἐποίει, μή τι ξιφίδιον ἔχωσιν. ἵνα τοῖς συμπρεσίοις πάντως τινὰς στρατιώτας συνόντας εἶχε. καὶ τοῦτο μὲν ἐξ ἐπείνου κατεδειχθὲν, καὶ ἐσῦρο ἀεὶ

postquam tormentis dilaniabatur, de se non inficiatus conscios non edidit, incertum an occultans. Iisdem consulibus, P. Dolabella censuit, « spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui quæsturam adipiscerentur. » Apud majores virtutis id præ-

γίγνεται. ὁ δὲ δὴ ἔρευνα ἡ διὰ πάντων διὰ Οὐεσπασιανοῦ ἐπεύσατο. Mansit igitur de militibus: at de scrutatione Vespasianus sustulit. Mos iste scrutandi vetus, et Græcis quoque. Tangit Plutarchus in Timoleonte 21. p. 245. ubi Dionysium, jam exsulem, irrisum a quodam ait, *qui intrans ad eum vestem excussit, ut tyrannis fieri solet.* Lips.

De se non in.... conscios. Non integer locus vel indicio libri Farnesiani, qui cum lacuna refert: *De se novi.... conscios.* Videmur non incommode explere posse: *de se Novius confessus, conscios non edidit.* Lips. Edidi scripturam codicis Flor. potius quam conjecturam *Novius*, quam primus Puteolanus edidit, extatque in Guelf. Farn. cod. *novi....* quod edidit Ryckius. Ed. pr. habet *de sonoi* vitiose pro *de se non in:* (nisi virgula est alieno loco, edique debuit *nōi*, ut in eodem libro 12, 58. *itesceret* pro *nitesceret*) nulla sequente lacuna. Quicquid sit, etiam hinc confirmatur Jac. Gronovii conjectura, quam verissimam puto: *de se non inficiatus.* Bene Pichena comparat locum Livii 24, 5. *de se ipso haud cunctanter fassus, conscios celabat:* quem in animo habuisse nostrum facile patet. Heinsius conjecit e cod. Farnes. vestigiis *de se novissime confessus.* Sed illud *novissime* friget, ut bene monuit idem Gron. Ern. Bud. *de se novius conscios n. ed.* absque lacuna. Sanum sic esse locum, judicat Broterius post Gruterum. Ellipsin scil. admittunt et ita distinguunt: *de se Novius: c. n. e.* Lipsii conjecturæ favet cod. Agric. qui, teste Ryckio, habet *de se confessus c. n. e.* Displicet hoc Acidalio, quod in re manifesta confessione non esset opus. Ex hac ratione Bip. conjiciunt: *de se noxiam fassus.* Verum in ista confessione non potest alius esse sensus, nisi noxiæ. Hinc non spernenda lectio cod. Flor. mihi videtur, a Gronovio, quem sequor, egregie suppleta. Barth. Adv. 45, 3. expungit *de*, reliqua sana perhibet: *se Novius, conscios non edidit.* — *Cf. J. F Gron. ad Statii Silvas c. 28, p. 177.

Spectaculum gladiatorum. Suet. c. 24. *Collegio quæstorum, pro stratura viarum, gladiatorium munus injunxit.* Quod mutavit Nero, qui censuit, *ut ne designatis quidem quæstoribus edendi gladiatores necessitas esset*, ait Tacitus 13, 5. Iterum induxit Domitianus, notante Suetonio c. 4. et perseveravit. Tertull. de Spectac. 12. *Transiit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viventium. Quæsturas dico, et magistratus, et flaminia et sacerdotia.* Plura de his, proprio libro. Lips.

Qui quæsturam apiscerentur. Pro peterent, apisci vellent: contextus facile docet: et esse deberet: *adepti essent*, si sensu vulgari diceretur. Ern. Rhen. e Bud. *adipiscerentur*

mium fuerat, cunctisque civium, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus: ac ne ætas quidem distinguebatur, quin prima juventa consulatum ac dictaturam inirent. Sed quæstores, regibus etiam tum imperantibus, instituti sunt: quod lex curiata ostendit, ab L. Bruto repetita. Mansitque consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret: creatique primum Valerius Potitus et Æmilius Mamercus, LXIII. anno post Tarquinios exactos, ut rem mi-

prius legebatur *adipiscentur*. Ceterum v. Lips. ad. 13, 5.

Ne ætas quidem dist. Ut post factum est, inductis legibus annalibus: de quibus dicere h. l. nihil attinet. Mox cod. Fl. et ed. pr. *et* non *ac*, ut ceteræ. Ern.

Ac dictaturas. Bud. *et dictaturam.* bene. Rarior dictaturæ usus; nulla ergo ratio pluralis numeri.

Sed quæstores, regibus. De quæsturæ origine, ratione etc. qui volet cognoscere plura, adeat in primis Pighium in Annal. ad a. U. 244. *Tum* abest a MS. Guelf. Ern. In Bud. adest *tum*, abest *etiam*.

Quod lex curiata. Intelligitur lex de modo potestatis, quæ regibus esset in populum: repetita est a Bruto, ut Coss. eadem potestas esset, quæ regibus fuisset. Eam Taciti temporibus adhuc superfuisse, ex h. l. clare patet. Ern.

Mansit coss. potestas deligendi. Videtur dissentire Plutarchus in Valer. Popl. c. 38, p. 110. sed vide notam ad verba *LXIII. a. p. T. e.* Ern.

Valerius Potus. Ita libri scripti. Lego, *Potitus*, quod Valeriæ gentis cognomen est. In vulgatis Valerius Postumius, imperite. Est autem ille ipse, qui consul postea a. U. 284. Quod clare ex Dionysio hauries 9, 51. Lips. Ed. pr. *Potus*, Puteol. dedit *Postumius*, ut est in Guelf. quod omnes secuti sunt ad Lipsium usque. Eadem editio habet copulam *et*, quæ e cod. Flor. accessit, neglecta inde a Puteolano, usque ad Pichenam, qui restituit. Pro *Potus* recte restitutum *Potitus*. Ern. Bud. *Val. Post. et Emilius.*

LXIII. *anno post.* Error numeri. Nisi placet de primis quæstoribus totos XL. annos a Livio et Dionysio discrepare Tacitum. Nam a. U. 269. Q. Fabio Ser. Cornelio coss. Livio 2, 41. Primi quæstores nominati L. Valerius et Cæso Fabius: itemque Dionysio 8, 77. At ex hac Taciti putatione, circa a. demum U. 308. quæstores statuamus, necesse est. Quod falsum esse, liquet vel ex eo, quod Livius et Dionysius. post annum illum 269 sæpius jam quæstores nominant. Corrige hic ergo, XXIII. *anno*, ut ratio constet. In altero tamen quæstore manet adhuc dissensus: qui Livio et Dionysio est Cæso Fabius, non Mam. Æmilius, ut nostro. Nam Plutarchus plane diversus, qui P. Veturium et M. Minucium nominat. Lips. Eadem repetit

litarem comitarentur. Dein, gliscentibus negotiis, duo additi, qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus,

Ryckius ad h. l. nec se expedit. In ed. pr. non per LXIII. exprimitur numerus, sed est *sexagesimo tertio anno*. Ceterum Tacitus cum Livio et Dionysio, Plutarcho item, facile componetur sic : Plutarchus tradit quæstores primos, a regibus exactis: Livius et Dionysius nihil, nisi qui illo anno quæstores fuerint, qui diem dixerint Sp. Cassio; qui fuit annus XXIII. a regibus exactis : Tacitus autem qui primi quæstores a populo creati sint; quod attendenti facile patebit, monuitque jam Drakenb. ad Liv. 4, 41. Plutarchus dissentit in hoc, quod jam Valerium Poplicolam concessisse populo creationem quæstorum dicit, a populoque creatos Veturium et Minucium. Verum aut alios auctores secutus est uterque, aut ea tantum liberalitas Valerii fuit, quam ceteri consules non sunt imitati, donec lege populo creatio quæstorum vindicata aut permissa est. Abramius ad Ciceronis Phil. 2, 20. sic conciliat Tacitum Plutarcho et Junio Grachano, qui etiam sub regibus a populo creatos scripsit, ut reges quidem consulesque ipsi elegerint, sed populus lege curiata probarit electionem. Sed ea ratio per legem curiatam sanciendi jam constituta serior est, et instituta ad usurpandam vetustatis memoriam. Lata disp. ad h. l. est viri docti in Miscell. Obs. t. 10, p. 257. in pr. p. 287, qui per transpositionem conciliari Livio et Plutarcho posse Tacitum existimat sic : *Creatique primum, qui Romæ curarent : dein, gliscentibus negotiis, duo additi, Potitus et Æmilius Mamercus*, 90. *anno post Tarquinios exactos, ut rem militarem comitarentur. Mox* etc. Videntur, quibus otium est, hæc excutienda. MS. Guelf. habet *annos*. Ern. Bud. verbis expressis : *sexagesimo tertio*. Bip. nodum bene solvunt. Tacitus suos sibi auctores habuisse putandus est.

Ut rem militarem comitarentur. Tacitum a Livio et aliis discrepare, monet Pighius l. c. quod primum duos militares quæstores creatos dicat, deinde demum additos duos urbanos, cum Livius tradat 4,43. ab initio duos urbanos tantum fuisse, additos deinde duos alios, qui consulibus in bellum profectis adessent. Verba sunt : *Moles discordiarum inter plebem ac patres orta est; cœpta ab duplicando quæstorum numero, ut, præter duos urbanos quæstores, duo consulibus ad ministeria belli præsto essent*. Ego rem omnem sic concipio. Fuere quæstores semper, sed a coss. ab initio creati, nisi ubi magistratuum ambitio, ut Poplicolæ, populo permitteret. Sed, cum coss. opus videretur in bellis ministerio quæstorum, propter rem pecuniariam, necessarium visum est, quæstores creari a populo comitiis curiatis, ut rem militarem possent attingere, quod injussu populi et sine lege curiata non licet. Id apparere videtur, ut arbitror, ex eo, quod etiam semper quæstoribus, consulem, qui imperium haberet, secuturis, lege curiata, dicis caussa, ut ipsis procons. opus fuit, ut existimat Gruchius, quamquam dissentiente Sigonio. Cicero Phil. 2, 20. objicit Antonio, quod, quæstor creatus, statim ad Cæ-

stipendiaria jam Italia, et accedentibus provinciarum vectigalibus. Post, lege Sullæ, viginti creati supplendo senatui, cui judicia tradiderat. Et, quamquam equites judicia recuperavissent, quæstura tamen, ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium, gratuito concesarem in provinciam cucurrerit *sine SC., sine sorte, sine lege*. Ergo quæstores cum ante semper in urbe curassent ærarium, cœperunt jam etiam bellis interesse: ideoque, cum prope perpetua bella essent, prope semper aberant ab urbe quæstores. Hinc consilium natum est, ut præter duos illos, quibus liceret in bellum ire cum consulibus, crearentur alii duo, qui assidui in urbe essent, quique quæstores urbani dicerentur, cum antea quæstores simpliciter dicerentur. Ceterum MS. Guelf. habet *commilitarem*, corrupte. Vide ad 1, 43. Ern.

Curarent. Sic 4, 36. et Sall. Catil. 9. *Rempubl. curarent*.

Mox duplicatus numerus. Epitome Livii 15. *Quæstorum numerus ampliatus est, ut octo essent*. Quod accidit circiter a. U. 488. Lips.

Viginti creati supplendo senatui. Uti a Cæsare dictatore quadraginta, eadem, ni fallor, caussa. Vide Diodem 43, 47. Lips.

Post lege Sullæ viginti creati supplendo senatui. Nam senatores fiebant maxime, qui magistratum inferiorem gessissent. Solos quæstorios in senatum lectos a censoribus, ut cum Sigonio vult Pichena, non credo. MS. Guelf. *supplemento*. Ern.

Equites judicia recuperavissent. Non ut adimerentur omnino senatui, sed ut cum equitibus etiam communicarentur, quod factum esse constat lege Aurelia L. Cottæ. Ern.

Facilitate tribuentium. Steph. Pighius ad a. U. c. 672. hæc verba accipit, quasi Sulla tulerit, ut quot annis isti XX. quæstores, partim populi suffragio, partim consulum beneficio crearentur. Nam Tacitus, inquit, profecto dixisset *populi*, non *tribuentium facilitate*, si solus populus quæsturam tunc dedisset. Idem ei apertius ostendere Cicero videtur in Interrogatione, quum c. 5. ait Vatinium quæsturæ candidatum, *invitis omnibus, non populi, sed consulis beneficio extremum adhæsisse*. Ea enim verba docere, uno quæstore populi suffragiis creato, alterum mox renuntiatione consulis e turba candidatorum adjici potuisse: atque alternatim usque ad extremum. Et id fortassis eo instituisse Sullam, ne nimis diu extraherentur comitia in tanto quæstorum numero. Hæc somnia sunt manissima. *Beneficium consulis* Ciceroni nihil est aliud, quam consulis, qui comitiis præerat, studium et contentio in commendando Vatinio, et vehemens pro eo supplicatio, quod rogandi genus cum semper sit gratiosum, tum sunt interdum, quibus nihil sit, quod rogantibus non jure se concessurum populus putet, hi multis sæpe indignis profuerunt et suffragia quamvis invitis extorserunt. Neque inepte Nic. Abramus, posse et fraudis suffragiorum punctis adhibitæ suspicionem motam credi. Nam Tacitum non solum intellegere populum, et solita sua subtilitate usum, quum *tribuentium* maluit, fa-

debatur, donec sententia Dolabellæ velut venundaretur.

XXIII. A. Vitellio, L. Vipstano coss. cum de supplendo senatu agitaretur, primoresque Galliæ, quæ *Comata* adpellatur, fœdera et civitatem romanam pridem adsecuti, jus adipiscendorum in urbe honorum ex-

cile largimur: quippe et populum et senatum et principes comprehendens verbum ponere debuit. Ita *facilitate tribuentium* libera republica et jure comitiorum penes populum est studiis tribuum; postea partim senatus, ad quem translata comitia sub Tiberio; partim principum suos candidatos sine metu repulsæ obducentium. Gron.

Velut venundaretur. Quod jam nemo, quamvis dignus, quæstor fieri vel auderet, vel posset, nisi qui valde dives, et perferendis munerum impensis esset. Ern.

L. Vipsanio. Sic edd. omnes. Ryckius cum Ruperto ep. 48. ad Reines. vult *Vipstano* e vestigiis codd. Flor. et Agr. quorum ille *Vipsana*, hic *Vipsano* habet. *Vipsana* etiam Guelf. mox c. 25. *Vipsanus*. Infra quidem hoc nomen eodem argumento pluribus locis receptum. Quidni ergo et hic recipiamus? Ern. Bud. *Vipsana.*

Fœdera et civitatem. Duplex Gallia, Cisalpina, Transalpina. Cisalpini iterum duplices, Cispadani, Transpadani. Ex his, qui cis Padum, jus civitatis assecuti sunt post bellum Marsicum: qui trans Padum, jus Latii eodem tempore, ferente Pompeio Strabone, qui pater Magni. Ea lex, Pompeia dicta. Sed, non contenti latinitate, Transpadani turbas sæpe moverunt: incitante etiam post quæsturam C. Cæsare. Nec enim de aliis Suetoniana illa capio Jul. 8. *Decedens ergo ante tempus colonias latinas, de petenda civitate agitantes, adiit, et ad audendum aliquid concitasset, nisi consules conscriptas in Ciliciam legiones paullisper ob id ipsum retinuissent.* Donec ille Cæsar dictator primum transtulit eos in civium jus, narrante Dione 41, 36. Τοῖς Γαλάταις, τοῖς ἐντὸς τῶν Ἄλπεων ὑπὲρ τὸν Ἠριδανὸν οἰκοῦσι, τὴν πολιτείαν, ἅτε καὶ ἀρξας αὐτῶν, ἀπέδωκε. At de Transalpinis non liquide pureque aliquid scriptum reperio, nisi quod Strabo ostendit Cavaros Salyesque civitate donatos, tempore tamen non expresso l. 4, p. 186. Πάντας, inquit, οὕτω προσαγορεύουσι (Cavarorum nomine, scilicet) τοὺς ταύτῃ βαρβάρους, οὐδὲ βαρβάρους ὄντας, ἀλλὰ μεταξὺ μίσους τὸ πλέον ὡς τὸν τῶν Ῥωμαίων τύπον καὶ τῇ γλώττῃ, καὶ τοῖς βίοις, τινὰς δὲ καὶ τῇ πολιτείᾳ. Donatos tamen non dubium est ab Augusto: tunccne, cum Italiam ad Alpes promovit? an potius in diuturna illa peregrinatione, cum ad res Galliæ constituendas biennium continuum ille egit? Quod obiter suadere Dio videtur 54, 25. qui Augustum in ea peregrinatione libertatem et jus civitatis aliis dedisse ait, aliis ademisse. Civitatem autem accipimus, sine jure suffragii, quod nunc a Claudio demum adsecuti. Lips. De loco Strabonis v. Spanhem. de O. R. 2, 15, p. 92. qui per πολιτείαν male vult intelligi reip. formam. Ern.

peterent, multus, ea super re, variusque rumor. Et studiis diversis apud principem certabatur, adseverantium, « non adeo ægram Italiam, ut senatum suppeditare urbi suæ nequiret. Suffecisse olim indigenas consanguineis populis, nec pœnitere veteris reip. Quin adhuc memorari exempla, quæ priscis moribus ad virtutem et gloriam romana indoles prodiderit. An parum, quod Veneti et Insubres curiam irruperint, nisi cœtus alienigenarum, velut captivitas, inferatur? quem ultra honorem

38. *Suffecisse olim indigenas consanguineis populis. Consanguineis populis* est sexti casus, non quarti. Quare nil muta. *Indigenæ Itali* olim populis suis ad senatum implendum suffecerunt. — 39. *Velut captivitas inferatur. Inseratur* MS. Ursini, et bene. Scribo: *velut captæ civitati inseratur.* Simile mendum Lipsius sustulit 13, 25. ubi is optime pro *in modum captivitatis* legit *captæ civitatis.* Apud Justin. 39, 3., *cetera captivitatis mala.* MSS. nonnulli, teste Bongarsio, *captæ civitatis. Inseratur*, ut apud Ovid. Met. 13, 33., *Inserit Æacidis alienæ nomina gentis.* Hinc *insitus* pro adoptivo 13, 14: Add. ad Ovid. Am. 3, 7, 9.

Apud principem. Sic cod. Bud. et alii, item edd. vett. Recentiores quosdam *principes*, male.

Indigenas consanguineis. Sensus videatur. Olim Latinos (qui indigenæ) suffecisse Romanis, sanguine et affinitate cum iis junctis: cur non nunc tota Italia? Possis etiam, *indigenas consanguineos populos*: eodem sensu. Lips. Accipio interpretationem Pichenæ: *indigenas* sc. Italiæ, Romanis *consanguineis* suis olim suffecisse: sed ei obstat τὸ *populis*. *Populum romanum*, non *populos romanos* novimus. Ergo aut inducenda vox ea, ut sit: *suffecisse olim indigenas consanguineis*: aut *populos* faciendum, ut sit, *suffecisse olim indigenas consanguineis populos*, aut denique scribendum: *suffecisse olim indigenas consanguineo populo*. Nempe Italicos populo romano, qui Etruscos, Latinos, Sabinos etc. miscuerit, et unum ex omnibus sanguinem ducat; ut ait Florus libro 3, 18. Et hoc præfero. Gron. Lipsius in prioribus edd. conjecerat *cum consanguineis populis*: sed hanc conjecturam post damnavit et sustulit in posterioribus edd. Jac. Gronovius *indigenas consanguinei populi*: quia in cod. Flor. *consanguines*. mira ratio. Ern. *Consanguineis populis* sexto casu dici Heins. putat, quod arrisit Bahrdtio. — Bip. postremam Gronovii conjecturam in textum receperunt. Mihi *consanguinei populi* sunt, qui in romanam rempubl. confluxere e vicinia et sanguinem cum Romanis miscuere, sic dandi casus subsistere potest. Ita fere et Hillerus Rac. 34.

Veneti et Insubres. Qui populi transpadani. Ex his colligas, Cavaros, de quibus Strabo l. c. pleno civium jure non fuisse. Eos enim potius hic nominassent. Lips.

Nisi cœtus alienigenarum. Quod

residuis nobilium, aut si quis pauper e Latio senator, fore? oppleturos omnia divites illos, quorum avi proavique, hostilium nationum duces, exercitus nostros ferro vique ceciderint; D. Julium apud Alesiam obsederint. Recentia hæc. Quid si memoria eorum inoriretur, qui Capitolio et ara romana manibus eorumdem per se

40. Aut si quis e Latio senator foret. Scribe, *quem ultra honorem residuis nobilium, aut si cui pauperi ex Latio senatori, fore?* — *41. Ferro vique ceciderint.* Nam damnasset Salinerius. Sic *vim* et *arma* conjunxit Hist. 4, 23. *vis armata* Ann. 4, 47. ni volumus τὸ *vique* temere repetitum e superioribus *proavique.* — *42. Quid si memoria eorum inoriretur, qui Capitolio et ara romana manibus eorumdem prostrata. Moreretur* cod. Agric. et Medic. Libri Lipsiani *memoretur.* Tum *manibus eorumdem per se satis* iidem cum Mediceo. Agricolæ liber *manubiis eorumdem per se satis.* Acidalius *arce* pro *ara*, et *iniretur* pro *inoriretur;* quod et mihi venerat in mentem. Sic *inire dapes* Statio. *Consilium inire* Nasoni in Fastis 3, 380. *inire verbis beneficium* Terentio Andr. 5, 1, 15. *æstimationem inire* Senecæ de Benef. 3,

haud diu post evenit, adeo ut Augustinus vere scripserit: *Numquid non multi senatores in aliis terris, qui Romam ne facie quidem norunt?* De Civit. 5, 17. Lips. Cod. Ursini *inseratur.* Verum captivitati non convenit.

Aut si quis pauper. Negandi vim habet, quasi dicat: an aliquis etiam pauper e Latio senator fiet? non fiet. posset etiam, *aut ecquis.* Lips. Non male Acidalius conjicit: *quem... nobilium, aut, si... senator, fore*, i. e. quem honorem ultra fore nobilibus aut senatoribus pauperibus e Latio. Sed vulgatum etiam defendi potest, et intelligi dictum pro pauperibus senatoribus e Latio. Ed. pr. *senatus.* Ern. Acid. conjectura optimum sensum exhibet. Adsumpsere Bip. Recepi et ego.

Ferro vique ceciderint. Ita in meis libris, et recte. Vulgo, *ferro ignique.* Simile mendum scio esse in Suetonii Claudio 21. *Dùm cunctatus, an omnes igni ferroque absumeret, tandem e sua sede prosiluit.* Lege, *vi ferroque.* Lips. Sic cod. Flor. Guelf. et alii ed. pr. At Puteol. et sequentes *ignique.* Ern. Bud. *ferro vique*, ut Flor.

* *D. Julium apud Alesiam.* V. Cæsar. B. Gall. 7, 79.

Inoriretur. MSS. Flor. Agr. Guelf. ed. pr. *moreretur.* Puteol. et seqq. *inoriretur.* Ex illo J. Gronov. facit *moveretur.* Heins. *renovaretur.* Illud melius. Putem *inoriretur* ferri posse, quamquam est verbum insolens. Librarii ex *inoreretur* fecere *moreretur*, ut alibi *multus* ex *inultus* et similia. *Oreretur* pro *oriretur* sæpe est in libris antiquis. Vid. Burm. ad Sueton. Cæs. 64. Aptius h. l. videtur verbum, quod significet *veniret in mentem*, quam quod, *commemoraretur.* Adde not. seq. Ern. Bud. *moreretur.* Acid. pro *inoriretur* dabat *iniretur*, et pro *ara, arce.* Infrequens est *inoriri;* apud Frontin. tamen Strateg. 2, 1. in plur. codd. legi *inoriente... die* testatur Oudend. nec proinde id verbum compositum Latio ejiciendum.

Qui Capitolio et ara romana. Lo-

satis * fruerentur sane vocabulo civitatis : at insignia patrum, decora magistratuum, ne vulgarent. »

8. *mensuras agrorum inire* Columellæ 5, 3. *inire somnum* Maroni Ecl. 1, 56. *rationem* passim. Aut lege *iteretur*. Atque emenda Plinii locum Hist. Nat. 9, 15 (20). in quo desudavit Lipsius ad Ann. 12, 63. scribendum illic, *nec nisi iterantes pontum Byzantii capiuntur*. Hoc est, repetentes pontum. Vulgo *intrantes*. Male. Vide Ambrosii locum a Lipsio productum. *Iterare culpam* Hist. 3, 11. *tumultum* Ann. 2, 7. *vulnus* 6, 35. *iterata testudo* Hist. 3, 28. *iterare pugnam* Livio 6, 32. *iterare dicta, terram, campum, agrum*, Columella 2, 4. *aciem* alii. *æquor iterare, cursus, fortunam* Horatio Od. 1, 7, 32. 34, 4. 3, 3, 62. *vulnera* Statio. *revocatus in memoriam oraculi* dixit Justinus 7, 1. *repetitur memoria* Valer. Max. 2, 2, 7. Alia Justus Ryckius, Ger. Vossius, Gronov. En conjecturam nostram : *Quid si memoriæ horum immoremur* (vel *Quid si memoria eorum renovetur* aut *innovetur*) *quis e Capitolio et arce romana manubias deorum pensastis*. Quam proxime vestigiis Medicei libri et Agricolæ instituimus. Ni mavis, *quid si memoria eorum revocetur, quis Capitolium et arcem romanam manubiis deorum repensastis*. Forte et *Senonum* latet nomen sub nomine *eorum*. *Manubiis* erat in codice Agr. unde *manubias* facimus. Pro *eorumdem, deorum; ara* pro *arx* Ann. 14, 31. Seneca de Benef. 7, 19. Vide Lips. n. 157. Pro *per se satis, pensastis*, vel *pensitastis*, ut ad trutinam Senonum invidiose alludat. Sic Silius 4, 152., ... *et vertice sacro Pensantes aurum Celtas umbone ferebat*. Horatius Ep. 2, 1, 29.,

cus fractus corruptusque, uti oratiuncula hæc tota. Nec ista Attius Navius pater augurum restituerit, sine libris; nedum ut Beatus nobis persuadeat germanam lectionem esse, *qui Capitolio et ara romana? manibus eorumdem parceretis?* Est enim, *inquit*, aposiopesis : subaudiendumque, potiti sunt : qua figura medius fidius vellem ipse usus esset. Mei libri, *Memoria eorum memoretur qui Capitolio et ara romana manibus eorumdem per se satis*. Lips. Tentabam : *Recentia hæc : quid si memoria eorum inoriretur, qui Capitolium et arcem romanam, mœnibus eorumdem prostratis?* Intelligo, obsederint, ædificiis urbis adflictis incensisque. Ista, quæ recensuerat, ferro vique cæsas legiones, D. Julium apud Alesiam obsessum, recentia et memoriæ nondum exoletæ. At, quanto graviore invidia premi posse gallicum nomen, quanto minus dignos curia romana visum iri, si mentio etiam fiat illorum, qui mœnibus incensis ac prostratis circa montem Tarpeium et arcem per sex menses minacissimi pependerint. Gron. Hæc saltem commodum sensum habent. Sed alias rationes afferemus, et lectoribus electionem relinquemus. MSS. Flor. Guelf. Vat. habent *per se satis*; ita editio pr. exhibet. Sed Jac. Gronovius scripturam codicis Flor. aliter legendam putat, atque ex ea conjicit *pestem minati sunt*, pro *ara, arci*. Ceterum Puteolanus edidit *prostratis*, quod omnes secuti sunt præter Ryckium, qui *per se satis* dedit. Nerius in Analect. l. 4. conjiciebat *prostrati*. Heinsius in ep. ad Periz. in coll. Burm. t. 4, p. 783, sic locum totum refingit: *quid si memoria eorum iteretur, quis pro Capitolio et arce romana manubias deorum pensastis* vel *depensastis*, vel *repensastis*. Perizonius respondens Heinsio, p. 788, probat *manubias deorum* : et est sane

XXIV. His atque talibus haud permotus princeps, et statim contra disseruit, et, vocato senatu, ita exorsus

trutina pensantur eadem Romani. Frontinus 1, 1, 10., *ne unius interitum multorum morte pensarent.* In Catal. Pith. p. m. 76., *sed vitæ brevitas pensatur laude perenni.* Apud Livium 38, 24. de bello Macedonico: *centurionem pensantem aurum occiderent, imperavit. pensandi* certe verbum alibi apud nostrum quater occurrit quinquiesve. *pensare* cum aliqua re Vorstius ad Justin. 5, 2. Justinus 28, 2., *adversus Gallos urbem eos suam tueri non potuisse, captamque non ferro defendisse, sed auro redemisse.* Castigandus et Valerius Maximus in hac narratione, 4, p. 189. ed. Vorst. ubi corrigo *Mille pondo auri, quæ Gallis pro obsidione Capitolii omissa debebantur.* non *promissa.* Idem Valerius 7, 4, 3, p. 259. Ed. Vorst. *ad pactionem omittendæ obsidionis compulerunt.* Apud Justin. 43. extr., *Massilienses publicum et privatum, aurum et argentum contulerunt ad explendum pondus Gallis, a quibus redemptam pacem (per Romanos) cognoverant.* Ergo falsum est, nullum supervenisse. *Manubias* volunt esse Gallinas 13, 24. et Nonius 5, 29., *pecuniam ex hostili præda vendita redactam*, eoque differre ab ipsa *præda.* Certe Valerius Max. sic videtur cepisse utcumque id vocabulum 7, 6, 5. de illo, qui in obsidione Casilini murem captum decentis denariis alteri vendebat, post fame mortuus: *fame consumpto manubiis sordium suarum diu frui non licuit.* Hoc est pecunia ex mure vendito redacta. Idem 9, 14, 2., *D. Brutus Accii postea versibus templorum aditus, quæ ex manubiis con-*

elegantissima conjectura: et præterea conjicit *pensastis*: ceterum veretur, ne hic lacuna sit: quod valde probabile est. Ern. Bud. *per se satis.* Qui hic adlegatur, Nerius, estne Jos. Nerius, cujus commentaria in Tacitum extant, an potius Salinerius? huic saltem eam conjecturam tribuit Gron. Reddit autem *Capitolio et ara prostrati* per *strati pro Cap. et ara.* Heinsii *manubias* non est ex ipsius ingenio; in cod. Agr. legitur *manubiis eorum per se satis.* Addo, quæ insanabili curando vulneri a variis frustra licet sunt adlata. Freinsh. *Q. si m. eor. inoriretur, qui, capta olim et arsa Roma, manibus eorumdem prostrati fuerint.* Justus G. Vossius G. F. *Q. si m. e. inor. qui, Cap. et ara rom. mœnibus eorumdem prostratis frudrentur? Sane vocab. civ.* (omisso *sed*) *ius. P. d. m. ne v.* Broterius: *Q. si m. e. renovaretur, qui, Cap. et arce rom. manibus eorumdem fere superatis, pretium P. R. mille pondus auri fecerint.* Bip. *Quid si m. Senonum recoleretur, qui, captis olim a se Romanis, manubiis eorum dein processerint satis.* Sub *eorum* latere *Senonum* jam Heinsius conjecerat. Sic conspirare hæc putant Bip. cum iis, quæ cap. seq. leguntur. Hiller. Rac. 34. *Q. si m. Senonum renovaretur, qui, Capitolio et arce rom. per se salvis, manibus ædes prostravit.*

Sed insignia patrum. Addidi *sed*, e vestigiis ed. pr. quæ habet: *et insignia. Et* ortum est, cum finalis præcedentis verbi absorbuisset literam *s*; quod satis constat huic particulæ sæpe accidisse. Si quis tamen malit *at*, non valde repugnem. Locus similis supra 3, 5. *sane corpus.... quoquo modo crematum: sed tanto plura decora mox tribui par fuisse.* Vide tamen infra ad c. 30. Ern. Aptius *at.* Bud. copula caret.

Ita exorsus est. Quæ oratio principis, memoriæ caussa, Lugduni ha-

est : « Majores mei (quorum antiquissimus Clausus, origine sabina, simul in civitatem romanam et in familias patriciorum adscitus est) hortantur, uti paribus consiliis remp. capessam, transferendo huc, quod usquam

secraverat, adornavit. Vide Marmor Ancyranum et Inscript. Marii, (apud Grut. p. 436, 3.) ubi inter alia de manubiis Cimbricis et Teutonicis eodem Honori et Virtuti ædificasse dicitur. Hinc *manubialis pecunia* apud Suet. Aug. 30. Apposite Asconius in Verr. 1, 60., *Manubias* quoque dici antiquis *spolia quæsita de hoste nobili per deditionem. Manubiæ* ad res sacras pertinent. Livius 29, 8. de Pyrrho. *Proserpinæ etiam intacti omni ætate thesauri, præterquam quod a Pyrrho, qui cum magno piaculo sacrilegii sui manubias retulit, spoliati dicebantur.* Mox vocat *sacram deæ pecuniam.* 10, 46., *Æris gravis tulit in ærarium trecenta nonaginta millia; de reliquo ære eadem Fortis Fortunæ de manubiis faciendam locavit, prope eadem eidem deæ a Servio Tullio dedicatam.* 33, 27., *L. Stertinius ex ulteriore Hispania.... L. millia pondo argenti in ærarium contulit, et de manubiis duos fornices in foro boario fecit.* 36, 36., *ludos eos de manubiis, si quam pecuniam ad id reservasset, vel sua ipse impensa faceret.* Ergo manubiæ haud illatæ ærario. 43, 4. de Lucretio prætore : *is eo tempore in agro suo Antiati erat, aquamque ex manubiis Antium ex flumine Loracinæ ducebat.* Vide reliqua. Valer. Max. 1, 1, 3. extern., *detracto Jovi.... aureo amiculo, quo eum tyrannus Gelo e manubiis Carthaginiensium ornaverat.* Vide Vorstium, p. 28. et sic Cicero de Nat. D. 3, 34. Invidiose autem deorum manubias vocat, quasi spolia diis capitolinis detracta, aurum et argentum deorum cultui destinatum in Capitolio, quo deditionem redemerint suam Romani. Facilis autem mutatio e *manubiis* in *manibus.* Nam et in marmore Ancyrano *manibiæ*, non *manubiæ*, dicuntur. Vide Voss. Gramm. 1, 12, p. 60. et c. 29, p. 108. Ex *eorumdem* fecimus *deorum.* Nam *dem* enatum est ex diversa scriptura, cum *deorum* olim legeretur et *deûm*, quod posterius ab ipso Tacito profectum : vel certe *dem* est correctio *eorum* : quasi librarius voluerit, *deum* reponi oportere. Fors et sit, ut scripserit noster, *manubias deorum dependastis. Dependere pecuniam* habes apud Senecam de Benef. 2, 21. *Etiam ab aliquo tali accipiam pecuniam, quam pro capite dependam.* 3, 8., *hic pecuniam pro addicto dependit.* 5, 1., *beneficium paratus es pro ingratis dependere;* et est id verbum apud veteres scriptores passim obvium. Unde *dependere* quomodo *dispensare.* Sed *repensastis* mihi videtur commodissimum. Quo verbo frequenter usus Velleius. Eidem *rependere caput auro.* Senecæ Suasoria 6., *consularia capita auro rependuntur.* Sic alibi in codice Med. Ann. 11, 4. pro *Poppææ sentiam*, quod est in vulgatis, legebatur *assenessentiam.* Similia et alibi deprehendimus, ut in fragmento Petronii Traguriano. Forte et *dem* pro *de*, ut *fode* voluerit. Similes istius codicis errores congessimus Ann. 1, 10. et 5, 4.

bita, celeberrima urbe Galliarum, et in æs incisa. Tabula manet illic etiam nunc; et dignum lectu exemplar ejus, quod, ex scriptorum fide, proponi in Exc. A. eo magis, quod multa in eo ad Taciti lucem. Lips. Mox ed. pr. *Claudius.* Puteol. *Clausus* cum seqq. Edd. In nupera quoque urbis obsidione salva suo loco perstitit tabula, quod rei antiquariæ amicis gratum fore confido.

Orig. sabina. Cf. Suet. Tib. 1.

egregium fuerit. Neque enim ignoro, Julios Alba, Coruncanios Camerio, Porcios Tusculo, et, ne vetera scrutemur, Etruria, Lucaniaque, et omni Italia, in senatum accitos. Postremo ipsam ad Alpes promotam, ut non modo singuli viritim, sed terræ, gentes, in nomen nostrum coalescerent. Tunc solida domi quies, et adversus externa floruimus, quum Transpadani in civitatem recepti, quum, specie deductarum per orbem terræ legionum, additis provincialium validissimis, fesso imperio subventum est. Num pœnitet, Balbos ex Hispania, nec minus insignes viros e Gallia Narbonensi transivisse? Manent posteri eorum, nec amore in hanc patriam nobis concedunt. Quid aliud exitio Lacedæmoniis et Atheniensibus fuit, quamquam armis pollerent, nisi quod victos pro alienigenis arcebant? At conditor noster Romulus tantum sapientia valuit, ut plerosque populos eodem die hostes, dein cives habuerit. Advenæ in nos regnaverunt. Libertinorum filiis magistratus mandari, non, ut

Coruncanios Camerio. Cicer. Planc. 8. Tusculanos facit, ut jam monuit Ryckius, item pro Sull. 7. In quibus locis nihil movendum, bene monet Perizon. An. Hist. p. 193, quod in rebus tam antiquis varios auctores sequi potuerint Cicero et Tacitus. Ern.

Postremo ipsam. Romanam civitatem. Ern.

Sed terræ gentesque. Codd. Flor. Agr. et ed. pr. absque copula, *sed terræ, gentes.* Heinsius conjiciebat *integræ gentes.* Ern. Copulam non habet Bud. nisi a r. m.

Deductarum per orbem. In colonias nempe deductarum. Iisque misti e provincialibus fere semper aliqui, eodem jure. Lips.

Num pœnitet. Sic edd. omnes quas vidi, præter Gronovianas, in quibus est *non:* vereor ut consulto. Sic tamen est in MS. Guelf. qui et *non* exhibet vitiose pro *num* c. 29. Ern. Bud. *num.*

Viros. Sub hac voce familiæ cujusdam nomen latere putat Muretus: placet et Acidalio — * et Heinsio.

Dein cives. Bud. *eodem cives:* non male. Sed r. m. ex *eodem* fecit *dein.*

Libertinorum filiis. Hoc illud est, quod Suet. notat in Claudio 24: *Appium Cæcum censorem, proauctorem generis sui, libertinorum filios in senatum allegisse docuit: ignarus, temporibus Appii et deinceps aliquamdiu libertinos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex*

plerique falluntur, repens; sed priori populo factitatum est. At cum Senonibus pugnavimus. Scilicet Volsci et Æqui nunquam adversam nobis aciem instruxere! Capti a Gallis sumus. Sed et Tuscis obsides dedimus, et Samnitium jugum subivimus. Attamen, si cuncta bella recenseas, nullum breviore spatio, quam adversus Gallos, confectum: continua inde ac fida pax. Jam moribus, artibus, adfinitatibus nostris mixti, aurum et opes suas inferant potius, quam separati habeant. Omnia, P. C., quæ nunc vetustissima creduntur, nova fuere. Plebeii magistratus post patricios; Latini post plebeios; ceterarum Italiæ gentium post Latinos. Inveterascet hoc quoque; et quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.»

XXV. Orationem principis secuto patrum consulto,

his procreatos. Et notat vere. Nam libertorum filii adeo a curia remoti temporibus priscis, ut nec in militiam sint admissi. Et bello Italico libertini primum militare cœperunt, ut notat Epitome Liviana 74. Lips. Ed. pr. *mandaret.* Ern.

Non, ut plerique falluntur, recens. Non hercle antiquius, quam a Cæsare. Primus ille libertorum filios allegit in senatum, et magistratu ornavit. Dio 43, 47: καὶ παμπληθεῖς μὲν ἐπὶ τὴν γερουσίαν, μηδὲν διαφέροντα, μήτ' εἴ τις στρατιώτης, μήτ' εἴ τις ἀπελευθέρου παῖς ἦν, ἐσέγραψεν. Lips. MS. Guelf. *fallimur.* Ern.

Non, ut plerique falluntur, repens. Sic cod. Flor. et ed. pr. Ceteræ usque ad Pichenam *recens:* quia etiam sic est in MS. 6, 7, nec credibile librarios *recens* mutasse in *repens*, quum contra sæpe factum sit: *repens* etiam hic servavi. Vid. ad 6, 7. Mox iisdem auctoribus libris dedi *instruxere* pro vulg. *struxere.* Præcedens litera, ut sæpe, absorpsit primam syllabam. Sic etiam cod. Reg. apud Ryckium, et Vatic. ap. Lipsium in margine. Ern. Bud. *repens*, unde r. m. *recens.* Mox idem *instruxere.* Sic et Vat.

Breviore spatio. Ita, si Galliam comatam spectas, de qua hic agitur: nam decimo anno a Cæsare perdomita est. Aliter in aliis, quod historiæ dicent. Lips.

Omnia, P. C. quæ nunc. Pulchram et acutam sententiam reperio a Synesio Cyrenensi episcopo, haud disparibus sane verbis, expressam in epist. 57: πολλὰ τῶν δοκούντων ὁ χρόνος ἐξεῦρε, καὶ διωρθώσατο. Οὐχ ἅπαντα πρὸς παραδείγματα γίνεται καὶ τῶν γενομένων ἕκαστον ἀρχὴν ἔσχε..... ἡμεῖς ἀρχὴν δῶμεν ἴσως βελτίονι. Simile, sed breviter, Tertull. adv. Marc. 1, 9: *Omnis res anterior posteriori normam præministravit.* Lips.

Orationem principis. Sunt, qui putent, Galliæ comatæ universæ

primi Ædui senatorum in urbe jus adepti sunt. Datum id fœderi antiquo, et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo romano usurpant. Iisdem diebus in numerum patriciorum adscivit Cæsar vetustissimum quemque e senatu, aut quibus clari parentes fuerant:

civitatem optimo jure hoc SC. datam, eoque alludi a Seneca de Benef. 6, 19. idque ipsi Lipsio ad Senec. l. c. videtur. Id falsum esse, verba Taciti sequentia arguunt, e quibus patet, ad solos primores Æduorum beneficium pertinuisse. Non vero exemplo utitur ibi Seneca, sed ficto, ut philosophi solent. Itaque etiam Hispanias adjungit, quibus Senecæ temporibus jus civitatis datum non constat. V. plura contra disserentem Spanhem. in Orb. Rom. 1, 15. init. Ern.

Soli Gallorum fraternitatis nomen. In Panegyrico Flaviensium nomine ab Eumenio apud Constantinum dicto 2. *Quænam igitur gens toto orbe terrarum in amore romani nominis Æduis se postulet anteponi? qui primi omnium inter illas immanes et barbaras Galliæ gentes plurimis senatus consultis fratres populi rom. appellati sunt; et, cum a ceteris Rhodano ad Rhenum usque populis ne pax quidem posset nisi suspecta sperari, soli consanguinitatis nomine gloriati sunt.* Et postea 3. *Imputavere se origine fabulosa in Sicilia Mamertini, in Asia Ilienses: soli Ædui non metu territi, non adulatione compulsi, sed ingenua et simplici caritate fratres populi rom. crediti sunt.* Bene ait, crediti. Neque enim aliunde, ut credo, fratres, quam ex sermone communi Gallorum Germanorumque, quo fideles socii, fratres amicique dicuntur: non quia ab iliaco sanguine, ut suggerunt quidam. Sed, quod Tacitus dicit, solos Æduos id nomen usurpasse; repugnat Lucanus, qui tribuit etiam Arvernis 1, 426., *Et docilis rector monstrati Belga covini, Arverniique ausi Latio se fingere fratres Sanguine ab Iliaco populi.* Et lapis antiquus, qui Batavis (ap. Grut. p. 499, 13.) GENS. BATAVORVM. AMICI. ET. FRATRES. ROM. IMP. quæ inscriptio eruta armamentario britannico, ad ostium veteris Rheni. Tamen Diodorus etiam pro Tacito 5, 25. Ἡ Γαλατία κατοικεῖται μὲν ὑπὸ πολλῶν ἐθνῶν διαφόρων τοῖς μεγέθεσι.... ὧν ἐστιν ἓν πρὸς Ῥωμαίους ἔχον συγγένειαν παλαιὰν καὶ φιλίαν, τὴν μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων διαμένουσαν. Lips. Adde Cicer. ep. ad Div. 7, 10. et ibi Manut. Ern.

Usurpant. Bud. *usurpabant.*

Vetustissimum quemque e senatu. Aliud patricii, aliud senatores. Senatores multi e plebe, ut septennibus pueris notum. Claudius igitur, ne extingui, et intermori patriciorum familias pateretur, antiquissimum quemque e plebeis senatoribus retulit in patres. Dico antiquissimum; sive ætatis ratione, seu potius temporis, quo in senatu fuit. Hæc clara Taciti mens. At vir juris et antiquitatis consultus (Vertranius), quasi in Cimmerios delatus esset, ita hic æcutit. Vertit se in omnes formas, et tandem definit scribendum esse: *vetustissimum quemque e se*

paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus « majorum » et L. Brutus « minorum gentium » adpellaverant; exhaustis etiam, quas dictator Cæsar lege Cassia, et princeps Augustus lege Sænia sublegere. Lætaque hæc in R. P. munia, multo gaudio censoris inibantur.

natum. Sapis lector, et non rides? Lips.

Romulus majorum. Tacitus sensisse videtur, omnes patricios, qui a regibus lecti (plures enim reges post Romulum legerunt) majores fuisse: qui a Bruto, minores. Livius tamen 2, 1. et alii, contra. Cujus rei confusam veritatem vide apud Onufrium in Fastis, quem non exscribo. Sed Tacito, ut opinor, auctores sui. Lud. Vives tamen, patrum ævo doctrina celebri, verbis aliquot insertis hic legebat: *Romulus majorum gentium, L. Tarquinius minorum, Brutus conscriptorum appellaverant*. Cujus epistolam ea super re publicavit amicus meus, dum vixit, G. Canterus in Notis suis (Nov. Lect. 2, 24. in Grut. Lamp. t. 3. p. 563.) At mihi nondum animus adsentiendi: nec tibi quidem, si cum judicio excusseris, quæ Onufrius per satyram et confuse, ut solet, collegit. Lips. Canteri correctionem refellit Arnzenius ad Victorem 6, 6. Filius ejus in Miscell. c. 1. p. 11. a Livio non dissentire Tacitum disputat, existimans et Prisco et Bruto lectos senatores minorum gentium dictos, Brutinos etiam conscriptos, ut visum jam Augustino de Legg. c. 7. et a Tacito Bruto uni tribui, quia is posterior tales legit. Contra est, quod Livius Bruti senatores dicit ex equitibus fuisse, quia patriciorum numerus non suffecerit senatoribus legendis: sed gentes tum majores tum minores sunt patriciorum. Ern.

Lege Cassia. De lege hac nominatim nuspiam traditur. Rem tradit Sueton. Cæs. 41. *Patricios allegit*: sed id fecit potestate, quam lex Cassia dederat. Ern.

Augustus lege Sænia. Ille idem Vives scribit *Servia*. Jus et mos Belgæ, dissentiendi ab Ibero. *Sænia* enim vera lectio. Colligo ex Dione 52, 42. extr. qui hunc patriciorum dilectum confert in a. U. 725. τότε τῶν ὑπατρικῶν γένος, inquit, συνεπλήθυνε, τῆς βουλῆς οἱ δῆθεν ἐπιτηρεφάσης τοῦτο ποιῆσαι. Ex quo vides, *SC.* aliquod fuisse ejus rei, sive legem. Legibus nomina a consulibus: et consul suffectus prioris anni L. saenivs in monumentis. Vertranium ergo, qui *Sentiam* reposuit, non audiemus. Lips. Non *SC. sive legem*, sed SC. et legem. Monum. Ancyr. Pilæ prioris tab. 2. init. *Patriciorum numerum auxi consul quintum jussu populi et senatus*. Nam legem non tribunitiam semper præcedit SC. scriptoresque modo legem solam, modo SC., modo utrumque memorant, positoque uno, semper alterum intelligendum, neque ullo modo dissensus inter scriptores fingendus, aut ipsi reprehendendi hoc nomine. Vertranii conjecturam sequitur Hotomannus de Leg. Rom. 1, 1. Ern.

Multo gaudio censoris inibantur. Sic MSS. Flor. Bud. Guelf. ed. pr. Puteol. Rhen. Ald. aliæque. Sed cod.

Famosos probris quonam modo senatu depelleret, anxius, mitem et recens repertam, quam ex severitate prisca, rationem adhibuit, monendo, « secum quisque de se consultaret, peteretque jus exuendi ordinis : facilem ejus rei veniam. Et motos senatu et excusatos simul propositurum : ut judicium censorum, ac pudor sponte cedentium permixti, ignominiam mollirent. » Ob ea Vipstanus consul retulit, « patrem senatus adpellandum esse Claudium. Quippe promiscuum *patris patriæ* cognomentum : nova in remp. merita non usitatis vocabulis honoranda. » Sed ipse cohibuit consulem, ut nimium adsentantem : condiditque lustrum, quo censa sunt ci-

43. *Ut nimium assentantem.* Forte, *nimium assentandi*, pro *nimium in assentando.*

Farn. edd. Ber. Alciat. *Cæsaris.* male. Vid. c. 13. Ern. Grut. volebat *mutuo gaudio.*

Mitem et recens repertam. Repertam ab Augusto. Habes in Dione 52, 42. in extremo. Lips. Adde Sueton. Aug. 35. Ern.

Ex severitate prisca. Alucinor, aut scribendum voce addita : *haud ex severitate.* Sententiam eam esse, id mihi certum. Hæc ita scripseram : sed ecce Pichena ex Flor. vere emendat : *repertam quam ex :* sententia illa mea, id est (Corneliana phrasi) *potius quam.* Lips. Plane sic ed. pr. Sed Puteolanus *quandam* induxit, quod Rivius et alii secuti sunt. Ern. Bud. *quam ex s. p.*

Jus exeundi ordinis. Solos Ciliciæ abite nebulones. Enimvero latinitas scribi vult *ordine ;* aut potius, *exuendi ordinis.* Ita 3, 17. *Piso exuta dignitate in decem annos relegatur.* Lips. *Exuendi* recepit Ryckius, quem secutus sum. Noster H. 2, 86. *Senatorium ordinem exuerat.* Secutus est Broterius. Ern. Bud. *exeundi.* Qui *exeundi* legunt Solos ablegat Lipsius. Abiturum se negat Khunius nostras, similesque aliorum formulas adfert. Sic Gellius 1, 12. *Ad desinendam seditionem.* et 3, 10. *ad nascendos homines.* Plautus Trin. sc. ult. v. 35. *Placenda dos.* Varro L. L. 5, 2., *Sæculum dictum, quod longissimum spatium senescendorum hominum.* L. 1. Dig. Nautæ etc. *Navis* navigandæ caussa.

Et excusatos. Bud. *excusatosque.*

Ut judicium censorum. Faernus legebat : *ut judicium censorium*, etc. Sic supra c. 13. *munia censoria.* sed, quia collegam habuit L. Vitellium, Suet. Vit. 2. infra 12, 4. vulgatum sine libris tentari, non est necessarium. Ern.

Patrem senatus. Quod imitati sibi sumpserunt Balbinus et Pupienus Augusti. In numis : Imp. Cæs. Pvpien. Maximvs. Avg. Tum parte

vium LXIX centena, XLIV millia. Isque illi finis inscitiæ erga domum suam fuit. Haud multo post, flagitia uxoris noscere ac punire adactus, ut deinde ardesceret in nuptias incestas.

XXVI. Jam Messallina, facilitate adulteriorum in fastidium versa, ad incognitas libidines profluebat; cum « abrumpi dissimulationem » etiam Silius, sive fatali vecordia, an imminentium periculorum remedium ipsa pericula ratus, urgebat. « Quippe non eo ventum, ut senectam principis opperirentur. Insontibus innoxia consilia; flagitiis manifestis subsidium ab audacia peten-

44. *Ut flagitiis manifestis. Flagitii* scribe. Atque ita Acidalius. Vide Rhenan. Ann. 13, 23. Sic solet Tacitus. Vide ad Ann. 6, 30., *manifestus ambitionis.* Ann. 14, 29., *cogitationis magnæ, conjurationis, criminum, delicti, offensionis, pavoris, vanitatis*, et similia apud nostrum.

versa : PATRES SENATVS. Lips. Immo JULIA SEVERI MATER SENATVS.

LXIX. *centena*, *et* XLIIII. *millia.* Convenit cum Cassiodori ratione sexaginta novem centena millia exprimentis. Cum libris haud plane convenit, e quibus Vatic. ille fidus exprimere videtur *quinquagenta octo centena et octogintaquatuor millia et* LXXII. Nec miremur de granditate numeri : cum jam tunc sub Augusto (nondum tot populis in civitatem acceptis) censa reperiam *quadragies centena millia.* Lapidis inscriptio, quam obtrudunt, TEMPORIBVS CLAVDII TIBERII FACTA HOMINVM ARMIGERVM OSTENSIONE IN ROMA SEPTIES DECIES CENTENA MILLIA LXXXVII. parum vera aut fida mihi est. Et tamen, cum de his saltem, qui arma ferrent, agat, nihil nobis obstat. Lips. Ed. pr. LVIIII. LXXXIIII. LXXII. et sic. cod. Flor. sed cod. Agr. pro LVIIII. habet LVIII. MS. Guef. LVIIII. LXXII. Ed. Put. LXVIIII. *centena*, et CXLIIII. *millia.* et sic quoque Rivius Ber. Alc. Rhen. Ald. Atque hinc efficta est ea, quæ nunc obtinet, lectio. ERN. In Bud. turbati sunt numeri. Cassiodori ratio nec in ed. Fornerii nec Garetii cum Tacito convenit.

Facilitate adulteriorum. Sic edidi ex ed. pr. ceteræ omnes *adulterorum.* Etsi nihil interest admodum; tamen lectionem ed. pr. prætuli, quod et fecit Broterius. ERN. Bud. *adulterorum.*

Sive fatali vecordia, etc. Acidalius vel deleri *sive*, vel *ipse* legi vult. *Ipse* non patitur τὸ *etiam. Sive* sequente *an* est etiam 14, 59. alias sane *sive* omittere noster solet. ERN.

Ut senectam principis opperirentur. Cod. Flor. (et Bud. a 1. m.) *senecta pr. opperiretur*, quod recepit Pichena. (* et Heinsius ferri posse putat.) Ed. pr. *senecta pr. opperirentur.* Sed Puteolanus *senectam* edidit, quod et Spirensis edere voluisse videtur : idque ceteri secuti sunt,

dum : adesse conscios, paria metuentes. Se cælibem, orbum, nuptiis, et adoptando Britannico paratum : mansuram eandem Messallinæ potentiam, addita securitate, si prævenirent Claudium, ut insidiis incautum, ita iræ properum. » Segniter hæ voces acceptæ, non amore in maritum; sed, ne Silius summa adeptus sperneret adulteram, scelusque, inter ancipitia probatum, veris mox pretiis æstimaret. Nomen tamen matrimonii concupivit, ob magnitudinem infamiæ, cujus apud prodigos novissima voluptas est. Nec ultra exspectato, quam dum sacrificii gratia Claudius Ostiam proficisceretur, cuncta nuptiarum solennia celebrat.

atque haud dubie verum est. Res enim pertinet non modo ad Silium, sed etiam ad Messallinam. Saltem legendum *senectam opperiretur*. Mox frustra Acidalius, Heinsius et Ryckius malunt *flagitii manifestis* : nam et vulgatum sensum bonum habet, nec Tacitus in oppositionibus sibi similis esse solet, ut jam sæpe vidimus. Ern. Sic 1, 3. *subsidia dominationi*. Ut non sit opus cum Acidalio, Heinsio et aliis legere *flagitii*, etsi et hoc bonum sensum pareret.

* *Se cælibem*. Ed. Oberl. *Si c.* operarum sane errore. N. E.

Ne Silius summa adeptus. Sic prim. ed. Beroaldi; nescio an consulto : nam Puteolanum alias sequitur in his libris. Ceteræ omnes *summam*, etiam MSS. Rhen. qui e MS. Bud. dedit *summam*, int. rerum : idque Aldus secutus est, ceteriique usque ad Lipsium, qui *summa* reddidit. *Summam* etiam MS. Guelf. Ern.

Ob magnitudinem infamiæ. Elegantissima gnome : cujus acumen non cepit Ferrettus. Explicat unus Seneca ep. 123. (122.) *Nolunt solita peccare, quibus peccandi præmium infamia est*. ubi tamen male, et præter reliquum judicium, Pincianus, *in fama est*, legi voluit. Ita autem est. Hominibus perditis et ad flagitia projectis, ipsa infamia voluptas est. Audi Valerium Max. 6, 9. De mutatione morum : *Perditæ luxuriæ Athenis adolescens Polemo, neque illecebris tantum, sed etiam ipsa infamia gaudens*. Ubi addo voculam e libro veteri, *neque illecebris ejus tantum* : sententia omnino volente. Lips. *Prodigos* int. famæ. Qui famam prodigunt atque contemnunt, tandem eo amentiæ veniunt, ut ipsa infamia delectentur, appetantque ea, unde vel maxima infamia veniat. Ern.

Sacrificii gratia Ostiam. Immo rei frumentariæ gratia, ait Dio 60, 31. pellicum caussa, Victor. Sed sacrificium credo a Claudio institutum rei frumentariæ caussa, in Castorum æde. Id enim numen ibi cultum, ventorum marisque caussa. Ita lego apud Ammianum 19, 10. in summa

XXVII. Haud sum ignarus, fabulosum visum iri, tantum ullis mortalium securitatis fuisse, in civitate omnium gnara et nihil reticente, nedum consulem designatum, cum uxore principis, prædicta die, adhibitis qui obsignarent, velut suscipiendorum liberorum caussa,

inopia frumenti, Tertullum, qui Præf. annonæ, *apud Ostiam in æde Castorum sacrificasse, tranquillitatemque mare mollivisse.* Id sacrum perpetuum fuit, et suspicor a Claudio institutum, qui portum illum celebrem et farum Ostiæ exstruxit. Celebrabatur solenni quadam lætitia, mense Maio: ideoque post sæcula Maiuma dictum. Suidas: Μαϊουμᾶς. πανήγυρις ἐγίνετο ἐν τῇ Ῥάμῃ κατὰ τὸν Μαΐου μῆνα τὴ παράλιον καταλαμβάνοντες πόλιν τὴν λεγομένην Ὀστίαν, οἳ τὰ πρῶτα τῆς πόλεως τελοῦντες, ἐξυπαθεῖν ἀνείχοντο, ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδασιν ἀλλήλους ἐμβαλλοντες. Julianus in Antiochico p. 362. Τμῶν δ' ἕκαστος ἰδία μὲν εἰς τὰ δεῖπνα καὶ τὰς ἑορτὰς.... τοῦ Μαϊουμᾶ χρήματα ἀπολίσαντες, ὑπὲρ δ' ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως οὐδεὶς θύει. Nec aliud intellexit Æthicus in Cosmogr. *Tiberis insulam facit inter portam urbis et Ostiam civitatem, ubi populus rom. cum urbis præfecto vel consule, Castorum celebrandorum caussa egreditur, solennitate jucunda.* Ubi vides, Castorum solenne et Maiumam idem esse. Hanc originem Maiumæ nec incitam, nec alienam a vero puto. Lips.

Nedum consulem designatum. Non beneficium principis exprobrat hic titulus Silio, sed personæ ejus eminentiam respicit, in qua nihil esse poterat obscurum: adeoque magis mirum et minus credibile fit hujus loci hominem ad tantum vecordiæ fuisse progressurum. Cæterum, quod oratio scabra et rudis Vertranio videtur, id facile vitaveris, si memineris, Taciti verba sic esse accipienda, ut ante *tà nedum cons. des.* intelligamus *tà et quemquám:* quasi esset: *tantum ullis mortalium securitatis inesse:* et *in civitate omnium gnara et nihil reticente* quemquam, *nedum consulem designatum, cum uxore principis*, etc. *convenisse.* His duabus voculis, quas studio brevitatis auctor noster fecit lucri, per intellectum appositis, nihil hac parte restat difficultatis. Gron.

Qui obsignarent. Int. tabulas dotis, sive, ut mox vocat, nuptiales tabulas. V. Sueton. 26. qui Claudium inter signatores fuisse tradit. De tabulis nuptialibus v. Lipsium ad c. 30. Erm.

Suscipiendorum liberorum caussa. Ea formula in nuptiis legitimis solennis, ad conjugii verum finem. *Nec enim ob aliud*, ait Augustinus de sancta Virg. 7. *femina nubit, quam, ut mater fiat.* Unde et matrimonium ominis caussa dictum. Ideo Græci definiunt γάμον, σύνοδον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς κατὰ νόμον, ἐπὶ γνησίων τέκνων σπορᾷ. Et apud Athenienses (ait Isidorus Pelusiota 3. epist. 243.) Ἡ συνάφεια ἡ κατὰ νόμον ἐπ' ἀρότῳ παίδων ἐλήγετο γίνεσθαι. Menander etiam pulchre, apud Clementem Strom. 2, p. 421. Παίδων σπόρᾳ τὰν γυναῖκα δίδωμί σοι γε τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα. Et Augustus senile quod-

convenisse : atque illam audisse auspicum verba, subisse, sacrificasse apud deos : discubitum inter convivas : oscula, complexus : noctem denique actam licentia conjugali. Sed nihil compositum miraculi caussa, verum audita scriptaque senioribus tradam.

45. *Sed nihil compositum.* Tὸ *sed* mendosum aut superfluum.

dam conjugium injustum pronunciavit, *quoniam non quærendorum liberum caussa initum*, ait Valerius 7, 7. In ipsis autem tabulis ea verba solita exprimi. Augustin. De Civitat. D. 14, 18. *Quid concubitus conjugalis, qui, secundum matrimonialium præscripta tabularum, procreandorum sit caussa liberorum?* Adde et Suet. Jul. cap. 52. Lips.

Auspicum. Bud. *Haruspicum.*

Subisse, sacrificasse. Verbum *subisse*, corruptum judico. Fortean, *nupsisse*, id est, solenni luteo flammeo, qui mos novis nuptis, faciem velasse. Scripsi et sensi ita olim. At nunc delibero etiam atque etiam, et ambigo, an subeundi verbum non hic germanum et inter legitima nuptiarum. Quinctilianus suspicionem facit in sermone Declam. 247. *Dicit pars diversa. Non fuisti uxor. Non subsisti cum illo.* Legerim, *non subiisti.* Et subitionem hanc intellegam, sive cum deducta subiret mariti domum : sive de jugo. Modo is ritus tamen satis certus. Lips. *Subisse verba* videtur dici, cui alius *verba præivit*, v. Obs. 2, 4. Gron. Quod satis probabiliter disputatur ibi. Et priori Lipsii conjecturæ favet primo locus e Declamatione, ubi hodie e MSS. legitur *nubsisti.* V. ibi Schultingius : deinde, quod verbo nubendi in ea re etiam utitur Suetonius, nec credibile satis, Tacitum solennissimum ritum, cum ceteros memoraret, omisisse. Ceterum post *Deos* colon posui, ut est in edd. primis, et mox bis. Ern. Heinsius deesse quid putat, ut *templa subisse.* Bip. vel *nupsisse* legendum putant, vel intelligendum *subisse* velum nuptiale.

Discubitum inter convivas. Et quidem forma nuptiali : quæ volebat, ut nova nupta in gremio mariti jaceret. Morem eum exprimit Juvenalis 2, 119... *ingens Cœna, sed et gremio jacuit nova nupta mariti.* Quasi ecce id inter solennia nuptiarum. Appuleius de nuptiis Psyches Met. *Accumbebat summum thorum maritus, Psychen gremio suo complexus.* Ideo recte in Catullo 61, 171., *Adspice intus ut accubans Vir tuus Tyrio in thoro Totus immineat tibi.* Nec recte magnus ille censor, quem unum æmulor mirorque, *adspice intus*, emendavit. Imusne in illo geniali suo epulo maritus? immo summus, vel Appuleio teste. Intus accubare, ut intus canere. Interior autem maritus, respectu sponsæ ad quam hic sermo. Siquid tamen mutandum, legerim, *unctus* : qui mos Romanis in omni convivio solenni. Lips.

Tradam. Magis pro mente, *trado.* Jam enim illa incredenda scripsit. Lips. Ferri potest, si pro conjunctivo præsentis accipiatur. Si quid

XXVIII. Igitur domus principis inhorruerat: maximeque, quos penes potentia, et, si res verterent, formido, non jam secretis colloquiis, sed aperte fremere, « Dum histrio cubiculum principis insultaverit, dedecus quidem

46. *Cubiculum principis exsultaverit.* Lege omnino, *persultaverit.* Ni mavis *cubiculum per principis.* Sic Catullus ep. 29., *perambulare omnium cubilia.* Vulgatam tuetur Gronovius ad Livium 29, 6.

mutandum, malim: *tradiderim*, e quo, per compendium scripto, *tradam* fieri potuit. Liv. 1, 46. *pluribus tamen auctoribus filium ediderim.* Et sic centies idem et alii. Nam cur *trado* in *tradam* mutarint librarii, vix intelligi potest. Ern.

Verterent. Bud. *verterentur.*

Dum industria cubiculum. Regem olim feci, qui emendasset hunc locum. Itaque concursum a multis ad coronam, et non unus mihi indicavit scribendum: *Dum histrio cubiculo principis occultatur, dedecus.* Verissime. Intellegit enim Maecenatem illum pentomimum, qui diu in deliciis Messalinae. Libri scripti non longe abeunt ab hac lectione, *dum instruo cubiculum principis exultaverо, dedecus.* Possis extrema item scribere, *cubiculo principis exsultat, vere dedecus.* Lips. Simplicissimum: *dum histrio cubiculum principis exsultaverit, dedecus quidem illatum, sed exscidium procul abfuisse.* Illud Salmasii eruditum, *exsultare* esse ἐξορχεῖσθαι. Quod melius intelliges, ubi consideraveris; quae vir insignis Hem. Savilius notavit ad Chrysostomum in Psalmos, eo verbo usos veteres, Andocidem, etc. et recentiores Lucianum, Plutarchum, Chrysostomum, pro καταισχύνειν, ὑβρίζειν. Metaphora sumpta ἀπὸ τῶν ἐκτομιῶντων τὰ μυστήρια. Ut idem sit τῷ Χρυσορρήμονι ἐξορχήσασθαι τὴν πατρῴαν, quod Maccab. 1. βεβηλῶσαι τὰ σάββατα καὶ ἑορτὰς καὶ μιᾶναι ἁγίασμα. Quamquam ipsum illud ἐξορχεῖσθαι τὰ μυστήρια etiam translatum putem: et omnia ista dici ex eo, quod saltabatur in scena, ita ut ἐξορχεῖσθαι τινὰ sit κωμῳδεῖν. Proprie *exsultantur* οἱ κωμῳδούμενοι et τὰ κωμῳδούμενα. Quemadmodum *saltatur fabula, Cyclops, Niobe*; quemadmodum *canticum desaltatur* (ut ap. Suet. Cal. 54). Quae ab histrionibus et mimis in pulpito repraesentatur; publicantur utique atque invulgantur; inde ἐξορχεῖσθαι τὰ μυστήρια dicuntur οἱ ἐξαγορεύοντες. Sed et derisui sunt ac ludibrio: inde ἐξορχεῖσθαί τινα est ὑβρίζειν, προσπαλαίζειν. Hinc etiam Tacitus sumpsit, ut diceret *exsultari* ab histrione *cubiculum principis*, id est, infamari, inhonestari, contaminari, conspurcari: quorum verborum aliquo aut simili usus fuisset, si de quovis alio homine quam scenico loqueretur. Artificium hominis et genus vitae impetrarunt, ut hoc verbum mallet, qui ubique decora personis animadvertit et tribuit. Nec Lucilius aliter multo videtur dixisse apud Nonium 4, 178. *debelles me atque deuras, exsultes, sollicites.* Dum histrio cubiculum principis polluit et in eo quasi in scena exsultat, *dedecus quidem illatum.* Intelligo *domui.* Itaque placet *exscidium*, non

illatum; sed discidium procul abfuisse: nunc juvenem nobilem, dignitate formæ, vi mentis, ac propinquo con-

dissidium, non *discidium*. Et hoc ipsum *exscidium* grandius quam *exitium*. Horatius ode 3, 16, 11. *concidit Auguris Argivi domus ob lucrum Demersa exscidio*. Gron. Hæc erudite disputari non negem; sed tamen nondum moverunt, ut me conjecturæ meæ, quæ, cum primum locum hunc consideravi, venit in mentem, et quam postea Franc. Medicis jam tributam reperi apud Pichenam, me pœnituerit: *dum histrio cubiculum principis persultaverit*: nam hoc quoque verbum est contumeliæ indicandæ usitatum, et ab artificio hominis non alienum. Vide supra c. 9. quamquam ad contumeliam respici non est necessarium, ut mox videbimus. Simile illud Catull. ep. 29. *Et ille nunc superbus... perambulabit omnium cubilia*. et ep. 6. *lecti argutatio inambulatioque*. Ubi *argutatio* non de crepitu lecti cum Statio intelligenda, sed eodem fere sensu, quo *inambulatio*. *Argutatio pedum* v. c. est saltantium, ut *fullones* etiam dicti in fragm. veteris scriptoris (Titinnii) apud Nonium 4, 34. *pedibus argutari*, quod haud dubie a saltatoribus ductum. Sic *argutiæ digitorum*, de molliori et nimis artificiosa gesticulatione digitorum apud Cicer. in Orat. c. 18. et *arguta manus* de Orat. 3, 59. Gell. 1, 5. *manus inter agendum argutæ admodum est gestuosæ*. In Salmasii et Gronovii ratione non modo est aliquid ad sensum contorti, sed etiam ταυτολογία. Nam si *exsultare cubiculum principis* est infamare, polluere; quorsum sequitur demum *dedecus allatum?* (* Cf. Gron. ad Liv. 25, 18.) Nonne hoc ipso patet, in verbo præcedente dedecoris rationem habendam non esse? Itaque non indignor Pichenæ, qui *persultaverit* recepit. Sed age varietatem lectionis indicabimus. Cod. Flor. *histrio* et *exsaltavero*. Reg. *instruo, exultavero*. Agr. *inservit c. p. adulterio*. Ed. pr. *instruo c. p. exultavero*. MS. Guelf. ed. Puteol. *industria c. p. occulit adulteros*: quod omnes secuti sunt ad Pichenam usque, qui dedit, ut supra dictum est. J. Fr. Gron. *histrio exultaverit*, quod Ryckius servavit. Conjecturis aliis onerare librum nil attinet. Vulgatum quomodo explicet Gesnerus, v. in Thesauro L. L. in *exultare*. Aliter quoque Gronovium olim intellexisse hunc locum, patet e nota ad Liv. 29, 6. Ern. Grosiot. in Syll. Burm. t. 1, p. 3, lectionem Puteolani tuetur. Rhen. in Bud. adfuisse perhibet *inclusum in...* Mihi manifesto adparet, scriptum fuisse: *industria c. p. exultavero*. Unde r. m. fecit: *inclusa in cubiculum principis exultat cum adultero*. Bip. legunt *insultaverit*, i. e. invaserit, ut ap. Ter. Eun. 2, 2, 54. vel ludibrio sibi habuerit, ut A. 4, 59. Sic et Hiller. Rac. 7. Levis hæc mutatio planum sensum reddit. — * Jac. Tollius in Fortuitis c. 31, p. 244. legit *dum histrio cubiculum principis insultat liberius, dedecus quidem illatum; sed exitium procul fuisse*.

Sed excidium. In Flor. est, *sed et scidium*: e quo Pichena *dissidium*. Sed profecto plus quam dissidium hic timebatur, et *exitium* atque extrema. Lips. Bud. *excidium*. Tac. videtur scripsisse *exscidium*. Lall. præfert

sulatu, majorem ad spem accingi. Nec enim occultum, quid post tale matrimonium superesset. » Subibat sine dubio metus reputantes, « hebetem Claudium et uxori devinctum, multasque mortes jussu Messallinæ patratas. » Rursus ipsa facilitas imperatoris fiduciam dabat, « si atrocitate criminis prævaluissent, posse opprimi damnatam antequam ream. Sed in eo discrimen verti, si defensio audiretur, utque clausæ aures etiam confitenti forent. »

XXIX. Ac primo Callistus, jam mihi circa necem C. Cæsaris narratus, et Appianæ cædis molitor Narcis-

47. *Circa necem Cæsaris. C. Cæsaris* bene Freinshemius. Sic et nos castigamus supra c. 8.

discidium, ut c. 30. Sic et Bip. quos sequi lubet.

Dignitate formæ, juventa. Ita lego, non *forma*. Dignitas formæ proprie de viris, uti notat vetus literator Agrætius (ap. Putsch. p. 2269.) Illud, *juventa*, suspectum facit Vatic. qui refert, *Vimentis*. Ex quo Palmerius diductum legebat, *vi mentis*. Lips. *Vi mentis* est in cod. Flor. Ed. pr. *jumentis* corrupte pro *vi mentis* : ut mox *dejunctum* pro *devinctum* ibidem expressum est : unde natum videtur *juventa*, ut Puteol. et ceteri, donec Pichena *vi mentis* edidit, quod tamen et MSS. habent. *Forma* MS. Guelf. omnes vett. edd. ad Lipsium usque. Ern. Bud. *forma*. Idem habuerat *uimentis*, unde factum *juventa*.

Mortes. Sic Lactant. *de Mortibus persec.* Aristoph. Plut. v. 483. Θανάτους ἐλπίσει.

Sed in eo etc. In eo abest ab ed. pr. Ceteræ omnes habent. Mox pro *atque* puto legendum *neque* : alias dura ellipsis statuenda. Sensus enim est : hoc modo timendum et cavendum esse, ne Messallinæ defensio audiretur a Claudio, neve, etiam si non defenderet crimen, sed confiteretur, tamen deprecanti et culpæ veniam oranti, facilem se præberet et exorabilem. Si *atque* est a Tacito, intelligendum *timendumque ut c. a.* etc. vel *efficiendumque ut.* Ern. Bud. *utque*. Broter. legi vult *utique*, certe, omnino. Bip. reddunt per *et quomodo ; sic τῷ verti discrimen* jungitur ap. Quinctil. 6, 1, 37.

Circa necem Cæsaris narratus. C. Cæsaris Caligulæ : cujus necis conscius particepsque fuit hic libertus, narrante Josepho 19, 1, 10. Scilicet autem, Tacitum hoc narrasse in libris, qui de Caligula. Lips. *Circa necem* MS. Flor. Edd. omnes ad Pichenam *circa mortem*. Mox *C. Cæsaris* legendum, quia *Cæsar* simpliciter dici solet dictator, cum aliis viris doctis credo. Ern. Bud. *necem*.

Appianæ cædis molitor. Vide Sueton. 37. in cujus verbis, *Nec multo post ex composito irrumpere Appius*

sus, flagrantissimaque eo in tempore gratia Pallas agitavere, « num Messallinam secretis minis depellerent amore Silii, cuncta alia dissimulantes : » deinde metu, ne ad perniciem ultro traherentur, desistunt : Pallas, per ignaviam; Callistus, prioris quoque regiæ peritus, et potentiam cautis, quam acribus, consiliis tutius haberi. Perstitit Narcissus, et, solum id immutans, ne

48. *Narcissus, et solum id immutans.* *Et* abest a libro Rhenani et Agr. pro quo *at* Flor. bene. Forte, *ut solum id imputans.* Persistit, inquit, Narcissus in proposito, sed dissimulans, et quasi collibertis imputans tantummodo silentium suum, pollicitus fore, ne resciret ex se Messallina, quid inter illos actum esset. Vid. Hist. 1, 87. et Savilium ad Hist. 1, 71., *Celsus, servatæ erga Galbam fidei crimen confessus, exemplum ultro imputavit:* qui multa ex historiarum libris et Suetonio huc congessit. Quibus adde H. 1, 38., *hoc solum erit certamen, quis mihi plurimum imputet.*

nunciatus, qui pridie ad id temporis ut adesset, præceptum erat : quasi plane repræsentaretur somnii fides, accersi statim, ac mori jussus est, menda est. Quo enim accersi jubetur, qui jam aderat? Non fugit Torrentium, qui ex libris legit, *arcessi*, pro accusari, ut interpretatur. Mihi, *arceri*, verum videatur : ut exclusum eum a Claudio intellegamus, nec admissum. Transcripserim etiam, *arceri, ac statim mori.* Historiam pete a Dione 60, 14. Lips.

Eo in tempore. Ita Flor. Guelf. ed. pr. Vulgo, *eo tempore*, inde ab ed. Puteol. restituit Pichena. Ern. Bud. *in eo tempore.* Sic 13, 47.

Num Messallinam secretis. Obscura examinanti, nec scio an satis nexa. Sententia videtur, deliberasse libertos bifariam : primo, an ad Claudium deferrent, quæ pars præivit : hic jam, an ipsam Messallinam secreto de Silio monerent, alia adulteria dissimulantes. Destitere ab utroque alii : *Narcissus perstitit*, sed in sententia priore, id est de Claudio admonendo. Lips. MS. Guelf. *non.* male. v. ad c. 24. Mox ed. pr. *ultra* male pro *ultro.* Sed hæc verba crebro etiam in MSS. confusa sunt. Sensus : ne non modo nihil proficerent, sed insuper etiam perirent. Ern. Bud. *ultra* a 1. m.

Prioris quoque regiæ. Sub Caio, apud quem in gratia potentiaque fuit. Dio, ubi de Domitio Afro 59, 19. Et eleganter Seneca ep. 47. *Stare ante limen Callisti dominum suum vidi, et eum, qui illi impegerat titulum, qui inter redicula (rejicula) mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi.* Sed fuit non minus magnus apud Claudium, estque ille ipse, cui Scribonius Largus, medicus ejus ævi, opus suum inscribit, et appellat C. Julium Callistum. Lips. *Acribus* MS. Guelf. edd. pr. Puteol. Riv. Beroald. Alc. *Acrioribus* Rhen. Ald. etc. *Acribus* restitui, ut volebat etiam J. Gronovius. *Acrioribus* est e conjectura, ducta a consuetudine Taciti. Mox Guelf. *persistit.* Similem confusionem supra notavimus. Ern. Bud. *acrioribus.*

Et solum id immutans. MSS. Flor.

quo sermone præsciam criminis et accusatoris faceret, ipse ad occasiones intentus, longa apud Ostiam Cæsaris mora, duas pellices, quarum is corporibus maxime insueverat, largitione ac promissis, et, uxore dejecta, plus potentiæ ostentando, perpulit delationem subire.

XXX. Exin Calpurnia (id pellici nomen) ubi datum secretum, Cæsaris genibus provoluta, « nupsisse Messallinam Silio, » exclamat. Simul Cleopatram, quæ idem opperiens adstabat, « an comperisset? » interrogat: atque illa adnuente, « cieri Narcissum, » postulat. Is, « veniam in præteritum petens, quod ei cis Vectium, cis Plautium dissimulavisset, nec nunc adulteria

2, 85., *posse imputari Vespasiano, quæ apud Vitellium excusanda erant.* c. 31., *contra illi initium belli nemo imputabat.* Suet. Ner. 36., *Cum quidam crimen ultro faterentur, nonnulli etiam imputarent.* Juvenalis Sat. 5, 14., ...*imputat hunc rex Et quamquam raram, tamen imputat.* Ubi lege *haud rarum*, vel *haud carum*. *Imputare* passim apud Senecam. *imputatus a servo denarius* de Ira 3, 33. vid. Vorstius in Justin. 38, 5.

Reg. *us*, quod habet etiam ed. pr. Puteol. edidit *et*, quem secuti sunt Beroaldus, Riv. Alciatus, Freinsh. Gron. Rhenanus delevit *et*, secutis Aldo, Pichena, Lipsio, Ryckio, nec est in cod. Agr. Mihi *et* verum videtur, tum propter libros, in quibus est et MS. Guelf. tum propter consecutionem. Si *et* deletur, debet esse punctum ante *ipse*, ut est in vett. edd. neque solum in iis, qui *et* non habent, et ed. Beroaldi, ut ait J. Gronovius, sed etiam ceteris, ed. pr. Puteol. Sed quis non sentit, frigere jam τὸ *ipse*, quod sic non ponitur, nisi in oppositione aut distributione: quamquam ne sic quidem satis recte positum est, nisi ante legas vel *facerent*, vel, *ne... præscia... fieret*. Jac. Gronovius vult *at*: quod mihi non placet. Ern. Bud. *ut*.

Quarum is corpori. Vatic. *corporibus*. Lips. Sic et ed. pr. Recepi. aliæ omnes *corpori*. Ern. Bud. *q. is corporibus assueverat*.

Cis Vectium, cis Plautium. Emendavi præeunte Vaticano, qui habebat: *cis Vecticis Plautio*. Et vere. Duo enim famosi in hac Messallina et quasi primorum ordinum adulteri, Vectius Valens et Plautius Lateranus: quos tamen dissimulasse, et siluisse se dicit. Sed, an magis pro hac sententia, *bis Vectium, bis Plautium?* An, *circa Vectium?* Non accusatos quidem illos, aut certe iterum exousatos, sequentia etiam dicunt. Ceterum famosi, ut dixi, hi adulteri. De Vectio mox noster et Plinius de medicis 29, 4., *Exortus mox est Vectius Valens, adulterio Messallinæ Claudii Cæsaris nobilitatus*. Item Scribonius Largus c. 22. *Hoc medicamentum Apulei Celsi fuit, præcep-*

objecturum,» ait: « nec domum, servitia et ceteros fortunæ paratus reposcere. Frueretur immo iis: at red-

toris Valentis et nostri. De Plautio mox, et 13, 11., *Secutaque lenitas in Plautium Laterunum, quem ob adulterium Messalinæ ordine remotum reddidit senatui*. At viri docti desperatam hujus loci restitutionem censebant: cum vulgo esset, *cis Vectium Plantium*. Lips. Scribendum: *quod ei cis Vectios, cis Plautios dissimulavisset*. Quid? patrata, sed sistentia, neque ultra tales et hanc fœditatem excurrentia Messallinæ *adulteria*. Quam vocem differt in membrum sequens. Particula *cis* idem valt quod *intra*. Sic *cis Tiberim*: sic Plaute Most. 1, 1, 17. *cis paucas tempestates*. Ut mox 12, 22., *vis Agrippinæ circa ultima stetit*. Veniam peto, Cæsar, inquit, quod tacui, dum Vectiis, dum Plautiis mœchis contenta fuit Messallina, dum intra hos et horum similes libidinem stitit. Gron. Ut Lipsius e Vat. laudat, ita est in ed. pr. Sic etiam citat scripturam cod. Flor. Pichena. Sed J. Gronovius testatur, ibi esse *cis Vecticis* (sp. Pich. *Vetticis*) *Plaucio*. Cod. Agr. *Cicios, Vectios, Plautios*. Unde conjiciebat Heinsius *Cincios*. Utrum *Cincios*, an *Titios* e. c. 35. an aliud quid hic legendum sit, non dicam: ceterum hanc lectionem optimam puto. Illa *cis Vectium* etc. sunt sane duriora: hæc facillima. Broterius edidit *Titios, Vectios, Plautios*, et mox, *nec nunc Silio a. o. e.* vestigiis ed. pr. quæ habet *simul*, quod sane placet. Nam ad eum ista pertinere res docet. Itaque certe ad eum ista referenda sunt. Exr. Bud. *cis uxicio plautio*. Bip. conjiciunt: *quod incestæ uxoris flagitia diss...* nomenclationem quippe nec esse plenam, nec bene respondere sequenti *nec nunc*.

Ne domum, servitia, et ceteros fortunæ paratus reposceret. Contaminatissimum locum Ferretus esse valt: qui mihi castus, puras. Invidiosa concessione libertus: Fruatur sane, inquit, Silius domo tua, servis, veste, et gaza omni regia, (nam hæc tralata ab adultera ad Silium, notante etiam Dione 60, 31.) reddat saltem uxorem. Lips. Freinshemius legi valt: *nec.... reposcere*. Verum puto. *Paratus* jam in ed. pr. non domum Rhenani. Puteolanus dedit *apparatus*, quod exhibet Guelf. et ed. Riv. Exr. Bud. *paratus*. Freinsh. emendatio placet et Bip. immo sic jam Acidalius. *Paratus* occurrit et c. 12.

Frueretur immo etc. Ed. pr. habet: *frueretur immo et his: redderet uxorem*. Puteol. autem edidit, quod nunc obtinet: *f. i. iis, et reddi*. Si satis commode hic intelligi posset *et his*, præferrem lectionem ed. pr. *Redderet uxorem*, haberet majorem vim, meo sensu, absolute dictum. Sed quid est, quod Silium præter ista frui vult? Itaque *frueretur immo iis* vel *his* verum puto. Ceterum hic quoque correxi *sed*. Vide supra ad c. 23. simillima hic ratio. Scio, pluribus locis Taciti *et* prope idem esse, quod *sed*, ponique, ubi alii *sed* dicant, ideoque tentanda talia loca negavi. Vide ad 5, 3. 6, 21. Verum aliter est in figura ea, qua hic Tacitus utitur, et c. 23. Broterius dedit *at is*. Sane *at* bene; sed *is*, quod e MS. Regio addidit, languet nimis. Exr. Bud. *et*. rectius *at*.

deret uxorem, rumperetque tabulas nuptiales. An discidium, » inquit, « tuum nosti? nam matrimonium Silii vidit populus et senatus et miles : ac, ni propere agis, tenet urbem maritus. »

XXXI. Tum potissimum quemque amicorum vocat : primumque rei frumentariæ præfectum, Turranium, post Lusium Getam, prætorianis impositum, percunctatur. Quibus fatentibus, certatim ceteri circumstrepunt,

49. *Quibus fatentibus.* Codex Agr. *quibus dubitantibus et incertis ceteri circumstrepunt.*

Rumperetque tabulas nuptiales. Ad legitimum matrimonii actum tabulæ et signatores adhibiti. Tabulis et dos continebatur, et illa solennis conjugii caussa, liberum quærendorum. Juvenalis 2, 119., *Signatæ tabulæ, dictum, feliciter!* Appuleius Apol. p. 76. ed. Pric. *Quod in villa non in oppido tabulæ sint consignatæ, quarto et ultimo loco objecere.* Meminerunt non semel jurisconsulti : et proprio huic rei libro Brissonius, cujus accuratæ diligentiæ doctrinæque non a me, non ab aliis quidquam addo. Ut ergo eæ tabulæ matrimonio firmando, sic eædem ruptæ, disparando. Juvenal. 9, 75.... *tabulas quoque ruperat, et jam Signabat, tota vix hæc ego nocte redemi.* De his tabulis locum accipio, qui in priscis Glossis : Λεγούσης τινὸς γυναικὸς τὴν ἐπίδοσιν τοῦ ἰδίου υἱοῦ ἀφῃρῆσθαι ἀπὸ τινὸς, αὐτόν τε υἱὸν ἴδιον εἶναι, καὶ πρὸς αὐτὴν ἀνήκειν τὴν ἐπίδοσιν, ἠρνήσατο ἄλλος, ἀπεκρίθη γυνὴ, ῥωμαϊκὴν αὐτὴν γεγενῆσθαι· καὶ δέλτους μὲν γεγράφθαι, γάμους δὲ μὴ γεγονέναι. Μὴ δυνηθέντος οὖν αὐτὸν ἀποδεῖξαι υἱὸν ἴδιον εἶναι, περὶ οὗ ἐπράττετο, ὁπότε μὴ εἴη σὸς υἱὸς, τὴν ἐπίδοσιν ἀπόδος. Lips.

An dissidium, inquit, tuum nosti? Et hic Tacitus scripsit, *discidium.* Numquid, scis, tibi nuntium remissum? divortium tecum fecisse Messallinam? Gron. Quid opus verbis? Ed. pr. habet *discidium*, unde restituimus. Ceterum etiam *an* mihi frigere videtur. Fortius foret *non.* Ern. Bud. et Agr. *discidium.*

Potissimum amicorum. Aut *potissimos* legendum, aut *quemque* addendum, dudum, et vere monuerunt viri docti Lipsius, Mercerus, Freinsh. Ern. Item Acidalius. Cod. Agr. *potiss. quemque*, teste Heinsio.

Rei frumentariæ præf. Turranium. Dixi aliquid ad 1, 7. et videtur primus in hoc munere fuisse. Tamen ambigo de tota hac sententia, et ne verius legi : *Tum potissimos amicorum vocat, primumque rei fr. præf.* hac mente : vocat præcipuos amicos, ac primo Turranium, deinde Getam. Lips. *Turranium* jam ed. pr. non primus Rhenanus. Puteol. *Turranus.* Ern. Bud. *Turranium.*

Lusium Getam. Id illi verum et gentile nomen, non *Lucium*, aut *Luscium.* Duo autem hoc tempore prætorii præfecti, Lusius Geta et Rufus Crispinus. Lips. *Lusius* h. l.

« iret in castra, firmaret prætorias cohortes, securitati ante, quam vindictæ consuleret. » Satis constat, eo pavore offusum Claudium, ut identidem interrogaret, « an ipse imperii potens ? an Silius privatus esset ? » At Messallina, non alias solutior luxu, adulto autumno, simu-

ed. pr. at 12, 42. *L. Geta.* Ern. Bud. *Lusium.*

Quibus fatentibus tum c. c. Libri mei scripti *tacentibus.* Lips. At MS. Flor. ed. Put. Beroald. etc. *fatentibus. quibus.* edd. omnes. MS. Flor. J. Gron. *quis.* Sed *tum* hic nullo modo ferri potest, nec est in ed. pr. Ern. Bud. *fatentibus.* Acid. mavult *tacentibus*, ignaris scil. quid principi consulerent. *Tum* non est in Bud.

Eo pavore offusum. Cod. Agr. *eo pavoris effusum.* Genitivum probat Heins.

Adulto autumno, simulacrum vindemiæ per domum celebrabat. Adulto autumno, id est mense octobri. Itaque etiam in horologio veteri Romæ signatum eo mense, VINDEMIÆ SACRVM LIBERO. Et persuasum mihi, non aliud esse hoc vindimiale festum, quam sacra Liberi, quæ C. Cæsar primus Romæ celebravit; etsi Athenienses mense novembri celebrasse, in Philostrati 4, 21. legi. De ipsa re, Servius ad Virg. Ecl. 5, 29., *Daphnis et Armenias*, etc. *Hoc*, inquit, *aperte ad Cæsarem pertinet, quem constat primum sacra Liberi patris transtulisse Romam.* Ideo nummus percussus Cæsari, in cujus parte C. VIBIVS RVFVS. et impressa ara, cui persona histrionia imposita, item thyrsus et tigris adjuncta; ad memoriam non dubie hujus rei. Lampridius in Heliog. 11. *Cum ad vindemiam vocasset amicos nobiles, et ad corbes sedisset, gravissimum quemque percontari cœpit, an esset promptus in Venerem... Posteaquam senes vidit erubescere, contulit se ad juvenes; a quibus cum audiret ætati congrua, gaudere cœpit, et dicere vere liberam* (emendo, *Liberi:* in eo enim lusum, quasi ea libertas vindemialis digna vere Libero Deo) *vindemiam esse, quam sic celebrarent. Ferunt multi, ab ipso primum repertum, ut in vindemiarum festo multa in dominos jocularia et audientibus dominis dicerentur.* Capitol. in Antonino Pio 11. *Vindemias privati modo cum amicis agebat.* Videturque ritus postea imperii fuisse, ut princeps extra urbem dies aliquot lasciviret et vacaret huic vindemiali festo. Paullus Diac. De gestis Longob. 3, 12., *Procedente itaque Tiberio ad villam, ut juxta ritum imperialem triginta dies ad vindemiam jocundaretur, Sophia vocatum ad se Justinianum voluit ad imperium sublimare.* Idem festum magnam coronam dictum esse, suspicor ex Tertulliani his verbis de cor. 7. *Sed et alias Liberum principem coronæ plane laureæ.... etiam vulgus agnoscit, cum dies in illum solennes magnam appellat coronam.* Alia ab hoc festo, ne erres, Liberalia : quæ antiquæ liberæque reip. et incidebant in XV. kalend. apriles. De queis Varro L. L. 5. et Kalendarium romanum. Lips. *Adulto autumno*, ut *adulta æstate* 2, 23.

lacrum vindemiæ, per domum celebrat. Urgeri præla, fluere lacus: et feminæ pellibus accinctæ adsultabant, ut sacrificantes vel insanientes Bacchæ: ipsa crine fluxo, thyrsum quatiens, juxtaque Silius hedera vinctus, gerere cothurnos, jacere caput, strepente circum procaci choro. Ferunt, Vectium Valentem, lascivia in præal-

30. *Per domum celebrat. Celebrabat* cod. Agric.

Per domum celebrat. Gregorius Tur. 5, 31, *Procedente autem eo ad villam, ut juxta ritum imperialem* XXX. *diebus ad vindemiam jocundaretur.* Gron. Rhenanus, Aldus, Lipsius, *celebrabat.* Ceteri *celebrat*, quod servavimus, etsi sequitur *adsultabant.* In tali genere narrandi nulla in temporibus constantia, 2, 65. se excipiunt *onerat*, *scripsit*, *firmabat.* MS. Guelf. habet *simulabat.* Ern. Bud. *celebrabat.*

Feminæ pellibus accinctæ. Codd. Oxon. Guelf. *nebridibus*: quod Jac. Gron. doctius, quam pro librariorum captu, videbatur. *Nebrides*, pelles damarum, quibus Bacchæ incingebantur: unde ap. Statium Theb. 2, 664. *nebridas* et *thyrsi* junguntur. Sed poetarum illud verbum est, quod aliquis ad marginem codicis sui adscripsit, unde in textum venit. V. ad H. 2, 98. Ern.

Ut sacrificantes vel insanientes Bacchæ. Muretus delet *ut insanientes Bacchæ*, probatque Acidalius, nescio quare. Nam nebridibus incinctæ sacrificabant Bacchæ, ut scholiastes ad Statii l. c. docet. Ern.

Ipsa crine fluxo, thyrsum quatiens, juxtaque Silius, hedera vinctus, gerere cothurnos. Eodem habitu Antonium depingit Velleius, qui Liberum se ferebat 2, 82., *Cum Liberum patrem appellari se jussisset, cum radiatus hedera coronaque velatus aurea, et thyrsum tenens, cothurnisque succinctus, curru velut Liber pater vectus esset Alexandriæ.* De cothurnis etiam Virgil. 9, 2, 8.... *nudataque musto Tinge novo mecum direptis crura cothurnis.* De thyrso, præter alios Justinus ep. ad Zenam, c. 6., Ὥσπερ αἱ Βάκχαι διὰ σχήματος εἰρηνικοῦ τὰς λόγχας ἐν τοῖς θύρσοις περιφέρουσιν. Vide et Plinium 16, 60. Athenæus ejusmodi Bacchi insignia in Pyrrhicha saltatione receptæ fuisse ostendit 14, 7., Ἡ δὲ καθ' ἡμᾶς Πυρρίχη Διονυσιακή τις οὖσα δοκεῖ, ἱστοπαιστέρα οὖσα τῆς ἀρχαίας. Ἔχουσι γὰρ οἱ ἐρχόμενοι θύρσους ἀντὶ δοράτων· προίενται δ' ἐπ' ἀλλήλους, καὶ πάρθιναι καὶ λαμπάδας φέρουσιν. Ὀρχοῦνται τε τὰ περὶ τὸν Διόνυσον, καὶ τὰ περὶ τοὺς Ἰνδούς, καὶ τὰ περὶ τὸν Πεντέα. Quæ verba locum dare volo iis, quæ hic præcedunt, *feminæ pellibus accinctæ assultabant, velut sacrificantes vel insanientes Bacchæ.* Lips. Cod. Oxon. *Crine fuso.* Deinde Guelf. *hedera junctus*, confusione frequenti librariis in istis syllabis. Mox c. 33. idem liber *vis* pro *jus*. Adde ad 12, 16, 29. Ern.

Ferunt, Vectium. Bud. *Fertur, nerticium.*

tam arborem connisum, interrogantibus, « quid adspiceret? » respondisse, « tempestatem ab Ostia atrocem: » sive ceperat ea species, seu forte lapsa vox in præsagium vertit.

XXXII. Non rumor interea, sed undique nuntii incedunt, qui, « gnara Claudio cuncta et venire promptum ultioni, » adferrent. Igitur Messallina Lucullianos in hortos, Silius, dissimulando metu, ad munia fori digrediuntur. Ceteris passim dilabentibus, adfuere centuriones, inditaque sunt vincula, ut quis reperiebatur in publico, aut per latebras. Messallina tamen, quamquam res adversæ consilium eximerent, ire obviam et

51. *Sed undique nuntii incedunt.* Puto tollendum τὸ *incedunt*, vel *intendi* legendum. Infra c. 37., *cum impetu venientium impulsam fores adstitisque tribunus.* Mox, *Lucullianos in hortos*, ut et c. 37. eod. Agric. cum aliis.

Ceperat ea species. Si vera hæc lectio, intell. *animum.* Sive ea species animo oblata est prospicientis etc. Ern.

Undique nuntii incedunt. Freinsh. frustra *incidunt*; veluti nimis lento altero. *Incedunt* est crebrescunt, repente superveniunt. V. ad 3, 26. Alias et *incidunt* aptum, et sæpe pro *incidere* librarii dedere *incedere*. V. Drakenb. ad Liv. 9, 24. Ern.

Lucullianos in hortos. De quibus initio hujus libri. Tamen et Luciliana prædia reperio, et hic in MSS. constanter hortos Lucilianos. Lapis Romæ (ap. Grut., p. 594.) D. M. CRESCENTIS. NEPOTI. FORTVNATI. CÆSARIS. N. SER. EXACTORIS. PRÆDIORVM. LVCILIANORVM. Lips. Quia haud dubie Lucalli horti intelliguntur, de quibus c. 1, quod clare patet e loco Jo. Antiocheni, quem ad c. 37. affert J. Fr. Gron. *Lucullianos* etiam contra libros legendum. MS. Flor. h. l. *Fucilianos*, ut Guelf. infra c. 37. *Lucilianos*, ut ed. pr. a qua non longe abit cod. Bud. *Fultianos*, *Lucianos*. *Luculliani* horti occurrunt ap. Plut. in Lucull. 81, p. 518. Sed ap. Sext. Rufum et Aurelium Victorem reg. IX. urbis Romæ *Luculliani* dicuntur, V. Ryckius ad h. l. Utrumque rectum. Ern. De eod. Bud. ita cape. Hic habet *fultianos*, sed duas primas literas secundam manum sensere; c. 37. clare *lucianis*.

Dissimulando metu. MS. Guelf. *dissimulato.* Illud melius: dissimulandi metus caussa. Flor. Bud. *metum*: male. Ern.

Digrediuntur. Ita Flor. et ed. pr. Ceteri *digreditur*. Illud recte restuit Pichena. Ern. Bud. *digreditur*.

Quamquam res adversæ consilium eximerent. Sic MSS. Flor. Bud. Agr. Guelf. ed. pr. Ceteri scripti et edd. *adimerent*. Illud meritoprætuli. Ern. Cf. 13, 15.

adspici a marito, quod sæpe subsidium habuerat, haud segniter intendit jussitque, « ut Britannicus et Octavia in complexum patris pergerent. » Et Vibidiam, virginum vestalium vetustissimam, oravit, « pontificis

Jussitque, ut. Hoc quoque exemplum adscribetur iis, quibus viri docti hanc constructionem verbi *jubere* defendunt. V. Drakenb. ad Liv. 32, 16. et quos laudat et ipse et Dukerus ad 23, 21. Ern.

Vibidiam. Bud. *urbidiam.*

Vetustissimam. Est eadem, quæ *virgo maxima* dicitur. Nam ab ætate præerat, et sic dicebatur. Nos in *Vesta.* Lips. *Vetustissimam* esse, quæ *maxima* est, facile concesserim, cum plerumque, quæ dignatione ac loco, præcederet etiam ætate, certe annis sacerdotii. Sed *maxima* proprie princeps collegii, ut *pontifex maximus*, *augur maximus*, *curio maximus*. In quo Lipsius de Vesta cap. 7. nudum latus objecit Gutherio de Jure pontif. 1, 4. qui tamen ipse hac occasione ingerit, quæ nunquam defendet. Quid est enim *pontificem maximum* dici, quod maximi esset imperii; et nuncupatum a potestate et imperio, quod utrumque maximum legibus romanis sit assequutus. Nugæ de pontificum imperio: Sigonio, cui obtrectat, manus dare debuerat. *Maximus* autem, qui primum inter eos locum teneret, collegiumque cogeret atque ei præsideret. Pari judicio *prætorem maximum* facit urbanum, quem M. Tullius dixerit *primum*. Verba Cic. in Pis. 1. *Me cum quæstorem in primis, ædilem priorem, prætorem primum cunctis suffragiis populus romanus faciebat.* Quemadmodum nullus nuncupatione propria *quæstor* est *in primis*, nec *ædilis prior*, ita nec *prætor primus*: tantummodo ante collegas se renuntiatum significat. Sed nec in prætoribus, quales intelligimus, qui jure dicundo præessent, ullus *maximus*. *Majorem* et *minores* novi. Festus: *Majorem consulem L. Cæsar putat dici vel eum, penes quem fasces sint; vel eum, qui prior factus sit; prætorem autem majorem urbanum, minores cæteros.* Quemadmodum autem *consul maximus* non dicebatur ille major, ita nec major ille *prætor maximus*. Sicubi autem occurrit hic titulus, *prætor maximus* est maximus magistratus. Ut apud Livium 7, 3., *Ut qui prætor maximus fit, idibus septembribus clavum pangat.* Hunc ut haberent, dictator dictus L. Manlius. Olim enim *prætores*, qui postea *consules*, a Bruto nempe Tarquinioque ad communicatum cum plebe consulatum, cum magistratui jure dicundo datum hoc nomen; iis autem, qui antehac *prætores* fuerant dicti, *consulum*. Festus in *prætoria porta*. Livius, quem margini Gutherius allevit, 25, 12. ex vate Marcio prætorem nominat, *qui jus populo plebique dabit summum*, non *prætorem maximum*. Nihilo magis eum juvat Festi: *Maximum prætorem dici putant alii eum, qui maximi imperii sit; alii, qui ætatis maximæ.* Veriorem esse priorem sententiam liquet ex Livio. Addit: *Pro collegio augurum decretum est, quod in Salutis augurio prætores majores et minores appellentur; non ad ætatem, sed ad vim imperii pertinere.* Hoc aut consentit cum illis verbis, quæ supra

maximi aures adire, clementiam expetere. » Atque interim, tribus omnino comitantibus (id repente solitudinis erat) spatium urbis pedibus emensa, vehiculo, quo purgamenta hortorum eripiuntur, Ostiensem viam intrat : nulla cujusquam misericordia, quia flagitiorum deformitas prævalebat.

XXXIII. Trepidabatur nihilominus a Cæsare : quippe Getæ, prætorii præfecto, haud satis fidebat, ad honesta, seu prava, juxta levi. Ergo Narcissus, adsumptis, quibus idem metus, « non aliam spem incolumitatis Cæsaris, » adfirmat, « quam si jus militum, uno illo die, in aliquem libertorum transferret : seque, » offert, « suscepturum. » Ac ne, dum in urbem vehitur, ad pœnitentiam a L. Vitellio et P. Largo Cæcina, mutaretur, in eodem gestamine sedem poscit sumitque.

52. *Id repente solitudinis. Repentina* malim. — 53. *Quo purgamenta hortorum eripiuntur. Egeruntur* forte. Immo *excipiuntur, evehuntur*, dixit Varro de L. L. 4, 31, *Sirpea, in qua stercus aliudve quid evehitur.* — 54. *Dum in urbem vehitur. Dum in urbem refertur vehiculo* codex Agr.

adduximus : aut ibi *prætores majores et minores*, ipsi fuere consules et prætores : nam imperium minus prætor, majus habebat consul, ut ex Messalla refert Gellius 13, 15. Gron. Mox cod. Agric. *adiret, expeteret.* Ern. Quod placet Heinsio.

Eripiuntur. MS. reg. *expiuntur.* Ed. pr. *reperiuntur*; ceteræ *eripiuntur.* An *excipiuntur*, vel *egeruntur?* Post forte melius *spem inc. Cæsari.* V. Intt. ad Liv. 1, 36. Ern. Bud. *eripiuntur.* Heins. *excipiuntur* probant et Bip. Hiller. Rac. 8. conjicit *exportantur.*

P. Largo Cæcina. Fratre, opinor, C. Cæcinæ Largi, qui consul cum Claudio fuit, a. U. 795, et in consulatu interfectus. Quem intellegit Asconius, in pro M. Scauro : *Scauri domum possidet nunc Longus Cæcina, qui consul fuit cum Claudio*; scribe *Largus*, et disce hinc, quæ Asconii certa ætas. Lips. Ryckius putat, consulem ipsum illum gratiosum intelligi, legendumque *C. Largo.* Broterius edidit *et P. L. C.* quod in MS. Reg. est *a P. L. C.* non male. Pro *mutaretur* MS. Guelf. *invitaretur.* Ern.

P. Largo Cæcina. Cod. Bud. *P. Cæcina.*

In eodem gestamine etc. Id est, gestatoria sella, quæ a Claudio deducta in vulgi usum, ut docui. Sic 14. 4., *Gestamine Baulos pervectam.* Apparet tamen in uno gestamine plures sellas fuisse, ut hic videsis

XXXIV. Crebra post hæc fama fuit, inter diversas principis voces, cum modo incusaret flagitia uxoris, aliquando ad memoriam conjugii et infantiam liberorum revolveretur, non aliud prolocutum Vitellium, quam, « o facinus! o scelus! » Instabat quidem Narcissus, « aperire ambages et veri copiam facere: » sed non ideo pervicit, quin suspensa, et, quo ducerentur, inclinatura responderet, ekemploque ejus Largus Cæcina uteretur. Et jam erat in adspectu Messallina, clamitabatque, « audiret Octaviæ et Britannici matrem; » cum obstrepere accusator, « Silium et nuptias » referens: simul codicillos, libidinum indices, tradidit, quibus visus Cæsaris averteret. Nec multo post urbem ingredienti offerebantur communes liberi; nisi Narcissus « amoveri eos » jussisset. Vibidiam depellere nequivit, quin multa cum invidia flagitaret, « ne indefensa conjunx exitio daretur. Igitur, auditurum principem et fore diluendi criminis facultatem, » respondit: « iret interim virgo et sacra capesseret. »

XXXV. Mirum inter hæc silentium Claudii: Vitellius ignaro propior: omnia liberto obediebant. « Pate-

Narcisso, qui eodem gestamine sellam poscit sumitque. Lips. Nullam necessitatem video sellæ intelligendæ, cum etiam *lecticæ gestamen* sit 2, 2. Sed recte Ryckius monuit, carpentum intelligendum. Neque enim quatuor in sella gestatoria sedes, nec in lectica, ut opinor: nec *sedes* de lectica commode dicitur. *Gestatio* quidem etiam de navi, vehiculo, dicitur ap. Celsum 2, 15. Ceterum *assumitque* cod. Flor. unde lectio vitiosa ed. pr. *positus sumitque*. Ern. De *gestamine* v. Soheff. de re vehic. Bud. *poscit sumitque*.

Post hæc. Bud. *post hæc*.

Cum obstreperet accusator. Acidalius et Freinsh. corrigunt *obstrepere*: et propter structuram orationis, et, quia, si finite ponere voluisset verbum, *obstrepebat* dicendum fuisset. Recte. Ern.

Vibidiam depellere nequivit, quin. *Quin* cod. Flor. Guelf. et ed. pr. restituit Pichena pro vulg. *quæ*. Ern. Bud. *quæ*.

Igitur auditurum. Sic MS. Flor. teste Jac. Gron. ad c. 19. Guelf. et ed. pr. quod cur non et hic restituatur, ut ibi? Vulg. *ergo*. Ern. Bud. *igitur*.

fieri domum adulteri, atque illuc deduci imperatorem » jubet. Ac primum in vestibulo, effigiem patris Silii, consulto senatus abolitam, demonstrat : tum, quidquid avitum Neronibus et Drusis, in pretium probri cessisse. Incensumque et ad minas erumpentem, castris infert, parata concione militum ; apud quos, præmonente Narcisso, pauca verba fecit : nam, etsi justum, dolorem pudor impediebat. Continuus dehinc cohortium clamor, « nomina reorum et pœnas » flagitantium : admotusque Silius tribunali, non defensionem, non moras tentavit, precatus, « ut mors acceleraretur. » Eadem constantia et illustres equites romanos cupidos maturæ necis fecit. Titium Proculum, custodem a Silio Messallinæ datum,

In vestibulo effigiem patris Silii consulto senatus abolitam demonstrat. In atrio sive in vestibulo aedium imagines majorum : uti hic Silii patris. Sed enim Silius legatus olim inferioris Germaniæ damnatus crimine majestatis cum uxore Sosia Galla, ut 4, 13. narratum : ideoque et imagines abolitæ, quas tamen filius restituerat. Criminatur ergo id libertus. Lips.

Quidquid habitum Neronibus. Lege *avitum :* quod monuit me JC. Claudius Chifletius. Lips. Sic et Faernus volebat. Confundi ista verba in libris notum est. V. Grav. ad Cic. Or. pr. Cluent. 5. et infra 11, 34. Mox MSS. Flor. Guelf. Bud. et ed. pr. *erumpentem*, quod restituimus: vulg. *prorumpentem*. Add. ad H. 2, 70. Ern.

Cohortium clamor deb. cont. In Guelf. et aliis MSS. ap. Broterium hic ordo : *Continuus dehinc cohortium clamor :* melior, ut puto. Ern. Sic et Bud.

Illustres eq. r. Bud. *illustres viros eq. r.*

Cupidos maturæ necis. Maturæ deest in Bud.

Custodem Silio ac Messallinæ datum. Quis dederit Silio custodem ? Claudiusne, qui omnium ignarus ? Logi. In Vat. est : *custodem Messallinæ dat.* aliena deinde manu adpictum, *ac Silio.* Lego igitur : *custodem Messallinæ datum* vel etiam : *custodem a Silio Messallinæ datum.* Alterum quidem verum est, ut hic Titius sive a Claudio adpositus uxori custos, sive a Silio, ut amicæ. Utrumque enim solens Romanis. De maritis Tibullus 1, 6, 9., *Ipse malus docui, quo posset ludere pacto Custodes.* De amatoribus Propertius 2, 5, 29., *Quos igitur tibi custodes, quæ limina ponam ?* Miserius ille custos! cui id monstrum commissum, quod non Argus cum Mercurio custodisset. Vertranius inexplicabilem locum censet, nisi custodem pro exactore interpretemur, scilicet qui mortis

et indicium offerentem Vectium Valentem et confessum, et Pompeium Urbicum, ac Saufellum Trogum ex consciis « trahi ad supplicium » jubet. Decius quoque Calpurnianus, vigilum præfectus, Sulpicius Rufus, ludi procurator, Juncus Virgilianus, senator, eadem pœna adfecti.

XXXVI. Solus Mnester cunctationem adtulit, dilaniata veste, clamitans, « adspiceret verberum notas, reminisceretur vocis, qua se obnoxium jussis Messallinæ

pœnas exigat. Verum merumque somnium. Lips. Sine dubio illa, castas imitata, per blanditias hunc ἀσιδὸν a marito novo ipsa exegit. Martialis 10, 69., *Custodes das Polla viro, non accipis ipsa.* Tales ille, qui *dominam nec vir nec fœmina* servabat adversus Nasonem Am. 2, 3. Juvenalis 6, 347. *quis custodiat ipsos custodes?* Gron. Plane sic MS. Flor. Edd. vett. omnes *custodem Silio ac Messallinæ dat.* Lipsius edidit *datum.* Quod nunc est, Pichena edidit. Mox pro *Urbicum* MS. Guelf. *Vibium*, et *tradi* pro *trahi*, utrumque male. Ern. Bud. *Silio et Mesaline dant.*

Indicium offerentem. Bene confessum. Nam indicium, ait in Eunucho 5, 7, 13. Donatus, proprie est ejus, qui una peccaverit. Asconius ad illud Cic. in Div. ad Q. Cæc. 11. *Quapropter, si indicium tibi postulas dari;* ait : *Index est, qui facinoris, cujus ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita.* Quæ tamen impunitas circumscripta est: quia, ut idem notat, *Certa sunt, in quibus impunitas judici datur, ut in caussa proditionis, majestatis, et si quid hujusmodi.* Lips.

Et confessum. Bud. copula caret, quod probat Rhen. In voce *confessum* latere nomen cujusdam e consciis, putat Lall. quod verosimile.

Saufellum Trogum. Vatic. *Saufelium.* Scribo, *Saufeium.* et induxit librarios illud *I* longiusculum, ut *L* scriberent. Horum omnium mentio Senecæ in Menippæa de Claudii morte : ubi tamen disjunctim scribe *M. Helvius, Trogus.* Qui hic etiam Traulus, male fortasse in Seneca, *Sex. Trallus.* Lips. *Saufelium* ed. pr. Ern. Bud. *Saufelum,* quod Lipsii conjecturam firmat; facilis in ea litera lapsus.

Trahi. Bud. *tradi.* Rhen. in *trahi* mutandum suadet.

Decius quoque Calpurnianus. Scripti libri, *Deorius.* Puto *Decrius.* quod nomen et infra invenies. Lips. *Deorius* ed. pr. Mox *Luncus Virgil.* Guelf. *Juneius.* Glandorpii Onomasticum laudat ex h. l. *Junium Virgil.* nescio, quo libro auctore. Ceterum verum videtur. Mox de *procuratore ludi* vid. ad 13, 22. Ern. Bud. *Decrius q. Calpurnianus vigiliis præfectus.... Juncus V.*

Mnester. Sic Bud. unde Rhen. male *M. Nestor.*

Obnoxium jussis Messallinæ. Com-

dedisset. Aliis largitione, aut spei magnitudine, sibi ex necessitate culpam: nec cuiquam ante pereundum fuisse, si Silius rerum potiretur. » Commotum his, et pronum ad misericordiam Cæsarem perpulere liberti, « ne, tot illustribus viris interfectis, histrioni consuleretur: sponte an coactus tam magna peccavisset, nihil referre. » Ne Trauli quidem Montani equitis romani defensio recepta est. Is modesta juventa, sed corpore insigni, accitus ultro, noctemque intra unam a Messallina proturbatus erat paribus lasciviis ad cupidinem et fastidia. Suilio Cæsonino, et Plautio Laterano mors remittitur: huic, ob patrui egregium meritum: Cæsoninus vitiis protectus est, tanquam, in illo fœdissimo cœtu, passus muliebria.

XXXVII. Interim Messallina Lucullianis in hortis prolatare vitam, componere preces; nonnulla spe, et ali-

55. *Paribus lasciviis.* Lego, *paris lasciviæ ad cupidinem et fastidia.*

mentum feminæ lepidum. Mimum istum deperibat Messallina; sollicitat. Ille tergiversari, metuere imperatorem. Quid ergo si maritus ipse jubeat? inquit. Et cum marito egit, quasi opera Mnesteris aliqua in re illi usus. Ille vocatum mimum male accipit, jubet in omnibus uxori obediat pareatque. Paruit; et id jussum valere sibi nunc vult ad veniam obtinendam et vitam. Dio 60, 22. Lips.

Perpulere. Bud. *pepulere.*

Tam magna peccavisset. Reposuisse se e Budensi pro *tam magne peccavisset*, Rhenanus ait. At sic et ed. pr. MS. Oxon. *patravisset*, quod non spreverim. *Magna* MS. Guelf. sed sine *tam*. Ern.

Ad cupidinem et fastidia. Sic MSS. Flor. edd. Puteol. Ber. Alc. Rhen. Ald. Gry. Pich. Gron. Ryck. At ed. pr. Lips. *fastidio:* in ed. pr. et MS. Guelf. est etiam *perturbatus.* Male. Ern. Bud. *proturbatus.... fastidia.*

Ob patrui egregium meritum. A. Plautii, suspicor, qui Britanniam Claudio subegit. Cf. Agr. 14. Lips.

Passus muliebria. Simile illorum inventum in Suetonii Domit. 10. *Qui se, quo facilius expertes culpæ ostenderent, impudicos probaverant.* Dii deæque istos, non corpore non animo viros. Adeo turpior omni morte hæc fuga mortis. Lips.

Lucullianis in hortis. Jo. Antioch.

quando ira : tanta, inter extrema, superbia agebat. Ac, ni cædem ejus Narcissus properavisset, verterat pernicies in accusatorem. Nam Claudius, domum regressus et tempestivis epulis delinitus, ubi vino incaluit, « iri jubet, nuntiarique miseræ » (hoc enim verbo usum ferunt) « dicendam ad caussam postera die adesset. » Quod ubi auditum et languescere ira, redire amor, ac, si cunctarentur, propinqua nox, et uxorii cubiculi memoria timebantur; prorumpit Narcissus, denuntiatque centurionibus et tribuno, qui aderant, « exsequi cædem : ita imperatorem jubere. » Custos et exactor e libertis Evodus datus. Isque raptim in hortos prægressus, reperit fusam humi, adsidente matre Lepida : quæ, florenti filiæ haud

Malala : Τῶν μὲν βασιλέων ἐξασθεῖσα, περὶ δὲ τοὺς Ἀσιατικοῦ κόπους πλανωμένη, ὃν ἕνεκα τὸν δείλαιον Ἀσιατικὸν μικρῷ πρόσθεν ἀπολωλίκει. Gron.

Tanta. Bud. a 1. m. *tantum.*

Verterat pernicies in accusatorem. Sic ed. pr. recte. restituit Rhenanus. Puteol. Ber. Alc. *perniciem*, etiam MS. Guelf. Mox MS. idem *incaluit*, et omnes vett. præter Rhen. quem sequitur Lipsius. Porro *ferunt* abest a cod. Oxon. Ern. Bud. *pernicies* a 1. m. Sic *vertere* neutraliter 2, 20. 4, 31. 6, 19. 13, 37. 14, 31.

Temp. epulis. Ad quas temperius s. maturius solita hora conveniebatur. V. Cic. ad Att. 9, 1 et 13. Cf. Manutii Quæs. p. ep. 1, 5. et Salmas. ad Vopisci Flor. 6.

Prorumpit Narcissus. Sic MS. Flor. recte. (Sic et Bud.) Nam sequitur *denuntiatque.* Ante Pichenam omnes *prorupit.* Confusio præsentis et perfecti frequens est in his libris, v. ad 15, 5. Mox ed. pr. *pergressus*, vitiose pro *prægressus*, quod habent edd. Puteol. Ber. Alc. Ryck. J. Gron. denique MS. Fl. idque secuti sumus. MS. Guelf. Rhenanus (e Bud.) *progressus*, item Ald. Lips. Jac. Gron. male, ut etiam contextus docet. Similis confusio infra 14, 13. Ern.

Evodus. Scribendum foret *Euhodus*, ut ap. Grut. 611, 12.

Assidente matre Lepida. Quænam hæc Lepida? Ego vero reperisse me censeo famosæ feminæ (Messallinam dico) stirpem et matrem. Suetonius scribit 26. *Post has Valeriam Messallinam Barbati Messallæ consobrini sui filiam in matrimonium accepit.* Ubi dissimulant interpretes, quomodo hic Valerius Claudio consobrinus. Dicam ego. Ex L. Domitio et majore Antonia natus est Cn. Domitius, pater Neronis principis, et item Lepida amita ejusdem, de qua infra. Hæc Lepida est illa ipsa, quæ nupta Valerio Messallæ.

concors, supremis ejus necessitatibus ad miserationem evicta erat; suadebatque, « ne percussorem opperiretur; transisse vitam, neque aliud, quam morti decus, quærendum. » Sed animo per libidines corrupto, nihil honestum inerat. Lacrimæque et questus irriti ducebantur; cum impetu venientium pulsæ fores, adstititque tribunus per silentium, at libertus increpans multis ac servilibus probris.

56. *Cum impetu venientium pulsæ fores.* Lege *impulsæ*. Apud Nasonem Amor. 1, 6, 51., *Fallor, an impulsa est animoso janua vento.* Seneca Nat. Quæst. 4, 1., *Adulationi opus esse non claudere ostium, sed aperire; et quidem sic, quemadmodum amicæ solet, quæ si impulit, grata est, gratior, si effregit.* Qui locus adhuc mendosus. Vid. Lips. et Gronov. ad Ann. 12, 6.

et quæ hic Messallinæ dicta mater. At Claudius natus ex Druso et minore Antonia, uti clarum. Stemma istud:



Vides ergo, Claudium et Lepidam Domitiam (id enim duplex illi nomen fuisse alibi ostendo) vere consobrinos. Atque hac ratione forte maritum ipsum Lepidæ Suetonius dixerit Claudii consobrinum. Tamen tutius putarim legi, *Barbati Messallæ et consobrinæ suæ filiam.* Sententia quidem non alia est: et hæc Lepida Neronis amita, Messallinæ mater. Suet. Claudii c. 26. Lips. In loco Suetonii errasse Lipsium existimat Perizonius in epistola ad Heinsium, t. 4. Coll. Burm. p. 801, 802. Sed res ea non est hujus loci. Qui rationem Perizonii cognoscere volent, adeant ipsum. Dissentit etiam a Lipsio Ryckius. Ern. Periz. Lipsio opponit A. 12, 64. ubi *Lepida* dicitur *minore Antonia genita.* Diversum stemma concinnavit Ryckius.

Neque aliud. Bud. *neque quicquam aliud.*

Morte decus. Placet, *morti*, ut in Veneto. (Riviano.) Lips. Sic MS. Guelf. ed. pr. Puteol. Ber. Alc. Rhenanus *morte* dedit, quod Aldus secutus est et Gelt. Mox *cum impetu* ed. pr. quod e MS. Flor. reposuit et Pichena, ut mox *adstititque*, ceteræ vett. *tum* et *adstitit.* Post ex eodem MS. bene Pichena dedit *at* pro vulg. *ac.* Denique MS. Guelf. *increpitans.* Quod non displicet. Amat Tacitus frequentativa. Ern. Bud. *morti.* Forsan operarum vitio ap. Rhen. legitur

XXXVIII. Tunc primum fortunam suam introspexit, ferrumque accepit, quod frustra jugulo ac pectori, per trepidationem, admovens, ictu tribuni transfigitur. Corpus matri concessum. Nuntiatumque Claudio epulanti, «periisse Messallinam,» non distincto, sua an aliena manu. Nec ille quæsivit: poposcitque poculum et solita convivio celebravit. Ne secutis quidem diebus, odii, gaudii, iræ, tristitiæ, ullius denique humani adfectus signa dedit, non, cum lætantes adcusatores adspiceret, non, cum filios mœrentes. Juvitque oblivionem ejus senatus, censendo, «nomen et effigies privatis ac publicis locis demovendas.» Decreta Narcisso «quæstoria insignia;» levissimum fastidii ejus, cum supra Pal-

morte: nil enim monet. Porro Bud. *tum impetu.... astititque.... ac lib.... et servil.*

Ictu tribuni transfigitur. Malim, *transigitur*. Lips.

Priv. ac publ. Ac Rhen. ex Bud.

Levissimum fastigii ejus. Hæc cum lineis postumis, corrupta, hiulca, nec juvant aut discrepant libri, nisi quod, *tristitiis inultis*, non *flagitiis*, uti substituisse fatetur Rhenanus. Ego ab ejusmodi ulceribus sanandis, sani hominis censeo, abstinere manum. Nam sine librorum ope irrita abierit Hygia ipsa. Lips. MSS. Flor. Vatic. duo et ed. pr. *fastidii*, quod ego recipere non dubitavi, convenientissimum impotenti et arroganti liberto. Gratia liberti non dicitur Latinis, ut opinor, *fastigium*. Nec obstat, ut Ryckio videtur, quod hic laudare Narcissum voluisse Tacitus videatur. Vult dicere, eum honorem Narcissi superbiæ parum satisfecisse, cum in aula primum gratiæ locum teneret. Plin. Pan. 55. *Ut appareat, non superbia et fastidio te amplissimos honores repudiare, qui minores non dedigneris*. Ubi pariter in cod. Vatic. *fastigio* ap. Schwarzium ad h. l. Ceteri scr. (in his Agr. et Reg. Ryckii) et edd. *fastigii*. Enimvero nec sic locum persanatum puto. Quis enim dicat *leve fastidii* vel *fastigii?* Immo *fastidio* vel *fastidiis* potius legendum. Ern. Bud. *fastigii*, quod Hiller. Rac. 35. præfert. Bene quippe id convenire favori, quo libertos ceteros apud Claudium vicerit Narcissus. At potior omnino altera lectio, *fastidii* i. e. arrogantiæ.

Cum supra Pallantem. Sic in MS. Flor. esse testis J. Gron. scripta per compendium voce *supra*, quod etiam in aliis locis, ut supra c. 16. in verbis *supra cunctos attollatur*, occurrit. Sane jam, dejecta Messallina, principem locum tenuit inter libertos potentes. Ryckius edidit *super*. V. ad 12, 9. ed. pr. mox *egeret* vitiose pro *ageret*. Ceterum ista in parenthesi accipienda, si *honesta* refertur ad

lantem et Callistum ageret. Honesta quidem, sed ex quibus deterrima orirentur, tristitiis multis.

insignia quæstoria, ut opinantur; sed vide mox. Ern.

Honesta quidem etc. Hæc vulgo referuntur ad *quæstoria insignia*, sed nullo commodo sensu: nec patiuntur sequentia, quæ profecto non orta sunt e quæstoriis insignibus, omninoque illis senatus decretis. Primus Ryckius, ut opinor, vidit, esse epiphonema, quale Tacitus, aliique historici, solent addere in fine rerum magnarum. Sed ego insuper existimo, hic verba quædam excidisse, quorum in his ratio reddatur, velut: *hæc tum acta flagitiis Messallinæ ulciscendis*: aut: *hæc supplicia a Messallina et adulteris sumpta*: aut simile quid. Inspiciat lector aliarum talium narrationum clausulas, ut A. 3, 19. in pr. hoc ipso libro c. 26. Nam verba *honesta quidem, sed ex quibus* etc. necesse est habeant aliquid, ad quod referantur: quod hic nusquam est. Ern.

Flagitiis inultis. MSS. fere *tristitiis multis* vel *inultis*. Vid. notam Lipsii proxime præcedentem. Ed. pr. *tristitiis ultis*, et paullo ante *quis*: Ed. Puteol. et seqq. *flagitiis multis*, nescio unde. Rhen. Ald. etc. *flagitiis inultis*, e conjectura Rhenani. *Flagitiis multis* nullum commodum sensum habet in hoc contextu. Messallina flagitiosa: sed Agrippina facinorosa et scelerata. Itaque præfero *tristitiis multis*: sed id corruptum videtur e *tristitiæ multis*, sive *tristissima multis*. Sensus: Recte quidem Messallina cum adulteris punita: sed ea origo novorum malorum. Nam hinc multa nata sunt publice noxia, et privatis tristissima: quæ deinde in sequentibus libris traduntur. Ern. Bud. *tristitiis inultis*. Bip. conjiciunt *tristitiis mutatis* i. e. ut tristibus tristiora succederent. Hiller. Rac. 35. *astutiis multis*.

C. CORNELII TACITI

AB EXCESSU

DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER DUODECIMUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. I, II. Claudius de matrimonio cum libertis deliberat. — III. Agrippina, Germanici fratris ejus filia, aliis prælata, L. Silano, cui desponsa Octavia, insidias struit, — IV. administro Vitellio, — V—VII. cujus artibus inducti senatus populusque infames nuptias probant. — VIII. Silanus mortem sibi consciscit. Seneca ab exilio redux studiis Neronis præest, — IX. cui despondetur Octavia.

X. Parthi regem Roma petunt Meherdatem, — XI. quem, missum a Claudio, Cassius in regnum ducere conatur. — XII. Obstat fraus Abgari et — XIII. Izatis. — XIV. Victus Meherdates Gotarzi traditur. Hoc mortuo regnum in Vononem, dein Vologesem transfertur. — XV. Mithridati, regnum Ponti reciperare niso, Romani resistunt et Cotys et Eunones. — XVI. Uspe urbe capta, — XVII. Zorsines deserit Mithridatem, qui, — XVIII. supplex Eunoni, — XIX—XXI. per eum a principe veniam impetrat, Romamque perducitur.

XXII. Agrippinæ artibus Lollia cedere Italia jubetur, Calpurnia pervertitur. — XXIII. Salutis augurium. Pomerium urbis prolatum, — XXIV. et qui olim protulerint.

XXV. Nero Domitius a Claudio adoptatur auctoritate Pallantis. — XXVI. Britannicus depressus. — XXVII, XXVIII. Colonia in Ubios deducta. Catti latrocinia agi-

tantes vincuntur. — XXIX, XXX. Vannius Suevorum rex a suis pulsus.

XXXI. In Britannia turbantes reprimit Ostorius Icenos, —XXXII. Cangos, Brigantes: —XXXIII—XXXV. Silurum regem Caractacum vincit. — XXXVI. Is, Romam perductus, — XXXVII. mascule Cæsarem adloquitur, et veniam impetrat. — XXXVIII, XXXIX. Britanni vires reparant. Ostorius, obtentis triumphi insignibus, obit. — XL. Ei Didius suffectus. Bellum intestinum Venutii et Cartismanduæ.

XLI. Neroni virilis toga maturatur, posthabito Britannico. — XLII. Burrus prætorio præfectus. Agrippinæ arrogantia. Vitellio favet. — XLIII. Prodigia Romæ. Caritas annonæ.

XLIV—XLVII. Bellum Armenios inter et Iberos. Rhadamistus Pharasmanis filius Iberus specie fœderis Mithridatem invadit, vinclis onerat, interimit. — XLVIII. Quadratus, Syriæ præses, de ultione deliberat. — XLIX. Pelignus Rhadamistum temere regium insigne sumere hortatur. — L. Parthi Armeniam invadunt. — LI. Rhadamistus a suis pellitur. Zenobia conjunx, ab eo vulnerata, ægre servatur.

LII. Furius Scribonianus relegatus. SC., de mathematicis. — LIII. SC. Claudianum de feminis, quæ servis conjungerentur. Adulatio in Pallantem. — LIV. Felix et Ventidius turbant Judæam. Quadratus quietem reddit. — LV. Motus in Cilicia sedat rex Antiochus.

LVI. Lacus Fucinus emissus, et in eo navale spectaculum, — LVII. et convivium cum periculo. — LVIII. Nero ducit Octaviam. — LIX. Statilius Taurus eversus. — LX. Procuratorum in provinciis auctoritas aucta. — LXI. Cois concessa immunitas. — LXII, LXIII. Byzantiis tributum ad tempus remissum, ejus urbis situs.

LXIV. Prodigia Claudianæ necis. — LXV. Lepidæ mors indicta. Narcissi liberæ voces. — LXVI, LXVII. Claudium Agrippina veneno tollit. — LXVIII. Nero primordia imperii capit. — LXIX. Funus et consecratio Claudii. Gesta hæc annis sex,

C. POMPEIO, Q. VERANNIO;

C. ANTISTIO, M. SUILIO RUFO;

TI. CLAUDIO, V. SER. CORNELIO ORFITO;
P. CORNELIO SULLA, L. SALVIO OTHONE;
D. JUNIO SILANO, Q. HATERIO;
M. ASINIO MARCELLO, M'. ACILIO AVIOLA, COSS.

I. Cæde Messallinæ convulsa principis domus, orto apud libertos certamine, quis deligeret uxorem Claudio, cælibis vitæ intoleranti, et conjugum imperiis obnoxio. Nec minore ambitu feminæ exarserant: suam quæque nobilitatem, formam, opes, contendere, ac digna tanto matrimonio ostentare. Sed maxime ambigebatur inter Lolliam Paullinam, M. Lollii consularis filiam, et Juliam Agrippinam, Germanico geni-

1. *Cælibis vitæ intonanti.* Sic scripti. Unde *intoleranti* fecere. At cod. Agr. *cælibis vitæ insolenti*: quod placet; nisi *intoleranti* confirmatur a scriptis, quod nondum liquet.

COMMENTARIUS.

Deligeret. Lips. *diligeret.* Istud restituit Pichena. Sic et cod. Bud.

Cælibi vitæ intonanti. In MSS. quibusdam *cælibis*: et vellet Pichena, *cælibis vitæ intoleranti.* Illud vulgatum, nescio quo modo, mihi pro moribus et sermone Claudii videtur. Lips. Recte Pichena: quem omnes postea editores secuti sunt. *Cælibis* ed. pr. Ceteræ omnes *cælibi.* MS. Agric. *insolenti*: quæ est glossa τοῦ *intoleranti. Intonanti* restituit J. Gronovius, defensione et explicatione verborum promissa, non adlata. Ern. *Intonanti* probat et Urs. Lipsius adv. Lampugn. id tuetur ex Liv. 3, 48. *quum hæc intonuisset.* Ryckium perperam in suas partes trahit J. Gron.

Ac digna tanto matrimonio. Forte *dignas.* Gron. Frustra, judice Nic. Heinsio Obs. Misc. t. 9, p. 289. et Burm. ad Sueton. Claud. 38. Cic. Tusc. 1, 24., *Tam natura putarem vitam hominis sustentari, quam vitis, quam arboris. Hæc enim etiam dicimus vivere*: non *has.* Sed sæpe de hac re critici, et frequentia sunt exempla in primis apud Græcos. Sed tamen MSS. Flor. Guelf. *dignam*, et ed. Puteol. Beroald. Rhen. Ald. etc. int. *se.* Livius 1, 47. *defuisse, qui se regno dignum putaret.* Ern. Bip. præferunt *dignam.* Brot. et Lall. *digna.*

M. Lollii consularis filiam. Non prisci illius Lollii, qui moderator C. Cæsari datus, ne erres, sed filii ejus. Qui tamen quando consul fuerit, ignoro. Tempora suadent, et clarissime Plinius 9, 58. qui hanc Lolliam Paullinam neptem illius Lollii appellat. Lips. *Filiam* abest a Guelf. Ern. Et a Flor. item a Bud Adjecta videtur ab editoribus.

tam : huic Pallas, illi Callistus, fautores aderant. At Ælia Petina, e familia Tuberonum, Narcisso fovebatur. Ipse modo huc, modo illuc, ut quemque suadentium audierat, promptus, discordantes in consilium vocat, ac « promere sententiam et adjicere rationes » jubet.

II. Narcissus « vetus matrimonium, familiam communem, » (nam Antonia ex Petina erat) « nihil in Penatibus ejus novum, » disserebat, « si sueta conjunx rediret; haudquaquam novercalibus odiis usuram in Britannicum et Octaviam, proxima suis pignora. » Callistus « improbatam longo discidio, ac, si rursus adsumeretur, eo ipso superbam : longeque rectius Lolliam induci, quando nullos liberos genuisset, vacuam æmulatione, et privignis parentis loco futuram. » At Pallas id maxime in Agrippina laudare, « quod Germanici nepotem secum traheret, dignam prorsus imperatoria

At Ælia. Sic Rhen. e Bud. prius legebatur *et.*

Ut quemque suadentium audierat promptus. Muretus, *pronus.* Non male : sed h. l. facilius *promptus* feram, quam 4, 60. Ern. Acid. *pronus.*

Discordantes in consilium vocat. Sic non modo MSS. Agr. et Reg. ap. Ryckium, sed et Guelf. et omnes vett. edd. quas inspexi. Primum *concilium* in ed. Lipsii vidi, in quam haud dubie vitio operarum irrepsit. *Consilium* restituit Ryckius. Frustra illud servavit J. Gron. nixus cod. Flor. Mox ed. pr. *addicere* pro *adjicere* e scr. vetere *adicere.* Ern.

Familiam communem. Muretus *filiam :* probant Acidalius, et Ryckius. Recte. *Familiam* de uno capite dici, nondum reperi. Ern.

Antonia. V. Suet. Claud. 26, 27.

Novercalibus odiis usura in Britannicum. Sic ed. Puteol. alique vett. MSS. edd. pr. Lips. Pich. *visura Britannic.* unde Heinsius corrigebat : *ursura*, probante Ryckio et Burm. ad Valer. Fl. 7, 93. ubi : *odiis urgete tyranni caput* (*et Ann. 13, 15.) Insolentia participii facit, ut dubitem. MSS. tres ap. Broterium *usuram*, quod ei non displicet. Ern. Bip. *visuram Brit.* Provocant ad Sen. Exc. Controv. 4, 6. *quid alterum novercalibus odiis intueris?* Sed ibi ed. Lipsii, Gronovii etc. et Bip. *oculis.*

Longo discidio. Immo *discidio*, ut supra sæpius. Gron. Sic ed. pr. Puteol. autem *dissidio* cum seqq. Ern. MS. Reg. et Agr. *discidio.* Bud. *dissidio.*

Germanici nepotem. MS. Guelf. *nepotes*, quod defendere licet similibus apud nostrum exemplis. Ern.

fortuna stirpem nobilem, et familiæ Claudiæ quæ posteros conjungeret; ne femina expertæ fecunditatis, inte-

2. *Dignum prorsus imperatoria fortuna, stirpem nobilem, et familiæ Claudiæ, quæ posteros conjungeret.* Non est credibile, Pallantem imprudenter ostentasse Claudio Neronem, tanquam dignum imperatoria fortuna, cum in vivis esset Britannicus. Deinde, cur solius Claudiæ familiæ posteros hoc matrimonio conjungi dicit, cum Agrippina æque ac Claudius Juliam quoque familiam contingeret? Præterea occulte ostendit, Octaviam quoque Domitio posse desponderi: quod et factum postea, uti liquet ex subsequentibus. Apparet nimirum librarii properantis error, qui post τὸ *familiæ*, deceptus cognatione literarum, *Juliæ* omiserit. Id ipsum et subodoratum Freinshemium serus adverti. Post Agr. codex *expertæ fœcunditatis*, non *experta*. Et paullo ante *dignam prorsus*. Probe utrumque. Sic concinna totum locum: *At Pallas id maxime in Agrippina laudare, quod Germanici nepotem secum traheret, dignam prorsus* (nempe Agrippinam) *imperatoria fortuna, stirpe nobilem et familiæ Juliæ Claudiæque, quæ posteros conjungeret: ne femina expertæ fecunditatis, integra juventa, claritudinem Cæsarum aliam* (vel *alienam*) *in domum inferret. Inferre*,

Et familiæ Claudiæ. Expediri sententia potest: tamen mavelim scribi, *et familiæ Claudiæ, quin posteros conjungeret.* ut quasi hortantis ea sint liberti. Lips. Ego vero illud, *dignum prorsus imperatoria fortuna*, Neroni detrahi nunquam patiar. Significat enim, dignissimam Augusto lare, dignam Cæsarea domo partem. Deinde accipio quidem Lipsii *quin*, et sagaciter odoratum Muretum puto, non omnia locum suum tenere: sed quem appellavit auctor *dignum imperatoria fortuna*, eum eodem ordine vocari *stirpem nobilem*, parum acre parumque decens mihi videtur. Scribo autem: *quin stirpem nobilem et familiæ Claudiæ posteros conjungeret.* Hoc est, magnopere suadere, ut diduetam nunc in duas domus primæ nobilitatis gentem revocaret in unam, et Claudii nominis posteros, seque et fratris nepotem, matre illius uxore ducta, penatibus consociaret, ne matrona felicis et probati uteri, ætate habili et indeflexa, conjugio suo quemcumque alium extolleret ac nobilitaret. Sic infra c. 20. *quin arriperet oblatu et servaret exsulem.* Gron. In cod. Agr. est *dignam*: quod merito placet Ryckio. Non enim conveniens videtur, Pallantem destinare Neronem imperatorem. Reliqua Heinsius sic constituebat: *stirpe nobilem* (sc. Agrippinam) *et familiæ Juliæ Claudiæque posteros conjungere. Conjungere* etiam Freinshemio placebat. Nec longe hinc discedit J. Gronovius *stirpem nobilem etiam Juliæ Claudiæque posteros conjungere.* Ryckius denique: *stirpe nobilem, et familiæ Claudiæ quæ posteros conjungeret.* Mihi facillimum videtur, quod etiam Mureto in mentem venit: *stirpem nobilem et quæ familiæ Claudiæ posteros conjungeret* sc. matrimonio cum Agrippina inemndo. In ed. Puteol. et inde Riv. est punctum ante *stirpem*, quod huic conjecturæ favet; item colon in ed. pr. et aliis vett. Ern. Acid. *Stirpem nobilem et f. Claud. posteros conjungeret.* deleto *quæ*. Sic *stirps nobilis* est Nero. Potius mihi est Agrippina. Recte Bip. monent, si *dignum* legas, id in contumeliam Britannici dictum fore.

Ne femina etc. Broterius e MS.

gra juventa, claritudinem Cæsarum aliam in domum ferret.

III. Prævaluere hæc, adjuta Agrippinæ illecebris, quæ, ad eum, per speciem necessitudinis, crebro ventitando, pellicit patruum, ut prælata ceteris, et nondum uxor, potentia uxoria jam uteretur. Nam, ubi sui matrimonii certa fuit, struere majora, nuptiasque Domitii, quem ex Cn. Ænobarbo genuerat, et Octaviæ, Cæsaris filiæ, moliri: quod sine scelere perpetrari non poterat, quia L. Silano desponderat Octaviam Cæsar, juvenemque et alia clarum, insigni triumphalium et gladiatorii muneris magnificentia, protulerat ad studia vulgi. Sed nihil arduum videbatur in animo principis, cui non judicium, non odium erat, nisi indita et jussa.

ut Ann. 3, 30., *Volusio vetus familia, neque tamen præturam egressa, ipse consulatum intulit.* Hist. 2, 48., *se primum in familiam novam imperium intulisse.* Familiam Juliam Claudiamque pari modo conjungit Ann. 4, 9. 5, 1. 6, 8 et 51. 15, 23. *Claudiæ et Juliæ gentis* Valer. Max. 5, 5, 3. Ann. 14, 22., *Rubellius Plautus, cui nobilitas per matrem ex Julia familia.* Nam Ann. 3, 5. legendum, ut jam alii monuerunt, *circumfusæ lecto Claudiorum Liviorumque imagines.* — 3. *Ventitando pellicit.* Forte, *eo pellicit.* — 4. *Insigni triumphalium.* Scribe *insignium triumphalium* sc. magnificentia. Vel *insignium triumphi* ut Ann. 12, 38., *censentur Ostorio triumphi insignia.* — 5. *Nisi indita et jussa. Induta* verum est. Sic Caligula eum de die habitum, quem Tiberius sumpsisset, induebat. Vide Indicem. Ovid. Amor. 3, 14, 27.,

reg. edidit *nec f.* quod narrationem postulare putat. Frustra. Non cepit satis sensum V. C. Intelligendum est: verendum esse, ne f. quod genus ellipseos frequens est apud latinos scriptores. Mox dubium est, utrum *expertæ fecunditatis*, an *experta fecunditatis* dederit Tacitus: sed quia in cod. Agr. illud est, et Tacitus libenter constructionem variat, cum Ryckio prætuli. *Experta fecunditatis* aliud significat, quam res hic desiderat. Nam *expertus* cum genitivo est tritus in aliqua re usu. Ern.

Prævaluere hæc. MS. Guelf. *prævaleres*: mox abest *quæ*, item ab aliis MSS. ap. Broterium. Ern. Et a Bud.

Juvenemque et alia clarum. Ita diserte Vatic. vereque. Transmarina forma sermonis est, νεανίσκον τέ τ' ἄλλα λαμπρὸν, crebrumque apud Latinos, *homo cetera bonus*, et similia: in A. Gellio, *homo pleraque non indiligens.* Lips. Sic MS. Flor. Sed MSS. Guelf. (Bud.) et alii: edd. vett. *alias.* Mox ed. pr. male *insignia.* MS. Guelf. *munificentia.* V. ad H. 3, 34. Ern.

Nisi indita et jussa. Muretus, *in-*

IV. Igitur Vitellius, nomine censoris serviles fallacias obtegens, ingruentiumque dominationum provisor, quo gratiam Agrippinæ pararet, consiliis ejus implicari, serere crimina in Silanum, cui sane decora et procax soror, Junia Calvina, haud multum ante Vitellii nurus fuerat. Hinc initium adcusationis: fratrumque non incestum, sed incustoditum amorem ad infamiam traxit. Et præbebat Cæsar aures, accipiendis adversum gene-

Indue cum tunica metuentem crimina vultum. Induere oris habitum noster 6, 20. *societatem induere* 12, 13. *hostilia induere* c. 40. — 6. *Decora et procax.* Lege *sed.* — 7. *Fratrum non incestum. Fraternumque* codex Agr.

dicta. Lips. Sic et Acidalius, Pichena. At sic oritur tautologia. *Indita* sunt, quæ subjiciuntur, suggeruntur ab aliis. Ern.

Serviles fallacias obtegens. Dubitavi, ne prisco verbo scrib. *serviles pellucias*. Apud Lucretium scriptum 2, 559., *Subdola cum ridet placidi pellacia ponti*. et convenientior huic sententiæ visa ea vox. Non enim tam fraudes erant, quam adulationes humiles et demissæ ad pelliciendam perandamque gratiam Agrippinæ, ut addit noster. Lips. Sed adulationes maxime ad fallendum comparantur. Ern.

Serere crimina in Silanum. Sic edd. Puteol. Beroald. Alc. Gronoviorum, Ryck. quod verum puto. Ceteræ *ferre*. Vitellius materiam criminandi suggerebat, quod est *serere crimina*, non *ferre*: cujus formulæ loquendi etiam exempla desidero. Confundi hæc verba in libris docet Drakenb. ad Sil. 5, 235. Ern. Rhen. e Bud. *ferre*.

Fratrisque non incestum. Vatic. *fratrumque*. Quod probo. In reliqua scriptura pendeo animi. Vulgatam si ferimus, sententiam esse volo: tractum in crimen esse non amorem incestum inter fratrem sororemque, sed tantum incustoditum: id est, amorem parum cautum circumspectumque, et qui sine crimine, rapi tamen in crimen potuerit. Simillimum illud Plinii ep. 6, 29., *Tuitus sum Julium Bassum, ut incustoditum nimis et incautum, ita minime malum.* Si quid mutandum, legerem, *incustoditum sermonem*. Ex Seneca certe clarum, non aliud vere objectum huic Silano quam verba adversus sororem nuptialia, et parum cauta. Ait in Ludo de morte Claudii: *Qui, quantum quidem in ipso fuit, damnatum incesti L. Silanum generum suum occidit. Oro propter quid? Sororem suam festivissimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent, maluit Junonem vocare.* Ita enim restitui eum locum nuper. Lips. Recte omnino. Sic Seneca Medea v. 56. *Ad regum thalamos*, id est, regis et puellæ regiæ. Dein idem v. 59. *Sceptrigeris colla tonantibus*, hoc est, Jovi et Junoni. Neque erat, cur penderet animi ὁ πάνυ in tam commoda explicatione reliqui. Non fœdam et scelestam libidinem, sed sim-

rum suspicionibus caritate filiæ promptior. At Silanus, insidiarum nescius, ac forte eo anno prætor, repente per edictum Vitellii ordine senatorio movetur, quamquam lecto pridem senatu, lustroque condito. Simul adfinitatem Claudius diremit; adactusque Silanus ejurare magistratum, et reliquus præturæ dies in Eprium Marcellum collatus est.

V. C. Pompeio, Q. Verannio coss. pactum inter Claudium et Agrippinam matrimonium jam fama, jam amore illicito firmabatur: nec dum celebrare solennia nuptiarum audebant, nullo exemplo deductæ in domum

plicem nimis et incautam, eoque malignæ interpretationi obnoxiam consuetudinem, et conversationem arripuit in crimen. Apud Senecam in ludo scribendum: *Si mehercules a Saturno petisset hoc beneficium, cujus mensem toto anno celebravit, non tulisset illud. Nedum ab Jove, quem, quantum quidem in illo fuit, damnavit incesti. L. Silanum enim generum etc.* Eodem pertinet ibidem: *unum abnepotem L. Silanum. Videris, Jupiter, an in caussa mala? certe in tua.* Vide quæ ibi notavi. Gron. Sic MS. etiam Flor. ed. pr. Idemque voluit exprimere scriptor cod. Bud. qui dedit *fratrem*. Ceteræ edd. ad Pichenam *fratrisque*. *Fratres* dici de fratre et sorore, exempla docent in Gesneri thesauro prolata, et a Bentleio et Burmanno, locis ibi citatis. Ern.

Accipiendis. Heins. *arripiendis*, ut 15, 54. V. et mox c. 6.

Per edictum Vitellii. Nam censores edicta proponebant. Livius 43, 16., *Multis equos ademerunt: in ea re quum equestrem ordinem offendissent, flammam invidiæ adjecere edicto, quo edixerunt, ne quis eorum* etc. Plinius 13, 5., *Urbis a.* 565. *P. Licinium Crassum, L. Julium Cæsarem censores edixisse, ne quis venderet unguenta exotica.* Idem 14, 16., *P. Licinius Crassus, L. Julius Cæsar censores edixerunt, ne quis vinum Græcum Amineumque octonis æris singula quadrantalia venderet.* Suet. de Rhet. *De iisdem interjecto tempore Cn. Domitius Ænobarbus et L. Licinius Crassus censores ita edixerunt.* De quo ante, *item censorium edictum subjiciam*. Ne quem frustretur, qui *edictum*, tacentibus aliis, explicat album censorium cum senatorum nominibus, quod postquam Augustus publicarit primus, ex eo *edictum* sit appellatum. Nihil aliis cum senatoribus; solo cum Silano negotium in hoc edicto Vitellio fuit. Gron.

Jam fama. Distinguunt libri mei, *matrimonium, jam fama*. Et recte: quoniam ante istos consules matrimonium pactum. Supra enim scriptum c. 3. *quæ ubi matrimonii sui certa fuit*. Statim etiam e Farnes. scripseris, *deductæ in domum patrui fra-*

patrui fratris filiæ. Quin et incestum, ac si sperneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebatur. Nec ante omissa cunctatio, quam Vitellius suis artibus id perpetrandum sumpsit. Percunctatusque Cæsarem, « an jussis populi an auctoritati senatus cederet? » ubi ille, « unum se civium et consensui imparem, » respondit, « opperiri intra palatium » jubet. Ipse curiam ingreditur, summamque remp. agi obtestans, veniam dicendi ante alios exposcit, orditurque : « Gravissimos principis labores, quis orbem terræ capessat, egere adminiculis, ut, domestica cura vacuus, in commune consulat. Quod

8. *Quin et incestum.* Diximus de hoc loco nonnihil ad Ann. 2, 2. — 9. *Ubi ille unum se civium.* Vide nos ad Velleium 2, 31. Malo tamen amplecti scripturam cod. Agr., *Unum se, et civium consensui imparem.* Forte, *et tot civium.*

tris filiæ. Lips. Sic et MS. Flor. (et e. Bud.) Contra edd. vett. *filia deducta.* Ern.

Quin et incestum. Sententiam loci censeo : Fruebantur quidem matrimonii bonis Claudius et Agrippina : at non securi. Quia et incestum subesse videbatur, nondum firmatis ejusmodi nuptiis et periculum ne populus, ab exemplo, passim usurparet, publico malo. Lips. Gerræ Siculæ male πολιτικοῦ, quæ hic Boxhornius. Freinshemio Catone simus contenti. Claudius haud erat intacti superstitione animi. Immo, quo mente commotior, eo paullo infirmior unus multorum, eo superstitiosior. Docetque id etiam Suet. in vita ejus 22. Semper autem incesta in prodigiis habita, in expiandis et procurandis, in iis, quibus iram Deorum putabant denuntiari. Reliqua pete a Freinshemio. Gron. Cf. c. 8.

Civium et consensui. Delenda copula, vel, quod verius, addenda vox scriptori elapsa, *civium et S. consensui*, id est, senatus. Ita respondebit Claudii oratio Vitellianæ. Tamen aliquis ceperit (aut jam cepit) quasi esset, *unum se civium*, et *consensui imparem* : quod ego non probem, nec certe princeps unus e vulgo civium est : non. Lips. Vulgatum frustra a Lipsio tentatur aliisque. MS. Reg. (Bud.) ed. Puteol. *consensu*, pro *consensui*, non male. Ern. Intellige *senatus et populi.*

Summamque reip. agi. Scribo, *summamque rempublicam.* Lips. Sic MS. Flor. unde cum Ryckio et J. Gronovio recepi. De forma loquendi *summa respublica* hodie nota omnia, sed *summa reip.* idem est. Vide quæ dixi in Clave Cic. in v. *summa.* Nimis viri docti adamarunt observationem de *summa republica.* Ern.

Orbem ter. capessat. I. e. curet. supra 11, 34. *iret virgo et sacra capesseret.* Adde infra 15. Mox pro *commune* Guelf. *concionem.* Ern.

porro honestius censoriæ mentis levamen, quam adsumere conjugem, prosperis dubiisque sociam : cui cogitationes intimas, cui parvos liberos tradat, non luxui aut voluptatibus adsuefactus, sed qui prima ab juventa legibus obtemperavisset. »

VI. Postquam hæc favorabili oratione præmisit, multaque patrum adsentatio sequebatur; capto rursus initio, « Quando maritandum principem cuncti suaderent, deligi oportere feminam nobilitate, puerperiis, sanctimonia insignem. Nec diu anquirendum, quin Agrippina claritudine generis anteiret : datum ab ea fecunditatis experimentum : et congruere artes honestas. Id vero egregium, quod, provisu deum, vidua jungeretur principi, sua tantum matrimonia experto. Audi-

Censoriæ mentis levamen. Censoriæ, non *Cæsareæ*. Ut Acidalius (ex cod. Farn. qui habet *Cæsaris*) et Pichena volunt. Non censorum erat exigere matrimonia. Censor adigebat solenne jusjurandum : *Tu ex animi tui sententia uxorem habes?* teste Gellio 4, 20. Huc pertinet oratio Q. Cæcilii Metelli Numidici, *quam in censura dixit ad populum de ducendis uxoribus*, ut est apud eundem 1, 6. Vel *de prole augenda*, ut inscribit Suetonius, qui et Augustum eam senatui recitasse et populo per edictum notam fecisse scribit c. 89. Itaque censor uxore legibus ducenda exemplum salubre prodebat populo. Claudius autem non modo forte, sed certe censor, et post longum intervallum, Augusto et aliis magisterio morum contentis. Sueton. 16. *Gessit et censuram intermissam diu post Paullum Plancumque censores.* Quod honestius levamen ei, qui non nomen modo censoris et officium, sed et mentem, castam illam, sanctam, integram dignamque censore unico et morum custode, præstaret? Gron. Mox Guelf. *dubiis* sine copula. Ern.

Non luxui. Cod. Oxon. *luxu* : quod verum videtur. Nam sic in dativo libenter veteres, etiam noster. V. Oudendorp. ad Suet. MS. Guelf. *et volupt.* Ern.

Anquirendum. Sic Pich. e Flor. vulgo (et Bud.) *inquirendum.*

Vidua jungeretur. Vidua Agrippina, mortuo, sub initia imperii Claudiani, Crispo Passieno, cui post Domitium nupserat. Plinius libro 16. *Arborem mori eximiam ætate nostra adamavit Passienus Crispus bis consul, orator, Agrippinæ matrimonio et Nerone privigno clarus.* Sueton. Nerone : *Verum Claudio imperium adepto, non solum paternas opes recuperavit, sed et Crispi Passieni vitrici sui hereditate ditatus est.* Tamen idem ille Passienus antea maritus Do

visse a parentibus, vidisse ipsos, adripi conjuges ad libita Cæsarum: procul id a præsenti modestia. Statueretur immo documentum, quo uxorem imperator acciperet. At enim, nova nobis in fratrum filias conjugia. Sed aliis gentibus solennia, nec lege ulla prohibita. Et sobrina-

10. *Statueretur immo documentum.* Forte, *modo documentum*, vel, *in domo.* Ut Hist. 1, 15. — 11. *Tempore addito percrebuisse.* Nil muta. Hoc est temporis auctu. Sic *addita ætate* Plinius 11, 108.

mitiæ sororis Ænobarbi. Quod ex Quinctil. colligas 6, 2, 50. Apud Senecam de hoc eodem Natur. Quest. 4. præf. *Crispus Passienus, quo ego nil novi acutius in omnibus rebus, maxime in distinguendis*, (omnino scrib. *distringendis*) *et curandis vitiis, sæpe dicebat: adulationi opus esse non claudere ostium, sed aperire, et quidem sic, quemadmodum amicæ solet. Quæ, si impulit, grata est: gratior, si effregit.* Iterum scribe, *sed operire:* id est, leviter obducere, opponere ostium: ne pereat dicto sua Venus. Pluscula etiam in Excurs. *A.* vide Lips. MSS. Senecæ: *adulationibus non claudere ostium, sed aperire.* Scribendum igitur: *adulationi nos non claudere ostium, sed opponere: et quidem sic, quemadmodum amicæ opponi solet.* Hoc est, non obserare aut repagulis firmare, sed sine sera, dempto obice, manibus tantummodo obtendere, vel objectum sustinere ac prætendere. Nam *operire*, in quo et Gruterus argutatur, ipsum claudere est. Terentius Phorm. 5, 3, 33., *Jamne operuit ostium.* Noster 3, 15. *egressa cubiculo uxore operiri fores jussit.* Gron.

Vidisse ipsos. Principe Caio. Lips.

Documentum, quo uxorem. Nugax oratio, quid enim? non antea imperatoribus semper uxor? semper. Quid ergo opus ei rei documento? Tu corrige, *quomodo uxorem.* Id enim vult adulator homo, prodendum esse posteris exemplum, ut imperator uxorem senatu suasore et auctore capiat. Lips. Quicquid obtrectent Lipsio Pichena et Freinshemius, multo magis resipit Latium vetus, *statueretur immo documentum, quomodo uxorem imperator acciperet*, quam alterum. Hoc enim vult, tempus venisse, ut exemplum prodatur, idque jam prodi posse, quod respicientes quoque admoniti secuturi principes discant, qualiter et quem ad modum matronam introducere in Penates deceat Augustum. Adhuc enim nullum exemplum conjugii Cæsarum salubre extabat. Adde quæ scripsimus Obs. 4, 11. Gron. Sic et Ryckius. Recte. Mox Guelf. *connubia.* Ern. Lamp. *quo* explicat per *secundum quod.* Non male. In Flor. teste Gron. post *imperator* est lacuna; eam Brot. replet verbis *fratris filiam*; Bip. malunt *vacuam* ex 13, 44. Acumen in *arripi.... acciperet* notat Pichena. *Acciperet* scil. ex arbitrio vel consensu populi. Sic non necesse est addi quidquam; nec lacunam habet Bud.

Sobrinarum. Sobrinas appellat,

rum diu ignorata tempore addito percrebuisse. Morem adcommodari, prout conducat, et fore hoc quoque in his, quæ mox usurpentur. »

VII. Haud defuere, qui certatim, « si cunctaretur Cæsar, vi acturos » testificantes, erumperent curia. Conglobatur promiscua multitudo, « populumque romanum eadem orare, » clamitat. Nec Claudius ultra exspectato, obvium apud forum præbet se gratantibus : senatumque ingressus, « decretum postulat, quo justæ inter patruos

tamen palam est, intellegi debere de consobrinis. Quis enim hoc censeat, eos, quos proprie sobrinos legum auctores appellant, arceri inter se nuptiis? nunquam factum. Sed veteres hæc miscebant. Vocularum haud æque curiosi captatores. In glossis priscis legas, Ἀνεψιός, *consobrinus*, *sobrinus*. Alibi : Θεῖα πρὸς μητρὸς, *consobrina*. Et Ἐξάδελφος, ἐκ δύο ἀδελφῶν θυγατῶν, *consobrinus*. Quid, quod Velleius simili libertate 2, 3. *consobrinum Ti. Gracchi* Scipionem Nasicam appellat : qui juris consultorum finitione sobrinus sit? Lips.

Tempore addito percrebuisse. Malim, *tempore percrebuisse*, rejecta voce quæ glossographum sapit : aut potius invertam, *tempore adeo*. Et id verum puto. De re ipsa Plutarchus auctor in Caussis, quæst. 6. diu apud Romanos sobrinarum conjugia (ἀνεψιὰς ipse appellat, et bene vertit Xylander) fuisse invisa : cœpisse tamen a levicula caussa, quam ipse denarrat, factumque decretum populi. Πᾶσιν ἐξεῖναι γαμεῖν ἄχρις ἀνεψιῶν, τὰ δὲ ἀνεπίφθονα κεκωλῦσθαι. Id est, *licere omnibus ducere usque ad consobrinas, supra autem vetari*. Hoc quando proprie cœperit, non dicit : satis vetus esse, ex Livio discas, apud quem 42, 34. ita loquitur Sp. Ligustinus : *Cum primum in ætatem veni, pater mihi uxorem fratris sui filiam dedit* : immo quasi in laudem hoc recenset. Sane conjugia ea deinceps crebra : et sic inter illustres M. Marcellus Juliam Augusti F. duxit, sibi sobrinam : aliique plures. Sustulit tamen eas ipsas nuptias Theodosius, de quo Victor. *Tantum*, inquit, *pudori tribuit et continentiæ, ut consobrinarum nuptias vetuerit, tanquam sororum.* Permiseruntque iterum Arcadius et Honorius 1, 19. C. De nuptiis. Lips. *Addito* scripti et edd. omnes : et verum puto cum Freinshemio : pro procedente tempore. Mox *orare* cod. Fl. Oxon. ed. pr. et ceteræ ante Rhenanum, qui (e Bud.) *rogare* substituit. Ern.

Decretum postulat. Zonaras 11, 10., Ψήφισμα ἐποιήσαντο, ἐξεῖναι Ῥωμαίοις ἀδελφιδῆς ἄγεσθαι. Ait Tacitus fratrum filias : et stricte capias; non enim licuit sororum. Quod notavit accurate et diffuse, quantum satis est, Cujacius Obs. 13, 16. quem non exscribo. Nec sustulit Nerva hoc SC. ut idem vera interpretatione collegit. De Claudii hoc facto Tragicus Octavia 1, 141., *Genitam-*

fratrumque filias nuptiæ etiam in posterum statuerentur. » Neque tamen repertus est, nisi unus, talis matrimonii cupitor, T. Alledius Severus, eques romanus, quem plerique, « Agrippinæ gratia impulsum, » ferebant. Versa ex eo civitas, et cuncta feminæ obediebant, non per lasciviam, ut Messallina, rebus romanis illudenti. Adductum et quasi virile servitium : palam severitas, ac sæpius superbia : nihil domi impudicum, nisi dominationi expediret. Cupido auri immensa obtentum habebat, quasi subsidium regno pararetur.

VIII. Die nuptiarum Silanus sibi mortem conscivit :

12. *Ut Messallina rebus romanis illudenti.* Lege *illudenta.*

que fratris conjugem captus sibi Toris nefandis flebili junxit face. Ubi melius leges, *genitamque fratre conjugem captam.* Domitianus imitatus exemplum est, qui Juliam habuit filiam Titi. Lips.

Tuiledius Severus. T. Alledius scribo, et vidi postea ita citare hunc locum Beroaldum. In monumentis priscis (ap. Grut. p. 667, 2.) M. ALLEDI in Juvenali 5, 118. ....*tibi habe frumentum, Alledius inquit.* Quod noster unum imitatorem sceleris ejus facit; Suetonius dissentit, qui duos c. 26. Noster, credo, non habuit cura nescio quem recensere libertinum. Vocat etiam equitem r. quem ille primipilarem. Nec aberrat, quoniam primi pili comes gradus equestris. Martialis 6, 58., *Et referes pili præmia clarus eques.* Lips. Recepere Ryckius et Pichena, et alii. Sic volebat etiam Torr. ad Suet. Claud. l. c. Ern.

Ut Messallina. MSS. tres ap. Broterium et ed. Beroaldi *Messallinæ* quod recepit Broterius. Non bene. Nec enim pendere potest ab *obediebant.* Sensus est, non per lasciviam illudebat rebus romanis, ut Messallina fecerat, sed etc. Ern.

Addictum quasi. Arbitrio meo, transponantur verba, *addictum eō quasi virile.* Lectioni stabiliendæ (nam ego olim solicitavi) est, quod apud eundem Tacitum de Mor. Germ. 43. scribitur : *Trans Lygios Gothones regnantur, paullo jam addictius quam cetera Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem.* Nec pœnitet tamen prorsus conjecturæ, *adductum*, præsertim quæ firmatur cod. Bud. et Flor. de quo verbo in H. 3, 7. Lips. *Adductum et quasi* est in MS. Guelf. ed. pr. At Puteol. *additum quasi et vile*, vitiose : quod secuti sunt Riv. Beroald. et Alciatus. Sed Rhenanus *addictum quasi et virile*, et seqq. usque ad Pichenam. Ern. Bud. *adductum quasi et v. s.*

Die nuptiarum. Mala ergo distinctio, et historiæ vitiandæ, in Suetonio obtinuit 29. *Silanus abdicare*

sive eo usque spem vitæ produxerat, seu delecto die, augendam ad invidiam. Calvina, soror ejus, Italia pulsa est. Addidit Claudius, « sacra ex legibus Tulli regis, piaculaque apud lucum Dianæ per pontifices danda : » irridentibus cunctis, quod pœnæ procurationesque incesti id temporis exquirerentur. At Agrippina, ne malis tantum facinoribus notesceret, veniam exsilii pro Annæo Seneca, simul prætoram impetrat, lætum in publicum rata, ob claritudinem studiorum ejus, utque Domitii

se prætura, morique initio anni coactus. Die ipso Claudii et Agrippinæ nuptiarum in quinque et triginta senatores trecentosque amplius equites animadvertit. Apage. Nulla cædes nuptiali ejus die lecta, scribeque *initio anni coactus, die ipso Cl. et Ag. nuptiarum. In quinque*, etc. Lips.

Calvina soror ejus. Fortasse illa, quæ vitam produxit ad Vespasiani imperium ; de qua Suet. Vespas. 23., *Cum mausoleum repente patuisset.... ad Juniam* (male enim editum suppositumque a scholiastis *Juliam*) *Calvinam e gente Augusti pertinere dicebat.* Nam Silani isti inter abnepotes Augusti fuerunt, ut dicam. Lips.

Italia pulsa est. Si pulsa tantum, quid ita commentator Juvenalis scribit eam a se interfectam ? *Calvina*, inquit, *prætoris cujusdam soror, quæ se occidit tanquam infamis in fratrem* (lego, *fratre*) *Claudii temporibus.* Hoc notat ad illud c. 3, 133. .... *donat Calvinæ vel Catienæ.* Homo errat. Lips.

Sacra ex legibus Tulli. Non alia sacra piaculaque accipio, quam quibus Tullus olim rex in Horatio sororiam cædem luit expiavitque Livius 1, 26., *Itaque, ut cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, ut filium expiaret, pecunia publica. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis* (*quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt*) *transmisso per viam tigillo velut sub jugum misit juvenem.* Similiaque Dionys. 3, 22. qui addit, ea sacra per pontifices facta : convenienter cum iis, quæ hic Tacitus. Lips. Alia piacula intelligenda, vere judicat Ryckius. Ern.

Apud lucum Dianæ. Plinius 16, 19., *Est in suburbano Tusculani agri colle, qui Corne appellatur, lucus antiqua religione Dianæ sacratus a Latio.*

Irridentibus cunctis. Et hercle ridiculum, quod Claudius Silani cum sorore incestum piacularibus sacris lueret : ipse in eadem culpa. Nam piacula istæc cave alio referas, quam ad crimen Silani. Lips.

Veniam exilii. Relegatus enim Seneca post quæsturam a Claudio in Corsicam insulam, ob suspicionem adulterii cum Julia Germanici filia, Vinicii uxore. Cujus criminis scena a Messallina fuit. Scena dico. Non enim reipsa expetit in te hæc culpa, o romani nominis et sapientiæ magno sol! Lips.

pueritia tali magistro adolesceret, et consiliis ejusdem ad spem dominationis uteretur : quia Seneca fidus in Agrippinam memoria beneficii, et infensus Claudio dolore injuriæ, credebatur.

IX. Placitum dehinc, non ultra cunctari : sed designatum consulem, Memmium Pollionem, ingentibus promissis inducunt, sententiam expromere, qua oraretur Claudius, « despondere Octaviam Domitio. » Quod ætati utriusque non absurdum, et majora patefacturum erat. Pollio haud disparibus verbis, ac nuper Vitellius, censet : despondeturque Octavia, ac, super priorem necessitudinem, sponsus jam et gener Domitius, æquari Britannico, studiis matris, arte eorum, quis, ob adcusatam Messallinam, ultio ex filio timebatur.

X. Per idem tempus legati Parthorum ad expeten-

13. *Despondeturque Octavia. Desponderet.*

Tali magistro adolesceret. Magno, magno magistro : utili privatim et publice, si Neronis indoles, aut romana fata, voluissent. Sed ad historiam adde hæc scholiastis in Juvenalis Sat. 5, 109., *Seneca sub Claudio, quasi conscius adulteriorum Juliæ, Germanici filiæ, in Corsicam relegatus, post triennium revocatus est. Qui etsi magno desiderio Athenas intenderet, ab Agrippina tamen, erudiendo Neroni in palatium adductus, sævum immanemque natum et sensit cito, et mitigavit. Inter familiares solitus dicere : non fore sævo illi leoni, quin gustato semel hominis sanguine, ingenita redeat sævitia.* Lips. Mox *uterentur* MS. Flor. Ceteri scr. et edd. *uteretur* ad Pichenam usque. Illud verum; nam et mox est *inducunt* : intellige Agrippinam cum libertis et ceteris instrumentis impotentiæ : quamquam ibi Broterius dedit *inducit* e MSS. et ed. pr. Post bene e cod. Fl. *oraretur* pro vulg. *hortaretur* restituit Pichena. Puteol. Riv. *oraret.* Ern. Restitui *uteretur.* Ad Agrippinam hoc solam pertinet, ut prius *impetrat.* Quod sequitur *inducunt*, respondet bene τῷ *placitum*, quod ad ipsam cum consilio; nec displicet, si quis cum Mureto legere malit *inducit.*

Majora patefacturum. I. e. facultatem majorum perficiendorum, aditum ad majora daturum. Mox *super priorem* bene e cod. Flor. Pichena. Ante vulgati omnes *secundum*, ut 11, 38. Ern. In Flor. *s'.* Vulgo huic compendio solet adponi *r.* Bud. habet *secundum.*

dum, ut retuli, Meherdaten missi, senatum ingrediuntur, mandataque in hunc modum incipiunt : « Non se fœderis ignaros, nec defectione a familia Arsacidarum venire; sed filium Vononis, nepotem Phrahatis, accedere adversus dominationem Gotarzis, nobilitati plebique juxta intolerandam. Jam fratres, jam propinquos, jam longius sitos, cædibus exhaustos : adjici conjuges gravidas, liberos parvos, dum socors domi, bellis infaustus, ignaviam sævitia tegat. Veterem sibi ac publice cœptam nobiscum amicitiam : et subveniendum sociis, virium æmulis, cedentibusque per reverentiam. Ideo regum obsides liberos dari, ut, si domestici imperii tædeat, sit regressus ad principem patresque, quorum moribus adsuefactus rex melior adsciscoretur. »

XI. Ubi hæc atque talia dissertavere, incipit orationem Cæsar « de fastigio romano, Parthorumque obse-

14. *Nobilitati plebique. Plebeique* cod. Agr. more antiquo.

Ut retuli. 11, 10. Lips. Mox *mandataque* cod. Fl. Guelf. ed. pr. Put. omnesque ad Rhenanum. Restituit Freinshemius. Ern. Sic et Bud.

Sed filium Vononis, nepotem Phrahatis accedere. MS. Fl. Bud. Agr. Reg. Guelf. ed. pr. *accedere*, quod recte restituerunt Ryckius et Jac. Gronov. Puteol. dedit *accersere*, quia ante *expetere*, 6, 31. *poscere* etc. ut opinor; quod sequitur Rivius. Verum in Guelf. vett. edd. est *et filium*. An Tacitus scripsit *ut... accederent?* id certe accuratius antecedentibus opponeretur. Idem Jac. Gronov. legi vult *dominationum intoleranda*: quia ultima vox sic in cod. Fl. Non placet mihi. Ern. Bud. *sed et*. Ubi Rhen. *et* vitiose positum putat pro *ad*. Hoc et Broterio visum. *Accedere* Rhen. probat, sed retinet *accersere*. Prius istud sæpe noster absque repetita præpositione usurpat, ut c. 31 et 33. item, 2, 58.

Bellis infaustus. Elegantissimi ingenii et doctrinæ noster Modius (ep. 99. in Grut. Lamp. vol. 5.) observat e libro vetere, (Cod. Agric.) *belli infaustus*, recte: ea forma, qua *militiæ clarus*. Lips. Ed. pr. *bellisque*. Ante eadem *adicit* vitiose pro *adici*, scriptura sæpe obvia, sed non constante Vitio operarum in ed. Puteol. irrepsit *abjici*, quod propagatum est ad Rhenanum usque, qui verum restituit. Ern. Bud. scilicet habet *adici*, ut alias pro *adjici*. Bip. conjectant *addici* vel morti vel servituti; quæ ellipsis dura nimis mihi videtur. Ryckii cod. *bellique*.

quiis : » seque D. Augusto adæquabat, « petitum ab eo regem » referens, omissa Tiberii memoria; quamquam is quoque miserat. Additditque præcepta (etenim aderat Meherdates) « ut non dominationem et servos, sed rectorem et cives cogitaret; clementiamque ac justitiam, quanto ignara barbaris, tanto toleratiora capesseret. » Hinc, versus ad legatos, extollit laudibus « alumnum urbis, spectatæ ad id modestiæ. Ac tamen ferenda regum ingenia, neque usui crebras mutationes. Rem romanam huc satietate gloriæ provectam, ut externis quoque gentibus quietem velit. » Datum post hæc C. Cassio, qui Syriæ præerat, deducere juvenem ripam ad Euphratis.

15. *Alumnum urbis spectatæ.* Lege *urbi.*

Is quoque miserat. Et quidem tres miserat, Vononem, Phraatem, Teridatem. Adi 2, 1. 6, 30. sq. Lips.

Quanto ignara barbaris. Ita edidi e Vatic. Farnesiano erat *ignota*, vulgo *ignoratiora*. Phrasis vulgata et obvia in Tacito. Lips. Sic scriptor libri Flor. dare voluit, in quo est *ignata*: sic ed. pr. et MSS. ap. Brot. pro quo Puteol. *ignoratiora* dedit, quod in omnibus est usque ad Lipsium, qui *ignara* recte restituit. Guelf. *ignorantiora*. Ern. Bud. *ignara*, quod Rhen. probavit, sed in textum non admisit. Usus vocis frequens Sallustio B. Jug. 18. *ignara lingua*. 52. *regio hostibus ignara*. Cf. Gell. 9, 12. Non. Marc. 2, 465.

Tanto toleratiora capesseret. Fluctus hic interpretes movent in simpulo. Vid. Obs. 1, 14. Gron. Sic e cod. Flor. dedit Pichena. Vett. edd. omnes *tolerantiora*. *Toleratiora* sunt gratiora. Nam, ut Græci τὸ ἀνεκτὸν etiam de rebus bonis dicunt, sic *tolerari* dici possunt etiam grata et bona. Sic *vita tolerari* dicitur sæpe, nulla molestiæ significatione adjuncta. Possis etiam sic capere: eas virtutes tolerabilius reddere regium imperium. Sed non est necesse. Frustra viri docti tentarunt corrigere *lætiora*, *gratiora* etc. Ern. Nullus dubito, quin et 3, 45. et 11, 10. legendum sit *intoleratior*. Homo dici potest *tolerantior laborum*; ast *labor* aliis *toleratior*, sic et homo homini.

Ac tamen ferenda regum ingenia. Ed. pr. *at tamen*. Rhenano quoque *ac tamen* (cod. Bud.) suspectum, quod omnes a Puteol. habent. Mox ed. pr. *posthac*, ceterum totus locus sic, ut nunc editur, ibidem expressus est. Ceteræ edd. omnes ad Pichenam: *velit datam. Posthac.... ad Euphratis jubet.* Ern. Sic Bud. a. r. m. Prius enim plane, ut teste Pichena Flor. habet et a Mursto restitutum Gron. recepit et Ern. aliique.

XII. Ea tempestate Cassius ceteros præminebat peritia legum. Nam militares artes per otium ignotæ, industriosque aut ignavos pax in æquo tenet. Attamen, quantum sine bello dabatur, revocare priscum morem, exercitare legiones, cura, provisu perinde agere, ac si hostis ingrueret: ita dignum majoribus suis, et familia Cassia ratus, per illas quoque gentes celebrata. Igitur excitis, quorum de sententia petitus rex, positisque castris apud Zeugma, unde maxime pervius amnis, postquam illustres Parthi, rexque Arabum Acbarus advenerat, monet Meherdaten, « barbarorum impetus acres cunctatione

16. *Ceteros præminebat.* Nil mutandum, vel si quid mutetur, scribe, *ceteros præire.* Vid. nos ad Ann. 3, 66.

Ceteros præminebat. Vatican. *ceteris præerat.* Accipio. Lips. Ita etiam ed. pr. Et est sane exquisitius dictum: nec dubitarem restituere, nisi suspicio superesset, id repetitum a librario e præcedentibus. *Præminebat* ceteri omnes: nisi quod Gronovianæ et Ryck. *præminebat*, quod secutus sum, quia sic omnes vett. edd. c. 33. et supra aliquoties MS. Flor. unicus. Post dedi *aut* e MS. Flor. ed. pr. pro *ac*, quod ceteri habent omnes, nisi quod etiam Rhenanus sic volebat, non parentibus operis. *Ac* sequente vocali inusitatum veteribus fuisse, sæpe monuere viri docti. Ern. Bud. *præminebat.* quod hic rectius, quia mox præcessit *præerat.* *Aut* Bud. quoque habet.

Exercere legiones. Vett. *exercitare.* Lips. Sic et cod. Flor. unde restituit Pichena. Mox *ratus*, abesse testatur J. Gronovius a cod. Flor. nec in ed. pr. comparet, unde valde credibile fit, id esse insititium. Nec, id ipsum, aut *ferens*, *dictitans*, intelligi, alienum a Taciti stilo. Ern. Bud. habet *ratus*, dein lacunam

Per illas quoque gentes. Ob Cassium illum, qui τυραννοκτόνος, cujus in Syria prospera res post cladem Crassi. Lips. Cf. Dio 40, 28.

Abbarus. Solenne illis regibus nomen, ut Ptolemæus Ægyptiis. Vatic. *Acharus* semper scriptum, et Appiano Ἄχβαρος: in numis antiquis, Ἄβγαρος. Lips. Budensis mox *Acbarus*, mox *Abbarus*. Flor. Guelf. et Reg. constanter *Acbarus*: ed. pr. *Aeburus* vitio operarum pro *Acbarus*, ut cod. Agric. unde id cum Jac. Gronov. recepi. Ryckius maluit *Abgarus* sequi, scripturam numorum, de quibus vid. Spanhem. de U. et P. N. t. 1, p. 126, 534. qui acriter *Abgarus* defendit. Vales. ad Euseb. H. E. 1, 13. utrumque rectum esse defendit, sed præfert Ἀγβαρος, *Acbarus*, ob consensum græcorum et latinorum scriptorum. Scilicet, non quæritur, utrum sit per se rectius, sed utrum vulgo inter Græcos et Latinos tritius. Ern.

languescere, aut in perfidiam mutari : itaque urgeret cœpta. » Quod spretum fraude Acbari, qui juvenem ignarum, et summam fortunam in luxu ratum, multos per dies adtinuit apud oppidum Edessam. Et vocante Carrhene, « promptasque res » ostentante, « si citi advenissent, » non cominus Mesopotamiam, sed flexu Armeniam petunt, id temporis importunam, quia hiems occipiebat.

XIII. Exin nivibus et montibus fessi, postquam campos propinquabant, copiis Carrhenis adjunguntur; tramissoque amne Tigri, permeant Adiabenos, quorum rex Izates societatem Meherdatis palam induerat, in Gotarzen per occulta et magis fida inclinabat. Sed capta in transitu urbs Ninos, vetustissima sedes

17. *Summam fortunam in luxu ratum. Fortunæ* liber Agric. an *summa fortunæ?* etsi et scripta lectio proba.

Carrhene. Jac. Gronovius notat, in MS. Flor. scribi sine aspiratione : semel uno *r.* Ed. pr. semper *Carene.* Sed ibi etiam infra *Parrhacis;* et in aliis quoque verbis una litera pro duplici. Sic et Guelf. Ern.

Quia hiems occipiebat. MSS. Reg. Agr. ed. pr. *occupabat :* et sic placebat Mureto. Ceteræ edd. *occipiebat.* Ern. Bud. *occipiebat.* Rectius forsan *occupabat,* nam hiems jam erat adulta. Ea dicendi forma occurrit, et Germ. 22.

Campos. Sic Flor. Reg. Agr. Alii et Bud. *campis.* Eadem diversitas apud Liv. 30, 25.

Quorum rex Juliates. Ita edidi ex meis libris. Vulgo tamen, *Hyliates :* et statim infra, *Ezates,* etiam in manuss. Scito verum nomen esse *Iazates.* Ita enim appellatur constanter Josepho 20, 2, 3; ubi et historia omnis explicita de origine hujus regis et progressu. Narrat autem Josephus, Judaicæ religionis eum et matrem Helenam fuisse : multaque alia, quæ operæ sit legere. Lips. *Juliates* ed. pr. et mox *Ezates,* ut Guelf. Mox eadem *per occulta et magis fida,* ut post Rhenanus dedit e cod. Bud. quum intermediæ edd. dedissent *occultam et m. fidam.* Ern. Ap. Jos. *Izates* vocatur in ed. Froben. et Haverc. In hac tamen p. 958. in vers. lat. *Iazetes* dicitur in nota *h.* Bud. *Yliates :* mox *Ezates.*

In transitu urbs Ninos. In transitu est, dum eas regiones transeunt. De Nino porro ne dubites, quam funditus a Cyaxare et Nabuchodonosore deletam scimus : instaurata post videtur, sed ut ad pristinam magnitudinem non rediret. Sic videtur cum aliis, tum Cellario G. A. t. 2, p. 660.

Assyriæ, et Arbela, castellum insigne fama, quod, postremo inter Darium atque Alexandrum prælio, Persarum illic opes conciderant. Interea Gotarzes, apud montem, cui nomen *Sambulos*, vota diis loci suscipiebat, præcipua religione Herculi: qui, tempore stato, per quietem monet sacerdotes, « ut, templum juxta, equos venatui adornatos sistant. » Equi, ubi pharetras telis onustas accepere, per saltus vagi, nocte demum, vacuis pharetris, multo cum anhelitu redeunt. Rursus

Castellum insigne fama. Attentum lectorem non fallet vitium. Quid enim? An Ninon castellum vocat, quam paullo ante urbem? Et utrumne apud Ninon postremum Darii cum Alexandro prælium fuit? Immo haud procul Arbela, apud pagum *Gaugamela*. Inseruerim ergo vocem, *sedes Assyriæ, et Arbela castellum insigne fama*: aut certe, si satis sit id intellegi, addita copula, *sedes Assyriæ et castellum*. Lips. Ryckius e MS. Agr. recepit *et Arbela, c. i. f.* Sed illum codicem interpolatum non uno loco contendit Jac. Gronovius, nec probat Ryckii factum. Pichena posteriorem Lipsii conjecturam recepit. Ego vitium esse in h. l. non ambigam. Nam potuit quidem Tacitus periphrasi uti; sed tum debuit dicere: *c. i. f. ad quod.... Persarum opes conciderunt*: non sic, ut est in vulgatis. Nunc clarum est, nomen loci præcessisse, de quo aliquid addat, ut ante de Nino. Itaque recepi lectionem codicis Agr. Unde Gronovius didicerit, præclaram urbem fuisse, nescio: Curtius *vicum* appellat. Ern. Pichenam sequuntur Bip. Bud. *sed. Ass. cast. i. f.* absque copula. Si quid supplendum, Bip. potius *Gaugamela* id esse volunt, rectius tamen plane nomen omitti censent. Ceterum Arbela Strabo 16, p. 737, κατοικίαν ἀξιόλογον, et Arrian. 3, p. 173, πόλιν vocat. Ast Gaugamela hoc teste l. 6, p. 399, vicus erat non magnus nec celebris. Unde factum, ut Arbelis potius gloria pugnæ adscriberetur.

Præcipua rel. Herculis. MSS. Flor. Oxon. Guelf. et edd. Puteol. Rivii *Herculi*: quod non spernendum: i. e. sed maxime vota suscepit Herculi. Ed. pr. etiam *præcipuæ*. Vulgati sensus: sed maxima religione ibi Hercules colitur. Mox *stato* e Fl. cod. Pichena vett. edd. *statuto*. Illud verum esse, latinitas docet, estque et in aliis MSS. ap. Broterium. Ern. Bud. *præcipua rel. Herculi.*

Telis onustas. Vatic. *telis omissis onustas*: nec scio, quid voce ea faciam. Forte, *telis omnigenis onustas*. Lips. Sic et ed. pr. Acidalius conjiciebat *missilibus*. Credo, vitiosam et veram scripturam a librario fuisse conjunctam, quod vitiose scriptum delere nollet. Nam *omissus* et *onustus* confundi possunt. Ante pro *ubi* MS. Oxon. *ut*, et Guelf. Ern. — * Bud. *telis onustas.*

Rursus. Cod. Agr. *rursum.* Sed v. 13, 14.

deus, qua silvas pererraverit, nocturno visu demonstrat: reperiuntuntque fusæ passim feræ.

XIV. Ceterum Gotarzes, nondum satis aucto exercitu, flumine Corma pro munimento uti: et, quamquam per insectationes et nuntios ad prœlium vocaretur, nectere moras, locos mutare, et missis corruptoribus, exuendam ad fidem hostes emercari. Ex quis Izates Adiabeno, mox Acbarus, Arabum cum exercitu, abscedunt, levitate gentili, et quia experimentis cognitum est, barbaros malle Roma petere reges, quam habere. At Meherdates, validis auxiliis nudatus, ceterorum proditione suspecta, quod unum erat reliquum, rem in casum dare, prœlioque experiri statuit. Nec detrectavit pugnam Gotarzes, deminutis hostibus ferox. Concursumque magna cæde

18. *Nocturno visu demonstrat.* Non demonstrat nocturno visu, sed per dejectas fœras. Puto, *Deus qua silvas pererraverit nocturno cursu* (vel incursu) *demonstrat.* — 19. *Acbarus, Arabum cum ex.* Cod. Agric. *Acbarus Arabum rex.* — 20. *Quod unum erat reliquum.* Bene cod. Agric. non agnoscit τὸ *erat.* Aberat et a Budensi.

Qua silvas pererraverit. Vulgo, *quas silvas pererraverint.* Florentini lectionem reposuit Pichena. *Pererraverit* ed. pr. MS. Guelf. (et Bud.) Ern.

Mox Acbarus Arabum, cum exercitu abscedunt. Pichena conjicit *et rex Abbarus Arabum c. ex.* et tantum de Arabum exercitu intelligi, cum Izates privatus fuerit, nec copias adduxerit. Hæc non excidissent viro præstantissimo, si Josephum et Zonaram inspexisset; aut animadvertisset c. 12. legendum: *Adiabenos, quorum rex Izates.* Intelligo tamen, esse in hac narratione, quo aliquis, acutum videns, facile offendatur: eique hoc remedii censeo, ut scribamus: *Ex quis Izates Adiabeno, mox Abbarus Arabum cum exercitu, abscedunt.* Si non dixisset supra c. 12. *Rexque Arabum Abbarus*, admitterem Farnesianum, tanquam Izati nunc eum titulum temperasset apponere, quia c. 13. dederat. Sed, quum superius utrumque regem appellasset, fatua hic ea mentio in altero. Non minus fatuum *Izates Adiabenus*, tanquam id antea non percepissemus. Nihil commodius quam *Adiabeno*, ut intelligas ex proximo *cum exercitu.* Gron. Placet Ryckio et mihi. Ern. Emendo sic cum Bip.

Roma petere reges. Schegkius ad Vellei. 2, 102. e cod. Herbipol. laudat *Romam:* idque probat, et exemplis illustrat. Adde Burm. ad Ovid. Met. 7, 296. Et sic plane exhibent MS. Guelf. ed. princ. Mox cod. Bud. Guelf. et ed. pr. Rhen. Aldi, Gryph. non habent *erat.* Ern.

et ambiguo eventu : donec Carrhenen, profligatis obversis longius evectum, integer a tergo globus circumveniret. Tum omni spe perdita, Meherdates, promissa Parrhacis, paterni clientis, secutus, dolo ejus vincitur, trahiturque victori. Atque ille, « non propinquum, neque Arsacis de gente, sed alienigenam et romanum, » increpans, auribus decisis vivere jubet, ostentui clementiæ suæ, et in nos dehonestamento. Dein Gotarzes morbo obiit, accitusque in regnum Vonones, Medos tum præsidens. Nulla huic prospera aut adversa, quis memoraretur. Brevi et inglorio imperio perfunctus est; resque Parthorum in filium ejus Vologesen translatæ.

XV. At Mithridates Bosporanus, amissis opibus vagus, posteaquam Didium, ducem romanum, roburque exercitus abisse cognoverat, relictos in novo regno, Cotyn, juventa rudem, et paucas cohortium, cum Julio Aquila, equite romano : spretis utrisque, concire nationes, illicere perfugas : postremo, exercitu coacto, regem Dandaridarum exturbat imperioque ejus potitur. Quæ ubi cognita, et jam jamque Bosporum invasurus habe-

21. *Profligatis obversis. Profligatis ebusis* cod. Agric. Latet gentile nomen. f. *Odrusis.* — 22. *Cotyn, juventa rudem. Juventæ* malim. Dictum alibi. Sic *fessa senum ac rudis puerilis ætas* ex MS. 15, 38. 4, 8., *rudis ætas nepotum. Rudis certaminum* Orat. c. 5. *rudis bonarum artium Agrippa Postumus* Ann. 1, 3. *facinorum non rudis* 12, 51. *rudes animi* 3, 26. Mox, *Julio Aquilio* cod. Agr.

Medos tum præsidens. Ita e Fl. edidit Pichena : quam constructionem supra vidimus 3, 39. 4, 5. etc. Editi ante Pichenam omnes *Medis.* Ern. Sic et Bud.

Mithridates. Dio Mithridatem quemdam nominat, prolem magni illius, cui Claudius regnum Bospori largitus sit. 60, 8. Sed is alius debet fuisse ab isto. Lips.

Et jam jamque Bosporum invasurus habebatur. Sic omnes editi, nisi quod ed. pr. *januamque* vitiose pro *jamjamque*, et *invasurum.* Rhenanus dicit se delevisse *et jam*, et pro *habebatur* scripsisse *videbatur :* sed operæ vulgatum dedere; quod non tentandum est. *Invasurus habebatur* pro, erat, dicebatur. Virgil. 12, 134. *tumulus, qui nunc Albanus habetur.* Noster infra c. 23. *jure, quo Sicilia haberetur,* i. e. *esset* etc. Mox

batur, diffisi propriis viribus Aquila et Cotys, quia Zorsines, Siracorum rex, hostilia resumpserat, externas et ipsi gratias quæsivere, missis legatis ad Eunonen, qui Adorsorum genti præcellebat. Nec fuit in arduo societas, potentiam romanam adversus rebellem Mithridaten ostentantibus. Igitur pepigere, « equestribus prœliis Eunones certaret : obsidia urbium Romani capesserent. »

XVI. Tum composito agmine incedunt : cujus frontem et terga Adorsi, media cohortes et Bosporani tutabantur, nostris in armis. Sic pulsus hostis, ventumque Sozam, oppidum Dandaricæ, quod desertum a Mithridate, ob ambiguos popularium animos obtineri, relicto ibi præsidio, visum. Exin in Siracos pergunt, et trans-

23 *Qui Adorsorum genti præcellebat.* Forte *gentem.* Vide nos Ann. 3, 66. — 24. *Obtineri relicto ibi præsidio visum.* Scribo, *obtineri e re relicto ibi præsidio visum.* Vide nos Ann. 11, 18. sed et mox c. 17. forte scribendum, *custodia cingere arduum visum e re, ut belli potius jure caderent.*

bene Pichena dedit *diffisi* e lectione cod. Fl. *diffisis* : quod est etiam in ed. pr. Ceteri *diffisus.* Ern. Rhen. *etiam* delevit auctoritate Bud.

Soracorum rex. Farnes. *Siracusorum.* Vera scriptura, *Siracorum.* Nam et a Strabone in 11, p. 506. Τὰ τῶν Σιράκων φῦλα dicuntur. Populi sunt ad Caucasum. Lips. *Syracusorum* etiam Flor. (Bud.) Guelf. Reg. ed. pr. Puteol. *Syracusarum* Alc. *Soracorum* primus dedit Rhenanus. infra Guelf. ed. pr. *Seracos.* Ryckius recepit *Siracorum.* Initium ejus vocis certe desiderant scripti. Sed scriptura MSS. potest etiam facta esse e *Siracenorum* vel *Seracenorum.* Nam Ptolem. 5, 9. vocat Σιρακηνούς, et scriptura Strabonis 11, p. 492. Σιρακούς. Ern.

Adorsorum genti. Straboni, Plinio, Ptolemæo, hi populi dicti *Aorsi:* inter Scythas. Lips. Quod recepit Ryckius. Ern.

Nostris in armis. Aliter exaudio, quam vulgus. Id est, nostri in lateribus erant, et ad armos. Nec enim solos Romanos in armis fuisse censendum. Sed cum Aorsi in fronte agminis et tergo essent, in medio Bosporani, Romanos latera tutatos esse. Nisi tamen legendum, *nostris armis*, ut dicat Bosporanos, romano ritu instructos armatosque : quod malo. Lips. Posterius verum puto. Mox *Sozam* cod. Fl. ed. pr. Sed ceteri *Soza.* Item *Dandaricæ*, quod se correxisse pro *Dandaridæ* dicit Rhenanus, est in ed. pr. Ern. Romano more instructos cum Lipsio intelligunt Pich. Heins. alii. Favent loca 2, 52. 3, 43. Hirt. B. Al. 34. Nec tamen delenda præpositio, ut recte monent Acid. et Bip. Bud. habet

gressi amnem Pandam, circumveniunt urbem Uspen, editam loco, et mœnibus ac fossis munitam; nisi quod mœnia, non saxo, sed cratibus et vimentis, ac media humo, adversum irrumpentes invalida erant: eductæque altius turres, facibus atque hastis turbabant obsessos. Ac, ni prœlium nox diremisset cœpta patrataque expugnatio eundem intra diem foret.

XVII. Postero misere legatos, « veniam liberis corporibus » orantes: « servitii decem millia » offerebant. Quod adspernati sunt victores, quia trucidare deditos sævum, tantam multitudinem custodia cingere arduum: belli potius jure caderent. Datumque militibus, qui scalis evaserant, signum cædis. Excidio Uspensium metus ceteris injectus, nihil tutum ratis, cum arma, munimenta, impediti vel eminentes loci, amnesque et urbes

nostri in armis: ubi Rhen. supplet *erant*. Porro Bud. *Soza Dandarice*, quod recepit Rhen. sc. terræ. Nec ea re suspecta debebat esse Rhenani fides Ernestio in præf. ed. 2, p. XXXII. Haud raro Bud. cum edit. pr. conspirat.

Sed cratibus junctis. Vatic *cratibus et vimentis*, probo. Lips. Sic et Flor. Reg. Agr. Ed. pr. transpositis vitiose, ut alibi, literis *jumentis*. Cod. Bud. *cratibus vinctis ac vimentis. Junctis*, quod est in ed. Puteol. et Riv. factum e *vinctis*, quod est in Guelf. ut ante *jumentis* e *vimentis*. Vid. ad 11, 31. *Vinctis* autem natum est e glossa. Broterius edidit *cratibus revinctis*, per conjecturam: *vimentis* improbat, quia nuspiam id verbum apud Latinos occurrit. *Media humo* illustrabit Cæsar B. G. 7, 23. Ern. De cod. Bud. sic habeto. Clare adparet, scriptum fuisse per errorem bis *ac vimentis*, dein secundam manum ex priori fecisse *vinctis*. Hinc Rhen. conjectabat *vinctis sarmentis*. Etsi *vimentum* non occurrat apud scriptores, analogiæ tamen non repugnare cum Ryckio arbitror. Ex *media* in Bud. r. m. fecit *modica*, quod et in Flor. superscriptum. — *V. Polybe de Folard, t. 3, p. 12.

Ut belli potius jure caderent. Hæc verba pendent ab *adspernati sunt*. Acidalius autem malebat transponere post *signum cædis*. Non absurda conjectura. Forte tamen *ut* delendum, quod etiam hic, propter frequentiam τοῦ υ, ingratum est. *Belli potius jure caderent*, multo fortius et efficacius erit, et ita Tacitus aliis quoque locis. Mox pro *perrump.* vitiose edd. vett. *prorump.* usque ad Rhenanum. Ern. In Bud. tamen est *prorumperentur*; ergo Rhen. ex ingenio.

juxta perrumperentur. Igitur Zorsines, diu pensitato, Mithridatisne rebus extremis, an patrio regno consuleret; postquam prævaluit gentilis utilitas, datis obsidibus, apud effigiem Cæsaris procubuit, magna gloria exercitus romani, quem incruentum et victorem, tridui itinere abfuisse ab amne Tanai constitit. Sed in regressu dispar fortuna fuit; quia navium quasdam, quæ mari remeabant, in litora Taurorum delatas circumvenere barbari, præfecto cohortis et plerisque centurionum interfectis.

XVIII. Interea Mithridates nullo in armis subsidio, consultat, cujus misericordiam experiretur. Frater Cotys, proditor olim, deinde hostis, metuebatur: Romanorum nemo id auctoritatis aderat, ut promissa ejus magni penderentur. Ad Eunonen convertit, propriis odiis non infensum, et recens conjuncta nobiscum amicitia validum. Igitur cultu vultuque quam maxime ad præsentem

Apud eff. Cæsaris. Qualis ferebatur in signo militari. Cf. 15, 24. et Suet. Cal. 14.

Plerisque centurionum. A Rhenano est, ex emendatione, ut ait, codicis Bud. Nam mei manuss. itemque editiones antiquæ, *plerisque consularium*; (ut Guelf.) quidam *consiliarium*. (ut cod. Fl.) Verum puto, *auxiliarium*. Nam præit de præfecto cohortis. Lips. *Centurionum* verum esse puto. Magnæ semper cladis signum apud historicos, interitus multorum centurionum, infra c. 28. *Præfectus tamen et octo centuriones cecidere*: sic alibi. Pichenæ conjectura est *classicorum* vel *classiariorum*. N. Heinsii: *commanipularium*; J. Gronovii *contubernalium*. Mox ed. pr. *id auctoritatis*: item Putcol. et MS. Guelf. pro quo temere Beroaldus et Alciatus *ejus auctor*. Restituit verum Rhenanus. Ern. Is recte monet de Bud. nam et in hoc prius erat *consularium*, ut habent cod. Reg. et Agr. teste Ryckio.

Propriis odiis infensum. Franc. Modius e Rodolphi Agricolæ codice negationem inserit, *non infensum*. Quod approbo. Non enim Eunones a se Mithridatem oderat, sed in gratiam aspectumque Romanorum. Lips. Idem placet Gronovio, vel *nullis*: cujus notam contra Salinerii ineptias omisi. Ceterum malui prius exhibere cum Ryckio, quod est in MS. quam *nullis* cum Freinsh. de mera conjectura, etsi nixa loco Taciti 15, 64. *nullo proprio in Paullinam odio*: J. Gronovius dedit *inoffensum*. Mox Guelf. *maxime* sine *quam*. Ern.

fortunam comparato, regiam ingreditur, genibusque ejus provolutus, « Mithridates, inquit, terra marique Romanis per tot annos quæsitus, sponte adsum. Utere, ut voles, prole magni Achæmenis, quod mihi solum hostes non abstulerunt. »

XIX. At Eunones claritudine viri, mutatione rerum, et prece haud degenere permotus, adlevat supplicem, laudatque, « quod gentem Adorsorum, quod suam dexteram petendæ veniæ delegerit. » Simul legatos literasque ad Cæsarem in hunc modum mittit: « pop. romani imperatoribus, magnarumque nationum regibus, primam ex similitudine fortunæ amicitiam: sibi et Claudio, etiam communionem victoriæ esse. Bellorum egregios fines, quotiens ignoscendo transigatur. Sic Zorsini victo nihil ereptum. Pro Mithridate, quando gravius

25. *Prece haud degenere. Degeneri* cod. Agr.

Prece haud degenere permotus. Scripsisse se, uti ante, *permotus*, Rhenanus ait. At ita jam ed. pr. *Promotus* est in ed. Puteol. vitio operarum, ut opinor, quod servat Rivius. Ed. pr. etiam *degeneri*. Mox frustra Rhenanus *quod* deleri volebat. Ern. In Bud. vitiose est *premotus*. Ibi est *quod g. Ad. quod* etc.

Petendæ v. d. Cod. Agr. inserit *exemplum.*

Etiam communionem victoriæ esse. Sic Flor. Guelf. ed. pr. Puteol. Riv. Ceteræ *ex communione victoriæ*, ad Pichenam usque. Illud Taciti stilo convenientius, ob varietatem constructionis, qua delectatur. Ern. Bud. *communionem.*

Quoties ignoscendo transigatur. Mihi multo potius *transigatur*, in quo intelligo *res, controversia, id quod bello quæritur.* Sic H. 3, 46., *Affuit, ut sæpe alias, fortuna populi romani, quæ Mucianum viresque Orientis illuc tulit; et quod Cremonæ interim transegimus.* Annon hic quoque verbum absolute ponitur? Numquid autem conventio utriusque partis consensu inita accipienda est? Non secus in Agricola 34. *Transigite cum expeditionibus: imponite quinquaginta annis magnum diem.* Gron. Sic et MS. Guelf. ed. pr. idque restituit Rhenanus (e Bud.) cum *transigatur* dedissent Puteol. Riv. Beroald. Alciatus: idque frustra defendit Freinsh. Ceterum etiam *bellum transigi* recte dicitur, nec de eo dubitandum erat. Noster Hist. 2, 38. *singulis veluti ictibus transacta sunt bella.* Livius 9, 12, *transigere cum Publilio certamen*, quod tuetur Drakenb. Ern.

mereretur, non potentiam, non regnum precari! sed ne triumpharetur, neve pœnas capite expenderet. »

XX. At Claudius, quamquam nobilitatibus externis mitis, dubitavit tamen, accipere captivum pacto salutis, an repetere armis rectius foret. Huc dolor injuriarum, et libido vindictæ adigebat. Sed disserebatur contra : « Suscipi bellum avio itinere, importuoso mari : ad hoc reges feroces; vagos populos; solum frugum egens : tum tædium ex mora, pericula ex properantia, modicam victoribus laudem, ac multum infamiæ, si pellerentur. Quin adriperet oblata, et servaret exsulem : cui inopi quanto longiorem vitam, tanto plus supplicii fore. » His permotus scripsit Eunoni, « meritum quidem novissima exempla Mithridaten, nec sibi vim ad exequendum deesse : verum ita majoribus placitum, quanta pervicacia in hostem, tanta beneficentia adversus supplices uten-

26. *Atque Claudius.* Forte *ad quæ Claudius.* Et deinde, *dubitavit tamen acciperet.* — 27. *Et libido vindictæ adigebat. Adjacebat* cod. Agr. an *adacuebat?* Deinde idem codex, *solum frugum egenum, tædium.*

Non potentiam, non regnum. Sic MS. Guelf. quod ut elegantius et stilo Taciti congruum recepi. Alii *neque regnum.* Secutus est Broterius rationem nostram. Ern.

Pœnas capite expenderet. Farnes. *exciperet.* At de more ipso plectendi in carcere triumphatos duces, suadeo omnino legas Fabrum Semestr. 2, 3. Lips. Cod Agr. *excip.* unde Ryckii amicus conjiciebat : *exigerent.* Ern. Bud. *expenderet.* Bip. recepere *exciperet.* Sed *expendere pœnas* tritum. Sic Cic. Tusc. 2, 10., *Pœnas fato Jovi expendisse.* Cf. Virg. Æn. 11, 258.

At Claudius. Sic J. Gron. e MS. Flor. Idem est in Guelf ed. pr. Ceteri libri *atque.* Ern. Bud. *at.*

Hinc dolor injuriarum. Forte *huc dolor.* Lips. Recte. Mox ed. pr. *adjacebat.* Post eadem *ad hoc*, ut Rhen. (e Bud.) dedit. Sic Guelf. Ern. Pich. etiam in marg. *huc.* In Bud. supra *dolor* a r. m. scriptum *libido.*

Vagos populos. Guelf. corruptissime *pulsos.* Mox melius *periculum.* Ern.

Cui inopi. Flor. Guelf. ed. pr. *quin inopi : Cui* verum est. Ante ed. pr. *pelleretur.* Ern. Heins. *quia.*

Quanta pervicacia in hostem. A Mureto est, qui ingeniose veram lectionem pervidit. Nam vulgo erat : *quantalibet pertinacia in hoc tentata. Pervicacia* autem in Vatic.

dum. Nam triumphos de populis regnisque integris adquiri. »

XXI. Traditus post hæc Mithridates, vectusque Romam per Junium Cilonem, procuratorem Ponti, ferocius, quam pro fortuna, disseruisse apud Cæsarem ferebatur. Elataque vox ejus in vulgum hisce verbis : « non sum remissus ad te, sed reversus : vel, si non credis, dimitte et quære. » Vultu quoque interrito permansit, cum rostra juxta, custodibus circumdatus, visui populo præberetur. Consularia insignia Ciloni, Aquilæ prætoria decernuntur.

XXII. Iisdem consulibus, atrox odii Agrippina ac Lolliæ infensa, quod secum de matrimonio principis certavisset, molitur crimina et adcusatorem, qui objiceret « Chaldæos, Magos, interrogatumque Apollinis Clarii simulacrum, super nuptiis imperatoris. » Exin

28. *Dimitte et quære.* Quos dimitteret? Puto *i, mitte.* Mitte aliquem.

scriptum. Lips. Ed. pr. *quanta pervicacia in hoc tentata. Pervicacia* pro constantia in bonam partem non semel est apud nostrum. Ern. Fallitur Lips. quum vulgo *pertinacia* scribi refert. Saltem Beroaldi editio et Rhen. habent *pervicacia.* Bud. propius accedit ad emendationem Mureti : *quanta pervicacia in hoc tempta benef.* quod r. m. porro magis etiam corrupit. De *pervicacia* indicem consule.

Mithridates. Eum putat esse Ryckius, de quo sermo 12, 15. contra mentem Lipsii, qui negat ad h. l.

Junium Colonem. Hic et infra emendo *Cilonem.* Dio auctor 60, 33. faceta narratione inserta super hoc homine. Præfuerat Bithynis, inquit, (nam Bithynia adjuncta, ut opinor, Ponticæ administrationi) et præfuerat nequiter, avare. Questi Bithyni apud Claudium sunt, poposceruntque pœnas. Cum parum intellexisset Claudius in turba strepituque adstantium, quid dixissent Bithyni, alios interrogat. Ibi Narcissus pronus in Cilonem, audaci mendacio edidit, gratias eos agere Ciloni. Tum ille : præsit ergo eis alterum biennium. Dicitur autem Dioni Ἰούνιος Κίλων ; et firmat Velius Longus (ap. Putsch. p. 2234) : *Cilones*, ait, *vocantur homines angusti capitis et longi : chilones a brevioribus labiis dicti.* Glossæ : *cilo*, προκέφαλος. Declamator in Sallustium c. 6. pro hominibus nequam improbisque accepit : *Quidquid impudicorum, cilonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum in tota urbe fuit.* Vide Festum in *Chilo* et *Cilo.* Lips.

Claudius, inaudita rea multa de claritudine ejus apud senatum præfatus, « sorore L. Volusii genitam, majorem ei patruum Cottam Messallinum esse, Memmio quondam Regulo nuptam : nam de C. Cæsaris nuptiis consulto reticebat : » addidit « perniciosa in remp. consilia, et materiem sceleri detrahendam. Proin, publicatis bonis, cederet Italia. » Ita quinquagies sestertium, ex opibus immensis, exsuli relictum. Et Calpurnia illustris femina pervertitur, quia formam ejus laudaverat princeps, nulla libidine, sed fortuito sermone. Unde vis Agrippinæ citra ultima stetit. In Lolliam mittitur tribunus, a quo ad mortem adigeretur. Damnatus et lege repetundarum Cadius Rufus, adcusantibus Bithynis.

XXIII. Galliæ Narbonensi, ob egregiam in patres reverentiam, datum, « ut senatoribus ejus provinciæ,

Sorore L. Volusii genitam. De cujus gentis nobilitate Rutilius in Itiner. 169. *Qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen ; Et reges Rutulos, teste Marone, refert.* Lips.

Memmio quondam Regulo. Vide Sueton. in Caio 25. itemque Dionem 59, 12. Statim vox *nuptiis* abest Farnes. codici : et illæsa sententia potest. Lips. Cf. 14, 47. Male ed. ant. *Monnio.*

Et materiem sceleri. Ed. pr. *materiem celeriter detrahendam. Materiem* primus Rhen. dedit (e Bud.). Mox Acidalius putat *ita* incongruum, legique vult *at*, vel expungendum. Frustra. Sensus est : his dictis senatus motus decrevit exsilium et publicationem bonorum, sed ut quinquagies relinqueretur e bonis. De divitiis Lolliæ Plinius 9, 58. Ern.

Cadius Rufus. Male ego olim, *Claudius ;* male vir doctus, in Re numaria, *Cordius* restituit. Est ille, de quo H. 1, 77., *Redditus Cadio Rufo, Pedio Blæso, senatorius locus, qui repetundarum criminibus sub Claudio ac Nerone ceciderant.* Si mutamus, legerem *Tadius.* Lips. Firmant *Cadius* numi ap. Pellerinum in Numis urbium t. 3, pag. 227. Cod. Reg. *Claudius.* Agr. *Cœlius.* Vir doctus ap. Ryckium *Canius* e Martial. 3, 20. Mox pro *in patres* ed. pr. in *partes*, solenni etiam in scriptis confusione. Ern. H. 1, 77. cod. Agr. habet *Candius*, inde conjectura de *Canio* firmari posset.

Ut senatoribus ejus provinciæ. Libera rep. liberum senatoribus peregrinari etiam rei privatæ caussa. Id tantum excogitatum, ut legatio libera peteretur a senatu sumereturque : quo majori abessent cum dignitate. Cicero sæpe. At, lapsa rep. in servitutem, senatoribus etiam adempta

non exquisita principis sententia, jure, quo Sicilia haberetur, res suas invisere liceret. » Iturææque et Judæi, defunctis regibus, Sohemo atque Agrippa, provinciæ

hæc libertas. Augustus id instituit imperio firmando, et ne quis illustriorum commeare ad exercitus aut conciliare milites provincialesve posset. Dio eleganter 52, 42., Προσαπεῖπε πᾶσι τοῖς βουλεύουσι μὴ ἐκδημεῖν ἄνευ τῆς Ἰταλίας, ἂν μὴ αὐτός τινι κελεύσῃ, ἢ καὶ ἐπιτρέψῃ. Καὶ τοῦτο καὶ διῦρο ἀεὶ φυλάσσεται. Quamquam præivisse ad hoc factum Augusto Julius videtur: *qui sanxit, ne quis senatoris filius nisi contubernalis aut comes magistratus peregre proficisceretur*, ait Sueton. 42. Ubi libido mihi legendi, *ne quis senator senatorisve filius*. Si enim filiis interdictum; major ratio, ut senatoribus ipsis. In usu autem, ut commeatus peregrinandi a Cæsare ac senatu peterentur. Sueton. Calig. 29. *Prætorium virum ex secessu Anticyræ.... propagari sibi commeatum sæpius desiderantem, cum mandasset interimi*; etc. quo loco rejecta vocula scripserim, *prætor. virum secessu Ant.* Sed Claudius a se solo id peti primus instituit. Sueton. 23. subobscure: *Commeatus a senatu peti solitos sui beneficii fecit.* Cui luceat do ex Dione 60, 25., Τοῖς δ' οὖν, inquit, αἰτουμένοις, ὅστε ἔξω τῆς Ἰταλίας ἀποδημῆσαι, ἐφίει μὲν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἄνευ τῆς βουλῆς. Τοῦγε μὴν καὶ νόμῳ τινὶ αὐτῷ δοκεῖν ποιεῖν, δόγμα γενέσθαι ἐκέλευσε. Vide et l. 22. D. ad municipalem. Atque in primis Cassiodorum: apud quem expressa formula ipsa dandi hujus per principem commeatus Variar. 3. epist. 21. Augustus tamen in hoc decreto suo Siciliam exceperat: sicut nunc Claudius Narbonensem, quia utraque provincia vicina et quasi suburbana. Dio 52, 42., Πλὴν γὰρ ὅτι ἐς τε τὴν Σικελίαν καὶ ἐς τὴν Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα, οὐδαμόσε ἄλλοσε βουλευτῇ ἀποδημῆσαι ἔξεστιν. Ad hoc Claudianum interdictum respexit Suidas, etsi id paullo aliter effert, in Κλαύδιος. Ait: Νόμον προὔθηκε, μὴ δύνασθαι βουλευτὴν ὑπὲρ ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως οὐσίαν, χωρὶς τῆς τοῦ Βασιλέως κελεύσεως. Lips. *Non exquisita principis sententia* iis modo senatoribus permissum in Sic. et G. N. proficisci, qui in ea possessiones haberent. Dio l. mox c.

Sohemo atque Agrippa. Quorum ille Arabum Iturææorum, hic Judææ rex. Sohemus autem scribendum, aut certe Soæmus ex Dione: non Sohennius, ut edition. vulgatæ. Dio de Caligula 59, 12., Ἐν δὲ τούτῳ, Σοαίμῳ τὸν τῶν Ἰτυραίων τῶν Ἀράβων.... καὶ Πολίμωνι τὸν πατρῷαν ἀρχὴν ψηφισαμένης δὲ τῆς βουλῆς ἐχαρίσατο. De Agrippa et mutatione secuta vide Josephum 19, 8, 9. qui tamen nihil aperte de contributione Judæorum in Syros. Immo vero etiam nunc, ut ante, præsides suos sive procuratores habebant: qui adspiciebant quidem legatum Syriæ, sed non assidue audiebant. Quid et Agrippa junior rex etiam fuit, patre defuncto. Quomodo igitur *provinciæ Syriæ additi* noviter, cogitandum sit, aut a peritioribus rogitandum. Lips. Ed. pr. *Sohema*, vitiose in terminatione. Ern.

Syriæ additi. Salutis augurium, quinque et viginti annis omissum, repeti, ac deinde continuari, placitum. Et pomerium auxit Cæsar, more prisco; quo iis, qui protulere imperium, etiam terminos urbis propagare datur. Nec tamen duces romani, quamquam magnis nationibus subactis, usurpaverant, nisi L. Sulla et D. Augustus.

Salutis augurium. Quod e tenebris primus eruit Politianus, quem licet legas Miscell. cap. 13. Dionem 37, 24. 51, 20. Festum in voce *Maximus prætor*. Sed numerus in Tacito satin' verus? delibero. Nam suprema mentio capti hujus Augurii apud Dionem 51, 20. est a. U. 725. cum et Janus item ab Augusto clusus. Atqui ab eo die ad hunc 802. U. a. non 25. uti hic scriptum, sed 77. intersunt anni. Ut ergo verus justusque hic numerus sit, a Tiberio repetitum id augurium necesse est Cornelio Cethego, Visellio Varrone coss. a. U. 777. Lips. Adde interpr. ad Sueton. Aug. c. 31. Cic. de Div. 1, 47. *Augurium* autem pro omine dicitur; de quo vid. Burm. ad Suet. Aug. 95. Ern.

Pomerium urbis. Idque lapis etiam nunc testatur Claudiani ævi, Romæ (ap. Grut. p. 196.) TI. CLAVDIVS. DRVSI F. CAISAR. AVG. GERMANICVS. PONT. MAX. TRIB. POT. VIIII. IMP. XVI. COSS. IIII. CENSOR. P. P. AVCTIS. POPULI. ROMANI. FINIBVS. POMERIVM. AMPLIAVIT. TERMINAVITQ. Auxit, post Britanniam romano imperio adjectam. Lips. Apud Gruterum est etiam altera inscr. (p. 1078, 10.) pertinens ad pomerium ab Augusto prolatum: C. MARCIVS. L. F. L. N. CENSORINVS. ET. C. ASINIVS. C. F. GALLVS. COS. EX. S. C. FIN. POMER. TERMIN. In MS. Guelf. non est *urbis*: et, quoniam in inscriptionibus allatis et aliis auctorum latinorum locis pomerium simpliciter dicitur ut ap. Cic. N. D. 2, 4. Liv. 1, 44. et c. 24. nostrum, id verbum et hic sustuli. Ern. In posteriori Grut. loco omissa vox POMER. Sed v. Pigh. Ann. ad a. U. 745. In lapidibus scribi solet *pomerium*. Sic et Græci. Alias *pomœrium*, quasi post mœros s. muros. Liv. 1, 44. *Urbis* est in Bud.

L. Sulla et D. Augustus. Non defendo te, Corneli: erras. Etiam C. Cæsar auxit interjectus inter eos duos. A. Gellius auctor 13, 14. Dio 43, 50., Ταῦτά τε ἐποίει, καὶ νόμους εἰσέφερε, τό, τε πωμήριον ἐπὶ πλεῖον ἐπεξήγαγε. Apud eumdem Antonius in laudatione Cæsaris funebri 44, 49., Ὃ καὶ τὸ πωμήριον αὐτῆς (τῆς πόλεως) ἐπηύξησας. Cicero ad Attic. 13, 20., *De urbe augenda quid sit promulgatum, non intellexi. Id sane scire velim.* Juvat tamen aliquid nostrum, quod Suetonius, exactæ in tabulis diligentiæ, nihil hujus in Julio commemorat: et fortean concepta a Julio res, perfecta demum ab Augusto. Nam ille nugator apud Senecam de Brev. vit. 14. ridiculus, qui *Sullam ultimum Romanorum protulisse pomerium tradidit: quod nunquam provinciali sed italico agro acquisito mos proferre apud antiquos fuit.* Vide, quæ huc faciunt, apud Vopiscum in Aureliano 21. Lips.

XXIV. Regum in eo ambitio vel gloria, varie vulgata. Sed initium condendi, et, quod pomerium Romulus posuerit, noscere, haud absurdum reor. Igitur a foro boario, ubi æreum tauri simulacrum adspicimus, quia id genus animalium aratro subditur, sulcus designandi oppidi cœptus, ut magnam Herculis aram amplecteretur. Inde certis spatiis interjecti lapides, per ima montis Palatini ad aram Consi, mox ad curias veteres, tum ad sacellum Larium : forumque romanum et Capitolium non a Romulo, sed a T. Tatio additum urbi credidere. Mox pro fortuna pomerium auctum. Et, quos tum Claudius terminos posuerit, facile cognitu et publicis actis perscriptum.

Regum in eo ambitio. Consule Onufrium in urbe Roma. Lips.

Interjecti lapides. Sunt *cippi pomerii*, quos Varro vocat L. L. 4, 32. Columellæ positæ pomerii designandi caussa. Ern.

Mox ad curias veteres. Ita manuss. et recte, Varro de L. L. l. c. *Curiæ duorum generum. Nam et ubi curarent sacerdotes res divinas, ut curiæ veteres ; et ubi senatus humanas, ut curia Hostilia.* Festus : *Novæ curiæ ad compitum Fabricium ædificatæ, quod parum amplæ veteres a Romulo factæ.* Plautus Curc. 4, 1, 19., *Sub veteribus ibi sunt qui dant, quique accipiunt fœnore.* Liv. 44, 16., *Ædes P. Africani pone veteres ad Vortumni signum laneasque* (scribe, *lanienasque*) *et tabernas conjunctas in publicum emit.* Ovidius easdem intelligit Fastor. 3, 139., *Janua tunc regis posita viret arbore Phœbi : Ante tuas fit idem, curia prisca, fores.* Lips. Loca Plauti et Livii ad veteres tabernas pertinent, non ad curias veteres. Ern.

Ad sacellum Larium. MSS. Flor. Guelf. Agr. *larum :* idque exprimere voluerunt operæ ed. pr. quæ habet *larem.* Ejus scripturæ multa e libris scriptis exempla vide ap. Oudend. ad Suet. Domit. 17. intelliguntur autem *lares publici :* Porro Ryckius interpungit post *forum romanum.* Sic et alii voluere, ut quatuor anguli Romæ ab initio quadratæ explerentur. Sed etiam Dionys. 2, 50. forum numerat in partibus Tacito demum recepto additis, sed ab ipso et Romulo communiter, ut videtur. Si placet post. *for. r.* interpungi, legam deinde *at Capit.* Ern.

Publ. actis perscriptum. Sic MSS. Flor. Guelf. Reg. Agric. Ed. pr. J. Gron. Ryck. Ceteri *præscriptum*, vitiose. Verba illa in scriptis et editis olim sæpe permutari notum est. Guelf. addit etiam *est.* Ern. Bud. a 1. m. *perscriptum.*

XXV. C. Antistio, M. Suilio coss., adoptio in Domitium, auctoritate Pallantis, festinatur. Qui obstrictus Agrippinæ, ut conciliator nuptiarum, et mox stupro ejus illigatus, stimulabat Claudium, « consuleret reipublicæ: Britannici pueritiam robore circumdaret. Sic apud D. Augustum, quamquam nepotibus subnixum, viguisse privignos: a Tiberio super propriam stirpem Germanicum adsumptum. Se quoque accingeret juvene, partem curarum capessituro. » His evictus, biennio majorem natu Domitium filio anteponit, habita apud senatum oratione in eundem, quem a liberto acceperat, modum. Adnotabant periti, nullam antehac adoptionem

29. *Adnotabant.* Adoptavit Tiberius Germanicum, sed fratris filium, ejusdem proinde gentis, non externæ.

Adoptio in Domitium. Agnosce ergo, lecter, et tolle librarii errorem (non enim ipsius Suetonii, puto) Neronis c. 7. *Undecimo ætatis anno a Claudio adoptatus est, Annæoque Seneca jam tunc senatori in disciplinam traditus.* Adoptatus Nero XI. ætatis anno? Falsum, vel te judice et indice, Suetoni. Nam idem scribis XVII anno ad imperium eum pervenisse, quod et Tacitus et Dio adstruunt. Atqui ab hoc die ad imperium anni intersunt non quinque. *Duodecimo*, ergo in Suetonio scribendum: si ratio quidem constatura est. Lips. Ed. pr. *Optio.* Item MS. Guelf. qui et infra h. c. habet *orationem* pro *adoptionem.* Paulo post ed. pr. *pueritiam robur circumdaret.* Ern.

Se... accingeret juvene. Ed. pr. *accingeret: juvenem p. c. capessiturum.* Ern.

Biennio majorem natu. Freinsh. corrigit *triennio* ex 13, 6. 15. ubi eodem fere tempore Neroni XVII. Britannico XIV. anni tribuuntur. Ryckius autem natalibus utriusque comparatis e Suet. Ner. 6. et Claud. 27. quatuor annis majorem Neronem facit. Dodwellus denique Præl. Camden. 5, 6. *quinquennio* corrigendum censet: primam vocis partem notis numeralibus scriptam fuisse: e V. factum II. quem lapsum librariorum frequentem esse in libris scriptis: quod etiam pluribus locis ad Livium notavit Drakenb. Si Tacitum sibi constare velimus, Freinshemius hic potius audiendus erit. Mox Guelf. *habita ante ad senatum.* Mox *eundem* videtur indicare, in nulla parte immutatam a Claudio orationem: alias esse debebat *eum.* Ern. *Triennio* probant Bip. item Brot. Tres annos et duo menses inter Neronis et Britannici natales intercessisse, notat etiam Eckhel in D. NN. vet. vol. 6. p. 260.

Nullam antehac adoptionem. At-

inter patricios Claudios reperiri, eosque ab Atto Clauso continuos duravisse.

XXVI. Ceterum actæ principi grates, quæsitiore in Domitium adulatione: rogataque lex, qua « in familiam Claudiam et nomen Neronis transiret. » Augetur et Agrippina cognomento *Augustæ*. Quibus patratis, nemo adeo expers misericordiæ fuit, quem non Britannici fortunæ mœror adficeret. Desolatus paullatim etiam servilibus ministeriis, intempestiva novercæ officia in

qui Tiberius Germanicum adoptavit, uti notum. Excusabunt id curiosi, quod Tiberius jam e Claudiis migrarat in gentem Juliam. Lips.

Atta Clauso. Secuti summs spectatæ fidei codicem Vat. qui disertim habet *Atto Cluso*. superius tamen aliena manu I. addito, ut fieret *Attio*. Ut mirer, jurisconsultum Vertranium scribere duos Vat. *Accio Clauso*, referre. Sed ille quidem nobis imposuit: ego si fallo, tum mihi quivis oculos *Istos, suppositis eruito manibus*. Facit a Vatic. in eadem bibliotheca vetus Sueton. qui initio libri tertii, *Atta Claudio* refert. Et quidni probabile, cum Clausus recens e Sabinis esset, prænomen eum habuisse terminatione Sabinum? Emendandus ita, me judice, Livius 2, 16., *Atta Clausus, cui postea Appio Claudio Romæ nomen fuit*. et 10, 8., *Principem nobilitatis vestræ, seu Attum Clausum, seu Ap. Claudium vultis*. De Clauso, manifeste post Virgilium Silius 17, 33., *Hic prisca ducens Clausorum ab origine nomen, Claudia*. Et Ovidius in Fastis 4, 305., *Claudio Quincta genus Clauso referebat ab alto*. Lips. *Atto* Flor. cod. quod verum est. Vide supra ad 4, 9. Edd. pr. Rhen. Ald. etc. *Appio*. Puteol. Beroald. Alc. (Bud.) *Actio*. Ern.

Quæsitiore in Domitium adulatione. Pichena bene sic e cod. Fl. ubi est *quæstiore*. Ed. pr. *quæstore*, ut Guelf. quod ex eodem ortum. A Puteol. ad Pichenam editum erat *exquisitiore*. (* Ita Bud. super eraso.) Tacitus sæpe simplici illo utitur, ut vel index docet. Ern.

Rogata lex. Curiata apud Pontifices. Vid. Hist. 1, 15. Mox tentor legere *fortuna mœrore*: sed vulgatum etiam, quamquam durius, ferri potest. Ern.

Desolatus paullatim. Ita capio. Britannicus spoliatus exutusque paullatim non solum honestiore comitatu, sed etiam servulis; cum Agrippina eos, quasi ad alia officia operasque, avocaret. Desolatus. *μονωθείς*, solus relictus: uti 1, 30., *Nonanus opperiendas Tiberii epistolas clamitaverat; mox desolatus aliorum discessione, imminentem necessitatem sponte prævertit*. Lips. Add. Gronov. Obs. 4, 21. Ern. — **Officia* Khunius putat intelligi de fictis, intempestivis, simulatis humanitatis officiis, quæ Britannico depresso exhibebat Agrippina, ad ejus ludibrium. Cf. H. 1, 45.

Intempestiva novercæ officia. Sic correxi ex ed. pr. deleta præposi-

ludibria vertebat, intelligens falsi. Neque enim segnem ei fuisse indolem ferunt: sive verum, seu periculis commendatus, retinuit famam sine experimento.

XXVII. Sed Agrippina, quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci impetrat; cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Ac forte acci-

30. *Sive verum, sive periculis commendatus.* Lego, *sive e vero, sive periculis commendatus.* — 31. *Cui nomen.* Cod. Agric. sic transponit, *cui nomen ex vocabulo ipsius inditum.*

tione *per*, quam ceteri libri omnes habent. Viri docti frustra quærunt sensum commodum *per int. n. o.* referentes ad *desolatus*. Tum sequentia nullum sic commodum sensum habent, at, deleto *per*, omnia bene procedunt. Noverca volebat officiosa videri; sed id faciebat inepte. Itaque Britannicus, intelligens fraudem, ridebat inepta officia. Nihil clarius esse potest. Mox *falsi* etiam est in Guelf. et ed. pr. sequentes usque ad Rhenanum *falli se*. Post a Guelf. abest *ei* post *segnem*: quod placeret, nisi scirem, atque alibi exemplis positis monuissem, Tacitum id pronominis, etiam præter necessitatem et elegantiam, ponere solere. Ern. Bud. *per i. n. off.* ubi Rhen. putabat τὸ *verto* absolute poni: frustra. delenda præpositio. Dein *falsi* Rhen. e Bud.

Sive verum; seu periculis. Desistite medici: nullum hic vulnus. Sive, inquit, revera non segnis illi indoles fuit: sive pericula, et ex periculis favor, hanc ei famam circumdederunt. Alternans hic sermo per Tacito familiaris. 3, 31., *Longam et continuam absentiam paullatim meditans, sive ut amoto patre Drusus munia consulatus solus obiret.* 2, 22., *De se nihil addidit metu invidiæ, an ratus conscientiam factis satis esse.* Et exempla obvia. Lips. Recte. Livius 1, 4. *seu ita rata, seu quia Deus auctor culpæ honestior.* ed. pr. bis habet *sive*. Mox *retinuit* est pro *obtinuit*. *Commendatus* sc. favori hominum, favorabilior factus. Ern. Bud. *sive v. sive p.*

Deduci impetrat. Sic Guelf. ed. pr. Puteol. ceteræque. In Lipsianas *imperat* vitio operarum irrepsisse puto: unde Freinshemio nota nata. Ern.

Ex vocabulo ipsius. Parum ἀναλόγως ergo vulgo Colonia Agrippina dicitur, etsi ita passim in Æthico et Itinerario Antonini: melius Agrippinensis aut Agrippinensium. Etiam Claudia agnominata, fide lapidis, quem totum adscribamus ad gratiam celeberrimæ urbis (ap. Grut. p. 436.) M. MARIO. M. F. STEL. TITIO. RVFINO. COS. LEG. LEG. I. MINER. P. F. CVR. COL. CLAVD. AVG. AGRIPPINENSIUM. PROCOS. PROV. SICILIÆ. CVR. AMITERNOR. PRÆT. TR. PL. Q. PROV. MACEDON. SEVIR. TVRMAR. EQ. ROM. TRIB. LATICL. LEG. I. ADIV. P. F. IIII. VIRO. STLITIBVS. IVDIC. Quo jure deducta colonia fuerit, Paullus lib. 2. De censibus D. 50, 15., *In Germanicu inferiore Agrippinenses juris Italici sunt.* Lips.

derat, ut eam gentem, Rheno transgressam, avus Agrippa in fidem acciperet. Iisdem temporibus in superiore Germania trepidatum adventu Cattorum, latrocinia agitantium. Inde L. Pomponius, legatus, auxiliares Vangionas ac Nemetas, addito equite alario, monuit, « ut anteirent populatores, vel dilapsis improvisi circumfunderentur. » Et secuta consilium ducis industria militum, divisique in duo agmina, qui lævum iter petiverant, recens reversos, prædaque per luxum usos et somno graves, circumvenere. Aucta lætitia, quod quosdam e clade Variana quadragesimum post annum servitio exemerant.

Avus Agrippa. Quod factum credo Agrippa et L. Gallo Coss. a. U. 717. ex Dione 48, 49. Lips.

Adventu Cattorum. Muret. *Caucorum.* Ed. pr. *Canthorum*, et mox c. 28. *Canthi.* Nempe tum scribebant *Catthi*, ut est in ed. Put. hinc *Canthi* efficti. MS. Guelf. *Cactorum:* at post *Cathi.* Ern.

Deinde L. Pomponius legatus. Parum cohæret narratio. Cui rei enim illud *deinde?* Vereor, ut exciderint ea, quæ de Sulpicii Galbæ et P. Gabinii expeditione adversum Cattos Marsosque Dio narravit 60, 8. Quamquam ea gesta annis aliquot ante. Lips. Acidalius succurrebat corrigendo *proinde.* Sed videtur hic lacuna esse. In ed. pr. punctum est post *deinde.* Non moveret me, cum valde vitiosa et absurda sæpe sit in hoc libro interpunctio: sed hic non de nihilo esse videtur, non modo rei caussa, sed etiam quia idem punctum in editione Puteolani Riviique expressum est, item in Guelf. MS. Mox eadem ed. pr. *Vangionas*, ut MS. Flor. ed. Puteol. Alciati, J. Gron. Primus mutavit Rhenanus in *Vangiones*, sive operæ. Ern. Punctum post *deinde* in ed. Puteol. parum juvat, nam et istam particulam punctum præcedit. Lampugn. e cod. Mir. dare se profitebatur *proinde*, quam plumbaturam parum firmam vocat Lipsius. Verum sic sæpe Cic. ut Catil. 2, 5. Verr. 5, 71. Sall. Jug. 49. Plin. ep. 7, 1. Hillero Rac. 36. placet *inde* eodem sensu, i. e. quam ob rem. Hoc verum puto. Bud. *Vangionas* De Pomponio v. 5, 8. 11, 13. de Orat. 13.

Addito equite alario monuit. Codex Bud. Guelf. habet, *monitos:* unde opinatur Rhenanus scribendum: *addit, equite alario monito.* Sane et ed. pr. *monito.* Vulgatum est a Puteolano. Vix aliquid certi dici posse arbitror, propter suspicionem lacunæ. Sed monitum Pomponii non modo ad equites pertinuisse, sed etiam pedites, patet e sequentibus. Mox *dilapsis* Guelf. ed. pr. Puteol. Riv. Ber. Alc. ut e cod. Flor. dedit Pichena. *Delapsis* est a Rhenani editione. Mox Guelf. *militis.* Singularis

XXVIII. At, qui dextris et propioribus compendiis ierant, obvio hosti, et aciem ausо, plus cladis faciunt; et præda famaque onusti, ad montem Taunum revertuntur, ubi Pomponius cum legionibus opperiebatur, si Catti, cupidine ulciscendi, casum pugnæ præberent. Illi metu, ne hinc Romanus, inde Cherusci, cum quis æternum discordant, circumgrederentur, legatos in urbem et obsides misere; decretusque Pomponio triumphalis honos, modica pars famæ ejus apud posteros, in quis carminum gloria præcellit.

XXIX. Per idem tempus Vannius, Suevis a Druso Cæsare impositus, pellitur regno: prima imperii ætate clarus acceptusque popularibus; mox, diuturnitate in superbiam mutans, et odio accolarum, simul domesticis discordiis circumventus. Auctores fuere Vibillius,

etiam alibi pro plurali restitutus in hac voce. Ern. Bud. *dilapsis*, et mox *militum*.

Quadragesimum post annum. Justa supputatio. Clades illa enim accepta a. 763. Lips. *Quadr. post* ed. pr. et sequentes usque ad Rhenanum, qui (e Bud.) *post* præposuit. Restituit in locum e cod. Fl. Pichena. Post *Taunum* se correxisse pro *Taurum* dicit Rhen. At sic jam ed. pr. *Taurum* fluxit a Puteolano: sed est et in scriptis, velut Guelf. de Tauno monte dictum est ad 1, 56. Ern. Bud. *Taunum*.

Suevis a Druso. Non genti toti Suevorum, sed iis, qui Maroboduum et Catualdam reges comitati erant; *qui a Druso, ne quietas provincias immixti turbarent, Danubium ultra inter flumina Marum et Cusum locati sunt, dato rege Vannio gentis Quadorum*, ait noster 2, 63. Vannii regnum in parte describit Plinius 4, 25., *Campos et plana Iazyges Sarmatæ, montes vero et saltus pulsi ab his Daci ad Pathissum amnem, a Moro* (nescio an corrig. *Maro*) *sive is Duria est, a Suevis regnoque Vanniano dirimens eos*. Lips.

Mox diuturnitatem. Lego *diuturnitate*. *Mutans*, pro *mutatus*, quod apparet ex MSS. Varro: *In priore verbo graves prosodiæ quæ fuerunt, manent: reliquæ mutant*. Lips. Sic cod. Fl. ed. pr. *Diuturnitatem* est a Puteolano. Mox ed. pr. *Vibillius*: quod se in vett. libris reperisse jam Muretus notavit, et ita e cod. Flor. et Agr. edidit Ryckius, probante J. Gronovio: quem nos sequimur. Add. 2, 63. *Jubillius* quomodo e *Vibillius* factum, intellige e nota ult. ad c. 16. Sic ed. pr. hoc ipso capite *jus* pro *vis*. Ern. Bip. suadent leg. *mutatus*.

Hermundurorum rex, et Vangio ac Sido, sorore Vannii geniti. Nec Claudius, quamquam sæpe oratus, arma certantibus barbaris interposuit, « tutum » Vannio « perfugium » promittens, « si pelleretur : » scripsitque P. Atellio Histro, qui Pannoniam præsidebat, « legionem, ipsaque e provincia lecta auxilia, pro ripa componeret, subsidio victis, et terrorem adversus victores, ne, fortuna elati, nostram quoque pacem turbarent. » Nam vis innumera Lygii, aliæque gentes adventabant, fama ditis regni, quod Vannius 30 per annos prædationibus et vectigalibus auxerat. Ipsi manus propria pedites, eques e Sarmatis Iazygibus erat, impar multitudini hostium : eoque castellis sese defensare, bellumque ducere statuerat.

XXX. Sed Iazyges, obsidionis impatientes, et proximos per campos vagi, necessitudinem pugnæ adtulere, quia Lygius Hermundurusque illic ingruerant. Igitur

Sido. Ille ipse, qui postea in partibus Vespasiani. H. 3, 5., *Trahuntur in partes Sido atque Italicus, reges Suevorum.* Lips.

P. Attilio Histro. Vatic. et Flor. *Atellio.* In veteri inscriptione reperio hominem : quæ sic habet fide Aldi (ap. Grut. p. 443.) SEX. PALPELIO. P. F. VEL. HISTRO. LEG. TI. CLAVDI. CÆSARIS. AVG. PRO. COS. PR. TR. PL. X. VIR. STL. IVDIC. TR. MIL. LEG. XIV. GERMANICÆ. COMITI. TI. CÆSARIS. AVG. DATO. SVB. DIVO. AVG. Quæ si ad illum referenda, quod ego censeo, legend. hic *scripsitque Palpelio.* Lips. *Attellio histro* etiam cod. Agr. ed. pr. Guelf. *Attilio hystro* est a Puteol. (* Sed et Bud. sic.) *Palpelio* placet Ryckio. Ern.

Pannoniæ præsidebat. Quidam scripti, *Pannonium* : nec raro ita noster. 4, 5., *Galliæ litus rostratæ naves præsidebant.* Iterumque : *Litora oceani præsidebat.* Lips. Sic Fl. MS. unde restituit Pichena. De forma hac loquendi jam alibi monitum. Ern. V. ad c. 14. — * Bud. *Panonie.*

Terrori adv. Ed. pr. *terrorem* : quod verum puto. Tacitus amat variare constructionem : et studium intempestivum conformandi sequentia præcedentibus sæpe obfuit Tacito, ut aliquot jam locis vidimus. Vid. v. c. supra c. 19. extr. His scriptis inspicio notam J. Gronovii. Ecce sic MS. Fl. Igitur recepi. Contra Guelf. *tempore.* Ern. Sic et Bud.

Triginta per annos. Legitima ratio esset 33. *per annos.* Lips.

Illic ingruerant. Sic MSS. Fl. Guelf. edd. pr. Put. Ber. Alc. Mu-

degressus castellis Vannius, funditur prœlio: quamquam rebus adversis, laudatus, « quod et pugnam manu capessiit, et corpore adverso vulnera excepit. » Ceterum ad classem, in Danubio opperientem, perfugit. Secuti mox clientes, et, acceptis agris, in Pannonia locati sunt. Regnum Vangio ac Sido inter se partivere, egregia adversus nos fide: subjectis, suone an servitii ingenio, dum adipiscerentur dominationes, multa caritate, et majore odio, postquam adepti sunt.

XXXI. At in Britannia P. Ostorium, pro prætore, turbidæ res excepere, effusis in agrum sociorum hostibus, eo violentius, quod novum ducem, exercitu ignoto,

32. *Egregia adversus nos.* Cod. Agric. *egregia adversus nos fide, incertum suone an servili ingenio.* Non male. Sed τὸ *incertum* tolli potest. Sic infra c. 67., *nec vim medicaminis statim intellectam socordiane Claudii an vinolentia.*

tatum a Rhen. (e Bud.) in *ingruebant.* restituit Pichena. Item post *capessiit*: nisi quod Put. Riv. Ber. Alc. *capessuit* pro *capessivit.* Frustra Rhen. dedit *capessit*: quod est in Guelf. Pichena illud restituit. Ern.

Degressus castellis. Haud dubitanter ita rescripsi pro vulgato *digressus.* sic 4, 49. pro *tumulis non digrediebantur* recte repositum *degrediebantur.* Add. ibid. c. 74. Ern. Bud. *digressus.*

Secuti m. clientes et a. a. Et videtur tollendum. Ern.

Egregia adversus nos fide. Ita Vatic. Livius 5, 35., *Quamquam adversus Rom. nulla eis amicitia.* Noster 3, 29., *Et privignis cum vitrico levior necessitudo, quam avo adversus nepotem.* At vulgo, *apud nos fide* legeris, non latine. Lips. *Adversus* etiam MS. Flor. ed. pr. Paullo ante idem MS. Guelf. et ed. Puteol. *partivere*, ceteri *partiti sunt* ad Pichenam usque. Illud verum, ductumque e Sallust. Jug. 43. putat Ryckius, unde etiam Servius ad Æn. 1, 198. *partiverant* laudat. Sed ibi recte Cortius rescripsit *paraverunt.* Sæpe active *partire* dixit Plautus. Paullo post arbitror legendum *dominationis* ut 6, 45., *dum dominationis apisceretur.* Sed sic jam vir doctus apud Ryckium. Ern. Item Heins. — *Bud. *Adversus partivere.* Ast Pich. volebat *dominationem.*

Suorum an s. i. Cod. Agr. præmittit *incertum.* Quod est manifestum glossema.

P. Ostorium proprætorem. Flor. *proprætore*: quod J. Gron. recte recepit, valde huic formæ favens. Ceteri omnes sc. (it. Bud.) et edd. *proprætorem*: præter Guelf. qui et ipse *pro prætore* exhibet. Hic quidem recipi nil vetat. Ern. Sic et Bip.

et cœpta hieme, iturum obviam non rebantur. Ille gnarus, primis eventibus metum aut fiduciam gigni, citas cohortes rapit: et, cæsis qui restiterant, disjectos consectatus, ne rursus conglobarentur, infensaque et infida pax non duci, non militi, requiem permitteret, detrahere arma suspectis, cunctosque castris ad Auvonam et

33. *Cinctosque castris.* Æstuant hic homines eruditi. Et codex Agric. *junctisque castris*: quomodo ipsum Agricolam legere vult Lipsius. Flor. *cunctaque junctis castris*, id est, continuatis castris, sed verum est *junctoque castris*. Sic *ponte jungere fluvium* et *ripas*. Ni mavis, *cunctaque castris Auvonam inter et Sabrinam fluvios cohibere parat.*

Cæsis qui restiterant. Sic latinitas postulat. Vulgati omnes (et Bud.) vitiose *restiterunt*: quod nullo modo ferendum ultra. Ferri etiam posset *resisterent*. Adde ad c. 32. ubi Acidalius ne *cœptabant* quidem in tali constructione probabat; quod tamen facilius ferri potest. Ern.

Cinctosque castris Antonam. Aciem omnem habui ad hunc locum, nec quidquam pervidi. Libri vett. *cunctisque castris*. Forte: *detrahere arma suspectis, cinctisque: castris Antonam ad Sabrinam* (Ptolemæo est *Sabriana*) *fluvium cohibere parat*. Sive, ut Agricola legebat, *junctisque castris*. Antona sane civitas videtur, manetque hodie Northamptona: quasi dicas septemtrionalis Hammonis civitas. Nam *ton* priscis Britannis semper civitas. Olim divinavi, *cinctosque castris, Antona et Sabrina fluviis*, eo sensu, ut hostem vagum et metuentem pugnæ partim castris, partim fluminibus cingeret, et ab effusa populatione arceret. Sed ludimus aleam, in loco fortasse non pleno. Lips. MS. Fl. *cunctaque castris*, ed. pr. *cunctasque castris*: et mox *Sabnam*. Ceteri ut est in textu. Pichena conjiciebat *cunctosque ultra A. et S.* sensu probabili. *Submovere* alias de hac re dicitur ap. Suetonium. Camdenus (in Brit. p. 375.) *Antonam* pro *Ausona* irrepsisse putabat, qui est fluvius hodie dictus *Avon*, cum *Sabrina* transversam insulam secans ita, ut boreales partes petenti necessario alteruter sit transeundus: idque placebat etiam Cellario G. A. t. 1, p. 323. et Broterio. *Cunctosque* verum esse puto, ex lege disjunctionis: suspectis detraxit arma, omnes submovere et coercere fluminibus castellisque volebat. Si *ultra* durior correctio videtur, possis etiam sic legere: *castris Ausona et Sabrina fluviis cohibere parat*: h. e. submovere ultra flumina illa, et dispositis ideneo loco castris coercere, ne transire fluvios et turbare provinciam et socios possent. Ern. *Cinctos* Camdenus refert ad *hostes*, *castris ad Ausonas* majorem scil. et minorem, quorum alter ad ortum, alter ad occasum vergit, *et Sabrinam fl.* cohibendos. Hillerus mavult *cinctos* referri ad *fluvios*, quos *castris* circumdatos dux rom. clauserit, ne ag-

Sabrinam fluvios cohibere parat. Quod primi Iceni abnuere, valida gens, nec prœliis contusi, quia societatem nostram volentes accesserant. Hisque auctoribus circumjectæ nationes locum pugnæ delegere, septum agresti aggere, et aditu angusto, ne pervius equiti foret. Ea munimenta dux romanus, quamquam sine robore legionum sociales copias ducebat, perrumpere adgreditur, et distributis cohortibus turmas quoque peditum ad munia accingit. Tunc, dato signo, perfringunt aggerem suisque claustris impeditos turbant. Atque illi conscientia rebellionis, et obseptis effugiis, multa et clara facinora fecere. Qua pugna filius legati, M. Ostorius, servati civis decus meruit.

XXXII. Ceterum clade Icenorum compositi, qui bellum inter et pacem dubitabant: et ductus inde in Cangos exercitus. Vastati agri, prædæ passim actæ; non

men infensum illos trajicere posset. Eodem sensu Ryckii amicus præferebat *junctos*. Mihi placet Pichenæ *cunctos* et cum Bip. insero *ad*. Sic omnia plana. Bahrdt in vers. germ. sequitur Ernesti conjecturam: *castris Aufona et Sabrina fluviis c. p.*

Prœliis concussa. Farn. *contusi*. Lips. Sic et Flor. ed. pr. Ceteræ edd. ad Pichenam usque *concussa*. *Contundere* verbum elegans pro frangere, debilitare, quo usus et Sallust. Jug. 43. *nostræ opes contusæ, hostiumque auctæ erant*. Ubi similiter codd. quidam *concussæ*. Vid. ibi Cort. Ern. Bud. *concussi*.

Turmas quoque peditum. Ego scio, nunquam turmas peditum dici; quod tamen libri omnes præ se ferunt. Possit legi, *turmas, quodque peditum*. Addo, Pichenam distinctione expedire, *Turmas quoque, peditum ad munia accingit*. Id est, turmas equitum (qui immunes) jubet peditum officia fungi. Lips. Frustra addidisset *quodque peditum*, cum cohortes jam nominasset. Verum vidit Pichena. *Peditum* pendet a *munia*. Equites non uno loco apud Livium equis descendere, et munia peditum præstare jubentur. Mox pro *qua* Guelf. *contra*. Ern.

Ductus in Cangos exercitus. Promontorium Καγγανὸν etiam Ptolemæus 2, 3. in Britannia agnoscit; sed, qui fuerint proprie hi populi, certant. Ego hoc scio, vicinos Icenis fuisse, et cum iis restituendos Cæsari 5, 21. Corrupte enim ibi legas, *Cenimagni, Segontiaci, Bibroci, missis legationibus, sese Cæsari dediderunt*. Nam Cenimagni nusquam lecti inter Britanniæ gentes. Divido, et scribo: *Iceni, Cangi* Capio ju-

ausis aciem hostibus, vel, si ex occulto carpere agmen tentarent, punito dolo. Jamque ventum haud procul mari, quod Hiberniam insulam adspectat; cum ortæ apud Brigantas discordiæ retraxere ducem, destinationis certum, ne nova moliretur, nisi prioribus firmatis. Et Brigantes quidem, paucis, qui arma cœptarant, interfectis, in reliquos data venia, resedere: Silurum gens, non atrocitate, non clementia mutabatur, quin bellum exerceret, castrisque legionum premenda foret. Id quo promptius veniret, Colonia Camulodunum, valida veteranorum manu, deducitur in agros captivos,

dicem te, Guilielme Camdene, qui Britanniæ tuæ nebulas claro ingenii sole nuper illustrasti. Lips. MSS. Fl. Vat. Guelf. ed. pr. *inde Cangos:* unde Pichena conjiciebat *inde in C.* quod verum puto. Etiam aliis locis librarii *inde* pro *inde in:* et *in* pro *inde in* dedere V. Burm. ad Sueton. Cæs. 35, et ad Vesp. 5. Mox *jamque*, quod e Fl. dedit Pichena, habet etiam Guelf. ed. pr. idemque mox *Brigantas*. Vid. supra ad c. 27. Sic c. 34. *Siluras*. Ern. Ap. Cæs. Camdenus legit *Iceni*, *Regni*. Davies. nil mutat. * Bud. *inde Gangos*.

Qui arma cæptabant. Forte *cœptarant*, Acidalius. Favet ed. pr. *cœperant*, quod est aut pro *ceperant*, aut *cæptarant*. Hoc malim. Infra quoque idem liber *excœpissent*. Adde ad c. 31. Ern.

Silurum gens. Ita correxit (ex ingenio) Rhenanus. Superiores edd. *Sylurarum*. ed. pr. *Dilurum*. Sed dein recte *Siluras:* nisi quod c. 38. *Silvas*. quod omnes libri habent 14, 29. Ern. Bud. *Siluarum*.

Colonia Camalodunum. Quod oppidum antea regum in eo tractu sedes. Dio 60, 21., Καμουλόδουνον τὸ τοῦ Κυνοβελλίνου Βασίλειον appellat. At Camalodunum lapidi prisco insculptum, eccisti (ap. Grut. p. 439.) CENSITOR. CIVIVM. ROMANORVM. COLONIÆ. VICTRICENSIS. QVÆ. EST. IN. BRITANNIA. CAMALODVNI.' Duplex autem eo nomine oppidum, alterum in Brigantibus, alterum in Trinobantibus, colliges ex Ptolemæo l. c. Plinioque 2, 77. Nescio, an nomen illis a peculiari aliquo et indigena deo: cujus fortean mentio in hoc lapide (ap. Grut. p. 56.) CAMVLO. SANC. FORTISS. SAC. TI. CLAVDIVS. TI. F. QVIR. TERTIVS. MIL. COH. VII. PR. 7. VERI. L. D. D. D. *Camulus indigena deus*, idem qui Mars. Lips. Codd. Flor. Agr. Oxon. Guelf. edd. vett. omnes *Camulodunum:* quod verum est, ut etiam scriptura græca docet. Sic etiam Itiner. Anton. Sed inscr. a Lipsio allata, et numus antiquus *Camalod.* quod defendunt Camdenus, p. 322. et Cellarius. Hic quidem, quid libri desiderent, rescribi, quæritur. Ern. Urbs ista in Trinobantibus *Canibodunum* est, non *Camalodunum*.

subsidium adversus rebelles, et imbuendis sociis ad officia legum.

XXXIII. Itum inde in Siluras, super propriam ferociam, Caractaci viribus confisos: quem multa ambigua, multa prospera extulerant, ut ceteros Britannorum imperatores præmineret. Sed tum astu, tum locorum fraude prior, vi militum inferior, transfert bellum in Ordovicas, additisque, qui pacem nostram metue-

34. *Imbuendis sociis ad officia legum. Legionum* Boxhornius. Male. Sic Statius in Silvis 1, 1, 28. ut lego., *Et minor in leges iret socer et Cato nostras.* hoc est, sub leges.

Imbuendis sociis ad officia legum. Veteranos eo deductos ait, a quibus et illi, qui essent in armis, repellerentur, et, qui in ditione, legibus et imperiis romanis adsuefierent, sub fascibus vivere addiscerent. Gron. — * *Obsequia* mavult Burm. ad Claudianum de sexto cs. Hon. v. 100.

Caractaci viribus. Dio 60, 20. Καράκατον nomitat, alii *Catacratum*: Zonaras *Caratacum*, *Caradocum* vocasse videntur Britanni. Certe etiam hodie locus est, et in eo parietinæ arcis, quem *Caer Caradoc* vocant: id est oppidum sive arcem Caradoci. Lips. Ed. pr. *Caratacum* semper, h. l. etiam Guelf. Ern. Ex numo thes. Brit. cum epigraphe CARIC Haymius t. 1, p. 145. hunc regem *Caríctacum* nominandum præcipit. Verum non certum esse, istum numum Britanniæ deberi, nec hic quicquam mutandum, censet Eckhel in Doctr. NN. vet. vol. 1, p. 80.

Sed astu, tum. Amplector Flor. scripturam. *Sed tum astu, locorum fraude prior*: ut sit sensus, astu translatum ab eo bellum, quia fraude ex locorum peritia prior esset. Monuit Pichena. Lips. Cod. Agr. *Sed tamen astu, locorumque fraude prior*, et sic editio prim. (et Bud.) nisi quod τὲ *que* abest. Jac. Gronovius e cod. Flor. conjiciebat, Tacitum scripsisse: *Sed tum astu, loco, tum fraude prior*, quod si cui placet, feram. Ego lectionem cod. Fl. præferam huic conjecturæ. Sed tamen locum non satis sanum puto. Quantum e sequentibus colligere licet, tantum loco callide delecto valebat Caractacus: nullius alius astus mentio. Itaque suspicor, e vestigiis scripturæ, *sed tamen astu*, legendum, *sed ea tempestate, locorum f. p.* Sæpe Tacitus *ea tempestate* 1, 3. 3, 6. etc. In Guelf. est *tum astu, tum loco f.* Ern. Pro *astu* Bip. conjectant leg. *iste*, vel istud glossema putant. Mihi cum Hill. Rac. 8. cod. Guelf. veram lectionem servare videtur, alterum *tum* a præcedente *astu* absorptum est in aliis.

Ordovicas. Ita correxit (ex ingenio) Rhenanus. Ed. pr. *Ordolicas*, Puteol. Alc. (et cod. Bud.) *Ordolucas.* MS. Guelf. *prælium in Ordolucas*: cujus confusionis plura

bant, novissimum casum experitur; sumpto ad prœlium loco, ut aditus, abscessus cuncta nobis importuna, et suis in melius essent. Tunc montibus arduis, et, si qua clementer accedi poterant, in modum valli saxa præstruit: et præfluebat amnis vado incerto, catervæque meliorum pro munimentis constiterant.

post exempla reperiet lector. Britanniæ populus est. Ern.

Pacem nostram. Libri aliquot editionum veterum, *pacem in iram.* Ego legerim, *pacem an iram nostram.* Duplex scilicet stimulus capiendi arma in Romanos: sive quod pacem et servitutem multi timerent, sive quod extrema ab iratis. Lips. Freinsh. *parem injuriam:* alii aliter. Frustra moliuntur. *Pax* eleganter interdum est idem quod imperium. Seneca de Clem. 1, 1., *Hæc tot millia gladiorum, quæ pax mea comprimit.* Cap. 4. *Hic casus romanæ pacis exitium erit: hic tanti fortunam populi in ruinas aget.* Sed et c. 8. *tibi in tua pace armato vivendum est.* In regno vel imperio tuo, quod pace contines, ubi aliis pacem præstas. De Provid. 4. *Omnes considera gentes, in quibus romana pax desinit.* Plinius 27, 1., *Immensa romanæ pacis majestate non homines modo diversis inter se terris gentibusque, verum etiam montes et excedentia in nubes juga partusque eorum et herbas quoque invicem ostentante.* Arrianus in Epict. 3, 22., Ἂν τίς σε ἁλίρῃ, κραύγαζε στὰς ἐν τῷ μίσῳ, ὦ Καῖσαρ, ἐν τῇ σῇ εἰρήνῃ οἷα πάσχω. Ergo *pacem nostram metuunt*, qui detrectant imperium nostrum: qui verentur, ne et ipsi veniant in ditionem nostram. Sic quoque supra Tacitus 29. *terrori adversus victores, ne fortuna elati nostram quoque pacem turbarent.* Hoc est, in fines nostros facerent incursiones: nos quoque adorirentur. Gron. *Pacem in iram* est in ed. pr. Ceteræ inde a Puteol. omnes *pacem nostram.* Recte. Sic *pacari* romanis scriptoribus dicuntur, quæ sub imperium romanum rediguntur armis. Ern. — *Heinsius conj. *pacem irritam* vel *infidam.*

Saxa præstruit. Sic ed. pr. et MS. Oxon. At Puteol. et sequentes omnes usque ad Pichenam *saxis.* Male: cum præcedat *montibus arduis.* Ern.

Catervaque majorum. Lego, *catervæque nationum.* Solitum ita Britannis Gallisque struere aciem per nationes, ut discreta virtus eluceret. Lips. Placet Pichenæ, quia sequitur *ductores gentium.* Sed hi pertinent ad reliquum exercitum: et tantum pars copiarum pro munimentis stabat, non *catervæ nationum.* Nec sequar Ryckium, qui e cod. Agr. rescripsit *caterva majore*, (*ut Heinsio placebat) nec Barthium, qui Adv. 45, 3., *Moniorum* vel *Maniorum*, quæ gens insulam *Moniam* vel *Maniam* habitavit, corrigi volebat. Nihil melius vidi, quam quod Freinsh. voluit: *catervaque armatorum*, s. *catervæ*, ut in Agric. c. 37. quod optime consentit iis, quæ dicuntur c. 35. init. ubi *propugnatores* dicuntur. Ern. Sequor Bip. qui c. 13,

XXXIV. Ad hoc gentium ductores circumire, hortari, firmare animos, minuendo metu, accendenda spe, aliisque belli incitamentis. Enimvero Caractacus huc illuc volitans, « illum diem, illam aciem, testabatur, aut reciperandæ libertatis, aut servitutis æternæ initium fore. » Vocabatque nomina « majorum, qui dictatorem Cæsarem pepulissent : quorum virtute vacui a securibus et tributis, intemerata conjugum et liberorum corpora retinerent. » Hæc atque talia dicenti, adstrepere vulgus; gentili quisque religione obstringi, « non telis, non vulneribus cessuros. »

XXXV. Obstupefecit ea alacritas ducem romanum : simul objectus amnis, additum vallum, imminentia juga, nihil nisi atrox et propugnatoribus frequens, terrebat. Sed miles prœlium poscere, « cuncta virtute expugnabilia, » clamitare, præfectique ac tribuni paria disserentes ardorem exercitus incendebant. Tum Ostorius, circumspectis, quæ impenetrabilia, quæque pervia, ducit infensos, amnemque haud difficulter evadit. Ubi ventum ad aggerem, dum missilibus certabatur,

35. *Certabatur.* Cod. Agric. *certatur.*

56. 16, 5. H. 2, 82. Sall. Jug. 13. ostendunt, *meliores* sæpe notare fortiores.

Pro munimentis. Ante munimenta, ut 2, 80. Cf. 3, 20. Sed alibi instar munimentorum, sic 14, 37. 12, 14.

Aut servitutis æternæ. Nescio, an elegantius veriusque *aut servitutis æternæ fore*, voce deleta. Lips. *Initium* deleri vult et Acidal. qui provocat ad 3, 20. et Germ. 6.

Quisque religione. Guelf. (Bud.) et ed. pr. *religioni quisque.* it. Puteol. Alc. Rhen. Ald. Gryph. Lips. Bene *religione*, cum sequentibus, i. e. suæ quisque gentis more jurat : nam *religio* est religiosa adseveratio. Sic et correxerat docta manus in Gryphiana. Ern.

Ardorem incendebant. Vett. edd omnes *intendebant*, ut volebat N. Heinsius, et est in MS. reg. ap. Ryckium, et Guelf. (it. Bud. a. 1. m.) *Intendere* pro augere, sæpe dici apud nostrum, scio : sed, an satis commode jungatur *ardori*, dubito. Itaque *incendebant* secutus sum, quod tacite receptum est, nescio an e MS. In Agr. cod. esse colligo, quia Ryckius nihil notavit, cum de

plus vulnerum in nos, et pleræque cædes oriebantur. Posteaquam, facta testudine, rudes et informes saxorum compages distractæ, parque cominus acies; decedere barbari in juga montium. Sed eo quoque irrupere ferentarius gravisque miles: illi telis adsultantes, hi conserto gradu: turbatis contra Britannorum ordinibus, apud quos nulla loricarum galearumve tegmina, et, si auxiliaribus resisterent, gladiis ac pilis legionariorum: si huc verterent, spathis et hastis auxiliarium sternebantur. Clara ea victoria fuit, captaque uxore et filia Caractaci, fratres quoque in deditionem accepti.

XXXVI. Ipse (ut ferme intuta sunt adversa) cum fidem Cartismanduæ, reginæ Brigantum, petivisset, vinctus ac victoribus traditus est, nono post anno,

36. *Plus vulnerum in nos et pleræque cædes oriebantur. Et peræque cædis oriebatur*, scribendum.

regio moneret. Et sic correctum est in Gryphiana. Ern.

Decedere barbari in. Acidalius malebat *recedere*. Alius ap. Ryckium *secedere*. Neutrum placet. Vulgatum defendi potest, intellectu *prœlio* vel *munimentis*. *Decedere prœlio* dici, pluribus exemplis docet Dukerus ad Liv. 34, 47. *Decedere præsidio, vallo* dici posse, nemo dubitat. Decedebant prœlio et munimentis, ut in montes evaderent. Ern. l. c. Dukerus potius docet, *decedere* prœlio rarius dici quam *excedere*.

Conferto gradu. Freinsh. volebat *conserto* e 6, 35. ubi *conserta acies*. Et sic est in MSS. ap. Broterium. Sed *conferto gradu* nihil est, quam *conferto agmine* ap. Liv. 22, 28. quod recte defendit Drackenb. etsi libri quidam *conserto*. Adde ad 6, 35. Ern. Cæsar quoque B. G. 1, 24. *confertissima acies*. Plin. 18, 7. *confertis taleis*, sed ad *gradum* aptius quadrat *conserere*. Bud. *conserto*.

Spathis et hastis auxiliarium. Observa diversa arma inter legionarios auxiliaresque: illis gladios et pila; his spathas et hastas tribuit. Spathas autem, *gladios majores* interpretatur Vegetius 2, 15. Lips. Mirum est barbarum vocari verbum *spathæ* a Lupano, quod græcum et ipsius Menandri est in Μισουμ. 2. Gron. Cf. Pollux. 10, 31.

Cartismanduæ. Ed. pr. *Cartimandam* vocat, nisi quod h. l. *Cartimandus* scriptum. Ed. Puteol. h. l. *Cartimanduam* vocat, post semper *Cartimandam*, et sic omnes vett. variant. Sed Hist. 3, 45. constanter *Cartismandua*, Puteol. *Carthimandua*, et sic ceteri vett. Ern.

Nono post anno. Atqui bellum

quam bellum in Britannia cœptum. Unde fama ejus evecta insulas et proximas provincias pervagata, per Italiam quoque celebrabatur : avebantque visere, quis ille tot per annos opes nostras sprevisset. Ne Romæ quidem ignobile Caractaci nomen erat : et Cæsar, dum suum decus extollit, addidit gloriam victo. Vocatus quippe, ut ad insigne spectaculum, populus. Stetere in armis prætoriæ cohortes, campo, qui castra præjacet. Tum, incedentibus regiis clientelis, phaleræ torquesque; quæque externis bellis quæsierat, traducta : mox fratres et conjunx et filia : postremo ipse ostentatus. Ceterorum preces degeneres fuere, ex metu : at non Caractacus,

37. *Fama ejus evecta insulas. Insulam* puto, hoc est, ipsam Britanniam.

cœpit Claudio tertium, L. Vitellio secundum coss. ut Dio clare tradidit 60, 19. Nec inde ad hunc diem plus annos septem numeraveris, ut suspicio jure numeralis mendi sit. Pugnant etiam hæc cum iis, quæ H. l. c. scribuntur : *Carthismandua*, inquit, *Brigantibus imperitabat, pollens nobilitate ; et auxerat potentia, postquam, capto per dolum rege Caractaco, instruxisse triumphum Claudii Cæsaris videbatur.* Nam triumphus Claudii aliquot annis anterior : nec in eo hercle ductus iste Caractacus. Ut nihil dici possit, quin Tacitum in Historiis aut memoria fefellerit, aut provexerit calor quidam scriptionis. Lips. Ryckius putat, initium supputationis ducendum a bello intestino, quod Romanos in Britanniam traxerit. Ern.

Provincias pervagata. MS. Guelf. *civitates* in textu, sed *provincias* in margine. Mox idem *ruebantque visere.* Vulgatum verum esse, series narrationis satis indicat. Ern.

Castra præjacet. Vatic. *castris.* Et statim lego *regiis clientelis.* Lips. *Castris* etiam ed. pr. Reliquæ a Puteolano inde omnes (et Bud.) *castra.* Post rescripsi *tum* pro *tunc* : quod alienissimum esse omnes vident, et aliis quoque locis pro *tum* scribitur. *Tunc* est eo tempore ; *tum*, post, quo facto. Secutus est Broterius. Mox ante Lipsium omnes *clientulis*, estque sic in MSS. *Clientuli* occurrunt infra in Dial. de Or. c. 36. Neque ego spreverim. Per contemtum, ut de reguli barbari clientibus, dici putem. Denique an non durum, *incedere* de clientelis dici ? Pro *traducta* ed. pr. *tradita.* Ern.

Ex metu : at non. Locus prava distinctione laborabat in omnibus edd. præter ed. pr. quæ habet punctum post *requirens*, ubi in ceteris est comma. Atque etiam post *ex metu* colon esse dedebat, non punctum. Nisi vero τὸ *non* est alieno loco : *At Caractacus non vultu demisso aut verbis m. requirens, ubi* etc. quod

aut vultu demisso, aut verbis, misericordiam requirens. Ubi tribunali adstitit, in hunc modum locutus est :

XXXVII. « Si, quanta nobilitas et fortuna mihi fuit, tanta rerum prosperarum moderatio fuisset, amicus potius in hanc urbem, quam captus, venissem : neque dedignatus esses claris majoribus ortum, pluribus gentibus imperitantem, fœdere pacis accipere. Præsens sors mea, ut mihi informis, sic tibi magnifica est. Habui equos, viros, arma, opes, quid mirum, si hæc invitus amisi? Non, si vos omnibus imperitare vultis, sequitur, ut omnes servitutem accipiant. Si statim deditus trade-

38. *Ubi tribunali adstitit. Tribunal* malim ex more Taciti. — 39. *Sequitur.* Cod. Agric. *sequetur,* ut volebat Lipsius.

sane melius puto, placetque Broterio. Denique si *ex metu* abesset, nemo desideraret. Nam *degeneres pr.* sunt meticulosæ. Si genuinum est ; *degeneres pr.* sunt humiles nimis. Ern.

Pluribus gentibus imperitantem. Ita e Flor. edidit Pichena : nescio an recte, cum mox iterum *imperitare* recurrat. Sed hoc leve. Ed. pr. Lips. *imperantem.* Ceteræ veteres omnes *imperitans*, vitiose e Puteolano pro *imperitantem.* Id unde ortum sit, lectio Guelf. indicabit : *non dedignatus essem* (passive) *cl. m. ortus, p. g. imperitans fœdere pacem accipere.* Ern. Plane sic Bud. a 1. m. unde r. m. fecit *imperitans.*

Nam, si vos, omnibus imperitare. Falso vero hoc et inepte dicitur. Idne consequens, ut, qui velit, quod velit possit? Ego me Britannis regem esse volo : illi accipiant? Emendo priorem voculam, et *num* lego : atque ita sententiam interrogatione inspiro. Ego, inquit, vobis me opposui ; quid mirum? An, quia vos omnibus imperare vultis, omnes statim imperari etiam velint? Non hercules animosi nos et liberi. Lips. Sic editum ab illo tempore, usque ad Ryckium, qui edidit *non si*, et MS. Agr. et conjectura Mureti, Grotii : quod est sane elegans, et generoso Caractaci animo aptum. Constantiam enim quandam et firmitatem animi indicat : quamquam, etiam in simplici argumentatione adhibetur, ut patet e Cicer. Top. c. 3., *Non, si uxori vir legavit omne argentum, quod suum est, idcirco, quæ in nominibus fuerunt, legata sunt,* quem locum attulit Ryckius. Noster 14, 48., *Non, quicquid nocens reus pati mereretur, id statuendum.* Constantiæ servit in loco noto Suetonii Aug. 97. et Terentii Eun. 1, 1, 4., *Non, si me obsecret.* Recepit Broterius. Ego, quia *num* scripturæ vulgatæ *nam* similius, hoc secutus sum. Sed tamen et supra *num* et *non* confundi vidimus. Ern. Citatis adde H. 3, 20., *Non, si pateant portæ.* Acid. etiam *num*, et magis *non*, probat. Bud. *nam si*, etc.

rer, neque mea fortuna, neque tua gloria inclaruisset, et supplicium mei oblivio sequeretur : at, si incolumem servaveris, æternum exemplar clementiæ ero. » Ad ea Cæsar veniam ipsique, et conjugi, et fratribus tribuit. Atque illi vinclis exsoluti, Agrippinam quoque, haud procul alio suggestu conspicuam, iisdem, quibus principem, laudibus gratibusque venerati sunt : novum sane et moribus veterum insolitum, feminam signis romanis præsidere : ipsa semet parti a majoribus suis imperii sociam ferebat.

XXXVIII. Vocati posthac patres, multa et magnifica super captivitate Caractaci disseruere : « neque minus id clarum, quam quum Siphacem P. Scipio, Persen L. Paullus, et si qui alii vinctos reges populo romano ostendere. » Censentur « Ostorio triumphi insignia; » prosperis ad id rebus ejus, mox ambiguis : sive, quod, amoto Caractaco, quasi debellatum foret, minus intenta apud nos militia fuit; sive hostes, miseratione tanti regis, acrius ad ultionem exarsere. Præfectum castrorum, et legionarias cohortes exstruendis apud Siluras præsi-

Oblivio sequeretur. Lego, *sequetur*, et distinctione sententiam expedio : *Et supplicium mei oblivio sequetur : at si incolumem*, etc. Lips. Sic jam ante Rhenanus. Ego recipere in textum non dubitavi propter evidentiam, haud paullo majorem, quam ante in *clientelis* : quod tam constanter ab omnibus e Lipsii conjectura, ut alia, editur. Secutus me est Broterius. Ern. *Supplicium* Salinerio hic est supplicatio, ut 3, 64 : male. *Sequetur* Rhen. ex ingenio; nam *sequeretur* in Bud. et hoc aptius.

Vinclis exsoluti. Cod. Florentinus et Bud. *absoluti*. Sic Beroald.

Laudibus gratibusque. Edd. vett. *gratiisque*. Quod nunc editur, MS. Bodl. habet. Ern.

Signis r. præsidere. I. e. inter signa militaria loco edito, tribunali, imperatoris modo, sedere. V. dicta ad Sueton. Tib. 6. Mox *posthac* vett. edd. omnes, de quo supra satis dictum. Ern. ad 3, 4.

Vinctos reges. Sic e Flor. restituit Pichena. At ita dudum ed. pr.; idem exhibet MS. Guelf. et alii ap. Broterium. Intermediæ omnes *victos*. Paullo post MS. Reg. ed. pr. *sive quod hostes*. Ern.

diis relictas, circumfundunt. Ac, ni cito e vicis et castellis proximis subventum foret, copiæ tum occidione occubuissent. Præfectus tamen et octo centuriones, ac promptissimus quisque manipularis cecidere; nec multo post, pabulantes nostros, missasque ad subsidium turmas profligant.

40. *Copiæ tum occidione. Copiarum occidione* cod. Agr. Lege *quantum copiarum.* Ann. 6, 2. cod. Med. *tam* pro *tamquam.* Et *quam* pro *quamquam.* Hist. 4, 33, *Fortissimus quisque e Batavis, quantum peditum erat, funduntur.* c. 59, *Tutor valida manu circumdatos Agrippinenses, quantumque militum apud superiorem Rheni ripam, in eadem verba adigit.* Vita Agr. c. 15, *quantum enim traxisse militum si sese Britanni numerent.* 15, 37, *quantum juxta nemoris et circumjecta tecta consonare cantu.* Sic et *quod sociorum* Ann. 2, 52. *quod auxiliariorum* Ann. 4, 37. *militum* Hist. 2, 44. *sociorum, roboris, alarum cohortiumque, frugum, armentorum, biremium, nationum, peditum.* Atque ita porro. Infra c. 56, *occidioni exempti sunt.*

Ac, ni cito vicis. Editione prisca, et quibusdam scriptis: *cito nuntiis.* Suspicor, *ni citis nuntiis e castellis;* nisi placet, *ni cito municipiis et castellis.* Malim etiam mox: *promptissimus quisque e manipulis cecidere.* Et, *cohortes expeditas opposuit.* Lips. Intelligit ed. pr. sed sic etiam edd. Puteol. Riv. MSS. Flor. Guelf. Muretus conjiciebat *ac ni cito e vicis etc.* Sed Gronov. Obs. 2, 20, vulgatum defendit: ceterum sententiam non expedit. Nam profecto non subventum vicis et castellis, sed præfecto castrorum et cohortibus, in struendis novis præsidiis occupatis, munientibus. Itaque non displicet mihi Mureti conjectura, quæ et aliis placuit: nisi præpositio omissa est consulto, ut in nominibus urbium. *Vici* intelliguntur, in quibus præsidia militaria essent. V. Gronov. ad Agricol. c. 41. *Castella vicique* sæpe junguntur ut ap. Liv. 9, 38, ubi pariter turbant librarii in *vicique.* Neque tamen Lipsii conjecturas spreverim, præsertim priorem. Ern. Bud. quoque *nuntiis et.* Rhen. tamen *vicis et.* Mureti conjecturam suam faciunt Faern. Acid. Heins. Ingeniose Bip. emendant *nuntiasset et.* Sed vel sic puto leg. *e castellis.*

Occidione occ. Vitiose vett. edd. *copiarum obsidione occubuissent.* Rhen. primus ex ingenio dedit *copiæ tum occidione occubuissent.* Muretus eleganter corrigit præterea *occidissent,* quod etiam adscripserat vir doctus in marg. Gryphianæ. Est propria Latinorum formula, *occidione occidere,* ut ap. Liv. 2, 51, ubi etiam libri quidam *obsidione:* v. Drakenb. Ern. Ap. Lact. D. I. 5, 6, *occisione deleverat,* ubi alii *occidione.*

Quisque manipulus. Verius, *e manipulis.* Lips. Pichena *manipularis.* Lipsianum prætulerim, ob consuetudinem Taciti. H. 1, 57, *promptissimi e legatis.* Sed tamen frequentissime genitivum jungit, unde forte malit quis *manipularium.* Ern. Præfero *manipularis,* ut 1, 20, 21; et 15, 12, ubi v. not. Bip. Sunt autem *manipulares* primores militum, s. principes quos nominat Veget.; item principales 2 7.

Pabulantes nostros missasque. Hanc

XXXIX. Tum Ostorius cohortes expeditas opposuit: nec ideo fugam sistebat, ni legiones prœlium excepissent. Earum robore æquata pugna, dein nobis pro meliore fuit. Effugere hostes, tenui damno, quia inclinabat dies. Crebra hinc prœlia, et sæpius in modum latrocinii per saltus, per paludes, ut cuique sors, aut virtus; temere, proviso: ob iram, ob prædam: jussu, et aliquando ignaris ducibus. Ac præcipua Silurum pervicacia, quos accendebat vulgata imperatoris romani vox: « ut quondam Sugambri excisi et in Gallias trajecti fo-

esse veram lectionem putamus, quæ totidem literis est in ed. Puteolani, unde non dubitavimus restituere: secutusque est nos Broterius. Codd. Flor. Guelf. *pabulantis nos ipsos missasque*: ed. pr. *pabulatum nos ipsos missasque*, unde volebat J. Gronovius *hos ipsos*. Atqui proxime de interfectis præcesserat. E *nostros* factum est *nos ipsos*. Beroaldus et Alc. dedere *pabulantis nostros missasque*. Quæ nunc obtinet lectio *pabulantis nostros, ipsasque missas* primum reperitur in ed. Rhen. 1533. unde duxere Aldus, Gryphius, ceteri. Itaque suspicor in nota Rhenani esse vitium operarum; dicit enim se scripsisse *pabulantes nostros ipsos*. Ern. In Rhen. ed. 1544. plane eadem diversitas in textu et nota.

Cohortes expeditas exposuit. Cur *exposuit?* An in navibus fuerant? Legitimum verbum erat *submisit*. Tolerabilius erat *expromsit*. Ern. Bip. *opposuit*, cum Lipsio: rectius.

Pro meliore fuit effugere. Sensus; post existimatum est, nos superiores fuisse, a nostra parte melius pugnatum esse. De usu hoc præpositionis *pro* v. Cort. ad Sall. Jug. 22. Sed mox videtur legendum: *et fugere*. Rationem enim videtur reddere velle, cur, cum æquo Marte discesserint, tamen postea se victores crediderint. In tali re noster copula *et* utitur. Fugere sane hostes, inquit, sed tamen tenui damno etc. Ern.

Provisa. Verius, *provisu*. Lips. MS. Flor. *proviso*, quod recepit recte Pichena. Ern. Et secuti recentiores. Bud. *prouisa*.

Ac præcipua. Rectius conjunctionem abfuturam putat Freinsh. Si quid mutandum, malim *At*, quod hic aptissimum fore, facile omnes sentient. Ern.

Sicambri exciti. Ferretus in notis hic *exciti*: et Ursinus pro correctione Faerni laudat *excisi*. At in omnibus editis meis *excisi* reperi. Et posset *exciti* defendi. Nam Sugambri proprie non deleti, sed suis sedibus exciti in Galliam traducti sunt: estque id fere proprium in ea re verbum. Sed gens excisa dici potest, cum mota sedibus suis aliis immiscetur, ut nomen proprium habere desinat. Et sic h. l. capiendum. Ern. Flor. *excisi*. Sic et Bud.

rent, ita Silurum nomen penitus exstinguendum. » Igitur duas auxiliares cohortes, avaritia præfectorum incautius populantes, intercepere. Spoliaque et captivos largiendo, ceteras quoque nationes ad defectionem trahebant: cum, tædio curarum fessus, Ostorius concessit vita; lætis hostibus, tanquam ducem haud spernendum, et si non prœlium, at certe bellum, absumpsisset.

XL. At Cæsar, cognita morte legati, ne provincia sine rectore foret, A. Didium suffecit. Is propere vectus, non tamen integras res invenit, adversa interim legionis pugna, cui Manlius Valens præerat. Auctaque et apud hostes ejus rei fama, quo venientem ducem exterrerent, atque illo augente audita, ut major laus compositis, vel, si duravissent, venia justior tribueretur. Silures id quoque damnum intulerant; lateque persultabant, donec adcursu Didii pellerentur. Sed, post captum Caractacum, præcipuus scientia rei militaris Venutius, e Brigantum civitate, ut supra memoravi, fidusque diu et

41. *Auctaque et apud hostes.* Forte *aucta æque apud hostes* etc. *fama, atque illo.* — 42. *E Jugantum civitate. E Brigantum* cod. Agric. quod ipsi Agricolæ Lipsius adscribit.

Et in G. tr. f. Ursin. cum Faerno *aut in G. tr. f.*

Atque illo augente audita. J. F. Gron. conjecit: *atque ille augere audita*, non probante filio. Ex ratione oppositionis dedebat esse *ipso augente*. Et hostes augebant, et dux ipse res auctas perscripserat Romam. Ern.

Ut major laus compositi. Judicavi deesse olim aliquid. male. Scribo tantum, *compositis*, et sententia liquida erit. Lips. Id postea recte receptum: quamquam obloquitur J. Gron. Quorsum enim referetur commode *duravissent*, si ante singularis est? Ern. Flor. *compositi*, quod præfert Lallem. Item Bud. ubi 2. m. addidit *belli*.

Jugantum civitate. Legit, *Brigantum* Rodolphus. et sane ex H. 3, 45. ita apparet. Nam quod hic ait, supra se rettulisse, non lego id quidem in his libris. Lips. Ed. pr. *Evigantum*. an id factum e *Brigantum?* Sed e reliqua illius libri ratione colligo, operas dare voluisse aut debuisse e *Jugantum*, quod omnes ceteri habent et MS. Guelf. Vid. ad c. 16. Vett. edd. et MSS. mox *Venutius* omnes. Quis primus *Venusius* dederit, nescio. Sed sic libri H. l. c.

romanis armis defensus, cum Cartismanduam reginam matrimonio teneret: mox orto discidio, et statim bello, etiam adversus nos hostilia induerat. Sed primo tantum inter ipsos certabatur, callidisque Cartismandua artibus fratrem ac propinquos Venutii intercepit. Inde accensi hostes, stimulante ignominia, ne feminæ imperio subderentur. Valida et lecta armis juventus regnum ejus invadunt. Quod nobis prævisum: et missæ auxilio cohortes acre prœlium fecere; cujus, initio ambiguo, finis lætior fuit. Neque dispari eventu pugnatum a legione, cui Cæsius Nasica præerat. Nam Didius, senectute gravis et multa copia honorum, per ministros agere, et arcere hostem, satis habebat. Hæc, quamquam a duobus, Ostorio Didioque, proprætoribus, plures per annos gesta, conjunxi, ne divisa, haud perinde ad memoriam sui valerent. Ad temporum ordinem redeo.

XLI. Ti. Claudio quintum, Ser. Cornelio Orfito coss.

53. *Quod nobis prævisum. Provisum* cod. Agric. — 44. *Multa copia honorum.* An *bonorum?*

Ern. Omnino leg. *Brigantum*, quod et recepere Bip. e c. 32. et H. l. c. *Jugantes* ignorant Geographi. Camdenus p. 558. conjectabat, forsan Cantianos (vulgo *the Gaint*) intelligendos, ipse tamen potius *Brigantum* reponendum censet. Bud. *euigantum*. Idem *Venutius*.

Mox orto dissidio. Discidio et hic scribendum censeo. Gron. Sic MSS. Flor. Bud. Agr. ed. pr. *Dissidio* est a Puteolano invectum. Ern. Cf. 2, 86.

Ne feminæ imperio subderentur. Vereor, Tacite, ut mens tibi præsens. In tuis moribus, non in Britannorum fuisti, cum hæc scripsisti. Numquid illis ignominiosum subdi feminæ? Te igitur audi: *Solitum quidem Britannis feminarum ductu bellare*. Quod clare testatur Boadicæa tua 14, 35. Lips.

Ostorio Didioque. Nomina hæc a glossa quadam adjecta putat Freinsh. Mox τὸ *nunc* abest a cod. Flor. et deleri volebat J. Gron. Cum in omnibus editis esse dicit, fallitur. Non habet Puteolani ed. et Rivii. abest et a MS. Guelf. Itaque delevi. Vulgo: *nunc ad tempp. ordinem redeo*. Ern. Abest et a Bud.

Ser. Corn. Orfito. Hujus consulatus, collega Claudio, notatur etiam inscriptione ap. Fabrettum p. 473. ubi ei idem, quod h. l. nomen tribuitur. Male quidam vocant *Sergium*,

virilis toga Neroni maturata, quo capessendæ reipubl. habilis videretur. Et Cæsar adulationibus senatus libens

alii etiam *Scipionem*, ut in Fastis Panvinii et Almeloveenii etc. Nomen *Scipionis* ductum putant e Dione. Sed bene docet Fabrettus in Descript. lacus Fucini memb. 2. indicem Consulum libri 60., Dionis a Leunclavio consarcinatum utcunque e Xiphilino. Ern.

Virilis toga Neroni maturata. Bene, maturata. Non enim ex ritu populi rom. debebatur ante expletum annum XIV. At ipse ineunte cepit. Tertull. De anima 38. *Jura civilia abhinc* (id est a XIV anno) *agendis rebus attemperant.* Idem de virginib. veland. 11. *Ethnici feminas quidem a* XII *annis, masculos vero a duobus amplius ad negotia mittunt.* Nec alius sententiæ illud Cornelii infra 13, 15., *Turbatus his Nero, et propinquo jam die, quo quartumdecimum ætatis annum Britannicus explebat.* Nota, quod ait, explebat: quia tunc referendus in viros, et ideo ab eo metus. Vetus Horatii interpres indicatum id voluit, dum scribit, *Nobiles pueros prætexta veste sub disciplina usque ad annum decimumquintum usos.* Scilicet, quia tunc toga eam mutabant virili. Hoc verum est. Nec velim pendere ultra viros doctos in tirocinii legitimo die. Nam, quod Augustus aliique serius ceperint togam, ab alia quavis caussa fuit, non a lege, aut more. Lips. De Augusto fefellerunt Lipsium verba Suetonii c. 8. vulgo corrupta: *Decimum annum agens aviam Juliam defunctam pro concione laudavit, quadriennio post virili toga sumpta.* Sed sic jubent ex Nic. Damasceno Florida in Exc. ap. Constant. Porph. p. 474. Ὅτι Καῖσαρ, περὶ ἐννέα ἔτη μάλιστα γεγονὼς, θαῦμά τε οὐ μικρὸν παρέσχε Ῥωμαίοις, φύσεως ἀκρότητα δηλώσας ἐν τοιᾷδε ἡλικίᾳ, καί, ὅπου τοῖς ἀνδράσι πολὺς ἐγγίνεται θόρυβος, ἐν πολλῷ ὁμίλῳ δημηγορήσας. Nempe ἀποθανούσης αὐτῷ τῆς τιτθῆς. Mox: Κατέβαινε δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν περὶ ἔτη μάλιστα γεγονὼς τεσσαρεσκαίδεκα, ὥστε ἀποδίσθαι μὲν αὐτὸν ἤδη τὴν περιπόρφυρον ἐσθῆτα, ἀναλαβεῖν δὲ τὴν καθαρὰν, σύμβολον οὖσαν, τῆς εἰς ἄνδρας ἐγγραφῆς. Atque ita penes utrumque scribendum recte judicavit Henr. Valesius ad h. l. Neque aliter legas suadeo apud Quintil. 12, 6., *Cæsar Augustus, decem natus annos aviam pro rostris laudavit.* Etsi vulgo ibi quoque *duodecim.* Corrigenda et Vita Virgilii: *Initia ætatis Cremonæ egit usque ad virilem togam, quam* XVII *anno natali suo accepit, iisdem illis consulibus, quibus erat natus.* Repone: *quam quintodecimo natali suo accepit.* Nam consules illi, Cn. Pompeius Magnus, M. Licinius Crassus, fuerunt primum a. U. C. 683. Iterum 698. Capitolinus Marco 4. *Virilem togam sumpsit quinto decimo ætatis anno.* Aug. Buchnerus cum ad Plinii Epist. 2, 14. *qui nuper togas sumpserunt*, observat, describi septendecim annorum ætatem, quod sexdecim annos nati togam puram, prætexta posita, sumerent, vulgarem secutus est errorem Manutiorum, Sigonii, aliorum. Ex quibus Aldus in Quæsitis 3, 1. Ciceroni filio datam in exitu sextidecimi anni togam virilem scribit, qui natus fuerit Cotta et Torquato coss. Atqui L. Julio Cæsare, C. Marcio Figulo natum scribit ipse ad Atticum 1, 2.

cessit, « ut vicesimo ætatis anno consulatum Nero iniret: atque, interim designatus, proconsulare imperium ex-

hoc est a. U. C. 689. Tirocinium autem ejus fuit Lentulo et Marcello coss. a. U. C. 704. hoc est, quintodecimo. Idem perperam accipit, quod est apud Ovidium Fast. 3, 771. quasi velit ille, pueris non expectato ætatis anno XVI per unum solummodo diem Baccho dicatum toga pura uti licuisse. Nam, *quare toga libera detur*, est, quare dari soleat, non in istum diem modo, sed in perpetuum, tum cum in viros transcribuntur; et *pueris* est, qui adhuc prætextam gesserunt. Petrus Servius in Juvenilibus Feriis argumentum firmissimum censet, quod legimus apud Valerium Max. 5, 4, 4. a M. Cotta, quo die togam virilem sumpsit, ut e Capitolio descendit, postulatum Carbonem; *minorem* autem *septem et decem annis prætor postulare vetat*. l. 1. §. 3. D. de postul. Id mihi nullius ponderis videtur: facile namque legibus annariis aut eximia virtus aut gratia illustris solvitur. Quem et vehementer falli puto in verbis Cicer. pro Cælio 5. *Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga constitutus*. Nam, inquit, prætexta puerilis non adeo dimissa ac protracta erat, ut brachio eam colligi oporteret; virilis autem cum longius defluere, latius pateret, ac multum laciniosa esset, brachio manuque colligenda erat. Hæc somnia mera: nec minus, quæ inde colligit, vere, cum sumeretur toga, una brachio cohibitam: quasi *cohibere brachium toga* nihil sit aliud, quam togam liberam induere: et olim statum annum ejus sumendæ fuisse, postea incertum. Cicero enim significat, primo post sumptam togam anno puberes modestiæ specimen dedisse cohibito intra togam dextro brachio neque exserto: quali cum semper esset Cethegus, ferocior habitus est, et meruit illud Lucani 2, 543. *exsertique manus vesana Cethegi*. *Olim* autem particula obliquam habet insectationem temporum, quum, sublatus haud quidem, multo tamen solutior iste mos esset, crescente in dies licentia et lascivia juventutis. Sic igitur habendum, non XVI aut XVII, non incertum omnino atque arbitrarium, sed quintumdecimum solennem ac legitimum tirocinii annum fuisse; nisi qua eum gravis caussa proferret: quod raro fiebat inter bonos ac pios propter avida vota parentum; quemadmodum, qui rempubl. capesserent, annum petitionis non obire metuebant. Gron. Annum ætatis XIV. tum absolutum fuisse tempus togæ virilis sumendæ, non modo sub imperatoribus, sed etiam ante, late docet Dodwellus in Præl. Camden. præl. 5. ubi etiam Damascenum audiendum putat. Adde Ryckium ad h. l. Ern.

Libens cessit. *Libens* est in Guelf. ed. pr. Sed Puteol. ed. habet *liberis*, vitio, ut puto, operarum: quod propagatum ad Rhenanum: in cujus ed. totum verbum desideratur, nec esse dicit in codice suo: corrigit tamen *libens* in notis: abest etiam ab ed. Aldi, Gryphii. Lipsius restituit *libens* tacitus. Ern.

Vicesimo ætatis anno. Decretum frustra. Consulatum enim iniit decimoseptimo ætatis anno: sed jam princeps, et legum securus. Lips.

Proconsulare imperium. Initium

tra urbem haberet, ac *princeps juventutis* adpellaretur.» Additum nomine ejus donativum militi, congiarium plebi. Et ludicro circensium, quod adquirendis vulgi studiis edebatur, Britannicus in prætexta, Nero triumphali cum veste, transvecti sunt. Spectaret populus, hunc decore imperatorio, illum puerili habitu, ac perinde fortunam utriusque præsumeret. Simul, qui centurionum tribunorumque sortem Britannici miserabantur, remoti fictis caussis, et alii per speciem honoris. Etiam libertorum si quis incorrupta fide, depellitur, tali occasione. Obvii inter se, Nero *Britannicum* nomine, ille

45. *Congiarium plebi. Plebeis* cod. Agr. lege *plebei*, ut et supra. — 46. *Nero triumphalium veste.* Lege *triumphali in veste.* Et sic Acidalius. Vide Boxhorn. vel *cum veste. Cum pullo conspectus est* Floro 4, 2. Gronov. ad Livium 2, 9. mox delet codex Agric. τὸ *sunt.*

fastigii Cæsaribus: quod ea mente etiam Germanico tributum fuit 1, 14. Lips. Ubi vide et de *principe juv.* ad c. 3. *Extra urbem* procons. imperio additur etiam ap. Capitolin. Aurel. c. 6. Igitur recte Ryckius hinc refellit Salmasium, qui in Capitolino verba *extra urbem* pro supervacuis deleri volebat. In eo fallitur, quod non satis credit Salmasio, procons. imperium non nisi extra urbem fuisse, motus exemplis eorum, qui a Tiberio, quamquam provinciis datis, tamen in urbe retinebantur. Nam hoc præter morem factum. Salmasius verum dixit. Noster 1, 14. propterea procons. imperium non postulatum Druso dicit, *quia consul designatus præsensque* fuerit. Ern.

Triumphalium. Vitiosum esse, non dubitari potest. Utrum, legendum *triumphali in* (ut Acidalio) vel *cum veste*, ut Freinshemio placet, an *triumphantium*, ut (itidem) Acidalio visum, incertum. Sed posterius tamen malim. Liv. 5, 41. *quæ augustissima vestis triumphantibus. Triumphali veste* correctum est in ed. Gryph. et citat Lipsius in ep. ad Nic. Florentium ap. Modium ad Liv. 31, 12. ubi etiam de vestitu triumphantium agitur. Vestes triumphales toga picta et tunica palmata. V. Ruben. R.V. 1, 21. Ern. Toga picta in numo Augusti ad a. U. 729. pertinere videtur, quo data Augusto potestas singulis januarii kalendis coronæ et triumphalis vestis gerendæ. V. Eckhel Doctr. NN. vet. vol. 6, p. 114.

Simul qui. Sic e Flor. cod. Pichena, quod secuti sunt posteri. Sic et Guelf. (Bud.) ed. pr. Puteol. *Simulque qui* est a Beroaldo. Ed. pr. etiam *miserebantur*, ut Guelf. Ern.

Tali occasione obvii. Quæ hæc occasio? Non enim præcessit: nec ad circenses velim referri. At tu distingue, *Etiam libertorum siquis incorrupta fide depellitur, tali occasione. Obvii inter se*, etc. Remo-

Domitium, salutavere. Quod, ut discordiæ initium, Agrippina multo questu ad maritum defert: « sperni » quippe « adoptionem, quæque censuerint patres, jusserit populus, intra penates abrogari: ac, nisi pravitas tam infensa docentium arceatur, eruptura in publicam perniciem. » Commotus his, quasi criminibus, Claudius, optimum quemque educatorem filii exsilio ac morte adficit, datosque a noverca custodiæ ejus imponit.

XLII. Nondum tamen summa moliri Agrippina audebat, ni prætoriarum cohortium cura exsolverentur

vendi enim ministros fidiores occasio, nata ex hoc, quod denarrat, facto. Lips.

Jusserit populus. Rogata enim lex fuit, qua in familiam Claudiam, et nomen Neronis transiret, ut ait supra 26. Lips.

Pravitas tam infensa docentium. Ita accipio, quasi dicat, magistros eos esse ad iras et offensas. Romanus tamen priscæ editionis codex et Agr. *Pravitas tam impensa*, præfert; quod magis approbo: id est, grandis, immodesta. Lips. Intelligit editionem primam, quam vocare soleo. Sed *infensa* verum esse, contextus facile vincit: arceri vult homines pravos, qui infensum illum animum, et infensa dicta inspirarent Britannico. Ern. Bud. *infensa.*

Eruptura. Cod. Agr. *erupturam.*

Quasi criminibus. Freinsh. suspectam sibi hanc lectionem factam ait ex eo, quod Veneta ed. (i. e. Puteolani vel Rivii) habeat *quamquam.* Id falsum est. Nam *tanquam*, ut cod. Oxon. Guelf. exhibet. Ceteræ omnes (et Bud.) *quasi. Quasi crimina* putant, ficta: quod genus loquendi illustrat Burm. ad Ovid. Art. Am. 1, 429. Sed mihi prope melius videtur, sic intelligere. His non aliter commotus est Claudius, quam si crimina vera essent, quod Agrippina dixerat, impulsu libertorum a Britannico *Domitium* vocatum Neronem. Atque sic etiam in ceteris locis, quæ afferri solent, τὸ *quasi* explicari posse arbitror, nec necesse esse, ut pro adjectivo *fictus* positum putetur. Ern.

Claudius. Suspectam hujus nominis interpositionem faciunt libri, a quibus plane abest MSS. Flor. Reg. Agr. et aliis, ed. pr. Primus Puteolanus, quod sciam, addidit *Claudius*, quem omnes postea secuti sunt. Jac. Gron. igitur putabat delendum id nomen, referendumque verbum *commotus* ad *maritus.* Sed aures meæ id non ferunt, et, nisi vehementer fallor, aut *Claudius* hic necessarium est, aut pronomen *is*, vel *ille.* Igitur nisi Tacitus scripsit *Commotus is*, *quasi cr.* aut *ille commotus his* etc. Claudii nomen abesse non potest. Id dum idoneis libris docetur, manebo in lectione vulgata, quæ et ipsa, ut opinor, e libris scriptis ducta est. Reperi quidem ipse in Guelf. MS.

Lusius Geta et Rufius Crispinus; quos Messallinæ memores et liberis ejus devinctos credebat. Igitur, « distrahi cohortes ambitu duorum, et, si ab uno regerentur, intentiorem fore disciplinam, » adseverante uxore, transfertur regimen cohortium ad Burrum Afranium, egregiæ militaris famæ, gnarum tamen, cujus sponte præficeretur. Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius: carpento Capitolium ingredi, qui mos sacerdotibus et sacris antiquitus concessus, venerationem augebat

Ern. Bud. habet *Claudius*. Bene. Quod et Rhen. expressit.

Rufius. Sic recte e cod. Flor. et Reg. restituit Ryckius, ut ex aliis MSS. Idem nomen restitutum est ap. Sueton. Ner. c. 35. secutusque exemplum J. Gron. Consentit MS. Guelf. Ed. pr. habet *Ruffus* h. l. aliis modo *Rufrius*, modo *Ruffus*; quæ varietas etiam ap. Suetonium occurrit. Ceteræ edd. omnes *Rufus*. Mox eadem ed. pr. *Burrus* ut cod. Flor. et inscr. vett. et in aliis scriptoribus libri boni: non *Burrhus*. Itaque illam scripturam secutus sum. Adde Castalionem Obs. Dec. 5, 8. Ern. Bud. *Ruffius*. De eo v. et 13, 45.

Sacerdotibus et factis. Emendatio a libris est. Nam vulgata quid ineptius, *et sacris Druidibus?* qui nihil ad res moresque romanos. Ex qua voce tamen Pithoeus, (Advers. subsec. 1, 5.) acute *virginibus* faciebat. Sacerdotes, vestales capio: sacra, deos ipsos statuasque, quas pompa circensi traduci in carpentis moris fuit. De vestalibus, Prudentius in Symm. 2, 1087., *Fertur per medias ut publica pompa plateas, Pilento residens molli*. Idemque de sacerdotibus feminis universe Artemidorus adsignificat 1, 58. Ubi curru in somniis per urbem vehi, liberis mulieribus et virginibus bona sacerdotia ait portendere. Scilicet, quia id sacerdotum insigne. De diis aut consecratis Sueton. Claudio 11. *Matri carpentum, quo per circum duceretur*. Idem Calig. 15. *Matri circenses carpentumque instituit, quo in pompa traduceretur*. Olim tamen commune fuisse videtur, ut matronæ vulgo carpentis uterentur ad sacra. Ovidius Fast. 1, 619., *Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant, Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor*. Livius 34, 1., *Ne mulier juncto vehiculo nisi sacrorum publicorum caussa veheretur*. Sed exolevit scilicet ille mos, utique post repertas lecticas; et mansit saltem in venera tione sacerdotum deorumque. Prima Messallina honorem hunc a senatu cepit: Καὶ τῇ Μεσσαλλίνῃ, ait Dio 60, 22. τὴν προεδρίαν, ἣν καὶ ἡ Λιουΐα ἰσχύσει, καὶ τῷ καρπέντῳ χρῆσθαι, ἔδοσαν. et juxta eam Agrippina nunc, de qua idem scriptor c. 33. Καὶ ἡ μὲν ταχὺ καὶ αὐτὴ Μεσσαλλίνα ἐγένετο, καὶ μάλιστα, ὅτι καὶ τιμὰς ἄλλας τε καὶ τῷ καρπέντῳ ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι, παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβεν. Posteaque etiam præfecti prætorio (Cassiodor. 6, 3. in formula præf.

feminæ; quam imperatore genitam, sororem ejus, qui rerum potitus sit, et conjugem et matrem fuisse, unicum ad hunc diem exemplum est. Inter quæ præcipuus propugnator ejus, Vitellius, validissima gratia, ætate extrema (adeo incertæ sunt potentium res) adcusatione corripitur, deferente Junio Lupo, senatore. Is crimina majestatis et cupidinem imperii objectabat. Præbuissetque aures Cæsar, nisi Agrippinæ minis magis quam

præt. Symmachus 10. dist. 17.) carpentis usi, et (nisi Vopisci locus in Aureliani initio fallit) etiam præf. urbis. Et mos satis certus: hæreo in Corneliana saltem lectione. Ait, in Capitolium ingredi carpento, concessum Agrippinæ, quid? in Capitolium tantum? vereor, ut nimis anguste: et certe non ad exemplum Messallinæ, quæ etiam carpento mariti sui currum secuta triumphantis. Denique Dio laxe, ἐν ταῖς πανηγύρεσι, ait: id est, per festos omnes dies lætosque. Nec tamen muto quidquam, aut repono. Carpenti formam veram erues ex numis Agrippinæ; et qui differat a rheda, aliquid apud Pausaniam 5, 9. in descriptione Olympiæ ludorum. Lips. De usu carpentorum vide, quæ contra Lipsium disputat Ryckius ad h. l. Pro *mos* Ursinus malebat *honos*: quod verum puto. Ern. Opinionem Lipsii de vestalibus improbat et Scheffer. de re vehic. 2, 17. Pro *Capitolium ingredi* Lallem. mallet *circum ingredi*, quod magis cum Dionis verbis congruit.

Sacris druidibus. Vox rejicula unde irrepserit, merito quæro. Non enim fortuita est, nec a librario temere inculcata. Galli sane olim usi carpentis: scio, sed pugnæ caussa, non honoris: nec druides soli, sed vulgus. Suspicari liceat (proinde ut fracti hi libri sunt) scriptum hic aliquid de druidibus fuisse. Quorum religionem nomenque quantum in se fuit, Claudius sustulit, Seneca in Menippæa Claudiana et Suetonio c. 25. teste. Etsi Plinio ad Tiberium id referre visum 30, 4., *Tiberii Cæsaris*, inquit, *principatus sustulit druidas Gallorum, et hoc genus vatum medicorumque.* Sed Tiberium scilicet in urbe tantum sustulisse, Claudium in Gallia ipsa. Lips. Ed. pr. non habet vocem *druidibus*, quam primus edidit Puteolanus, quem ceteri secuti sunt. Est in MS. Guelf. et aliis ap. Broterium. Ern. *Druidibus* est in Bud. sed mediæ literæ ejus vocis r. m. sensere; quid prius scriptum fuerit, non satis adparet, Bip. conjiciunt leg. *sacrorum regibus*. In loco Plinii Rezzon. in Disq. Plin. t. 1, p. 139. ostendit ex MS. legendum *Tib. Claudii Cæs.*

Unicum ad hunc diem exemplum est. Inter Romanos duntaxat. Alias parum cauta adfirmatio: sicut et illa Pliniana 7, 42. nisi restringas ad Græcos. *Una feminarum in omni ævo Lampido Lacedæmonia reperitur, quæ regis filia, regis uxor, regis mater fuit.* Nam apud Ægyptios aliosque barbaros sunt exempla. Lips.

precibus mutatus esset, ut adcusatori aqua atque igne interdiceret: hactenus Vitellius voluerat.

XLIII. Multa eo anno prodigia evenere. Insessum diris avibus Capitolium: crebris terræ motibus prorutæ domus: ac, dum latius metuitur, trepidatione vulgi, invalidus quisque obtriti. Frugum quoque egestas, et orta ex eo fames, in prodigium accipiebatur. Nec occulti tantum questus, sed jura reddentem Claudium circumvasere clamoribus turbidis, pulsumque in extremam fori partem vi urgebant, donec militum globo infensos perrupit. Quindecim dierum alimenta urbi, non amplius, superfuisse constitit: magnaque deum benignitate et modestia hiemis, rebus extremis subventum. At hercule olim ex Italia legionibus longinquas in provincias

Hactenus Vitellius voluerat. Potuisset enim sævire in mortem ejus: sed contentus hac quasi deportatione fuit. Lips. Ante ed. pr. *interdicat.* Puteol. *interdiceretur.* Correxit Rhen. *interdiceret.* (e Bud.) Mox edd. omnes ante Pichenam *proruptæ* et *obtritus.* et *accipiebantur* ante Rhenanum. Ern. Bud: *obtritus.... accipiebatur.*

Vi urgebant. Sic e Flor. dedit Pichena. Sic et ed. pr. habet: a ceteris ante Pichenam *vi* abest. Mox Ryckius recte restituit *infensos* cum J. Gronov. e. Flor. Reg. Agric. sic ed. pr. habet. Ceteræ *infestos.* Vid. ad 6, 34. At eadem ed. pr. vitiose *prorupit.* Ern. Bud. non habet *vi.* idem *infestos.... perrupit.*

Quindecim dierum alimenta. Id est, canon dierum XV. Majus autem isto periculum sub Caio; cum septem aut octo certe dierum cibaria tantum superfuisse Seneca notat ad Paullinum 18. Lips.

Modestia hiemis. Ita capio, ut dicat, modesta et quieta, præter solitum, hieme anni, frumentum navibus subvectum: quod alias hieme advehi, non moris. Vide Suet. 18. Hæc scriptura codicum. Alii tamen, *modestia urbis.* (ut Guelf.) alii, *molestia hiemis* reponunt. Male, male. Lips. *Modestia hiemis* ed. pr. Ern. Bud. *modestia hyemis*, sed Rhen. reponendum judicat *molestia hyemis*; in textu tamen servavit *modestia urbis*, ut est in Puteol.

At hercule olim. Querela, quæ expressa videri possit ex illa Varroniana de R. R. 2. pr. *Igitur, quod nunc intra murum fere patres familiæ correpserunt .... et manus movere maluerunt in theatro ac circo, quam in segetibus ac vinetis, frumentum locamus qui nobis advehant, qui saturi fiamus, ex Africa et Sardinia.* Post bella certe civilia, et fusum tantum sanguinis, Italiæ indicta vastitas. Lucani ea in re sententias operæ sit legere lib. 7. passim. Lips. Mox

commeatus portabantur; nec nunc infecunditate laboratur: sed Africam potius et Ægyptum exercemus, navibusque et casibus vita populi romani permissa est.

XLIV. Eodem anno bellum, inter Armenios Iberosque exortum, Parthis quoque ac Romanis gravissimorum inter se motuum caussa fuit. Genti Parthorum Vologeses imperitabat, materna origine ex pellice græca, concessu fratrum, regnum adeptus: Iberos Pharasmanes, vetusta possessione: Armenios frater ejus Mithridates obtinebat opibus nostris. Erat Pharasmani filius, nomine Rhadamistus, decora proceritate, vi corporis insignis, et patrias artes edoctus, claraque inter accolas fama. Is, « modicum Iberiæ regnum senecta patris detineri, » ferocius crebriusque jactabat, quam ut cupidinem occultaret. Igitur Pharasmanes juvenem potentiæ promptæ, et studio popularium accinctum, vergentibus jam annis suis metuens, aliam ad spem trahere, et « Ar-

47. *Permissa est.* Tollo τὸ *est.* — 48. *Annis suis metuens. Submetuens* cod. Agr.

ex I. reg. est a Rhenani codice. Sine præpositione ed. Puteol. cum seqq. At ed. pr. *Italia reg. . . . portabat.* Etiam MS. Flor. *portabat.* Mihi *regionibus* suspectum est. Cur enim non potius dixisset *ex Italia?* Arbitror, Tacitum dedisse *Italia* (vel *ex Italia*) *legionibus . . . . . commeatus portabant*, vel *portabatur*. De *legionibus* certe non dubitandum. Ita magis augetur fecunditas Italiæ et pristina copia: nec fere nisi ad exercitus frumentum exportatum. Ern. Pichena conjicit etiam *portabatur* vel *portabantur*, atque sic plane Bud. (* forsan a. 2. m.) quem sequor hactenus, ut reliqua ex Ernesti mente refingam. — * *Portabantur* etiam cod. Agric. teste Heinsio.

Afr. et Æg. exercemus. Sic 13, 54. *patrium solum exercebant.*

Exortum, Parthis quoque etc. MS. Guelf. *exortum est, Parthisque ac Romanis* etc. Vulgatum melius. Ern.

Potentiæ promptæ. Malo, *promptum.* Lips. Freinsh. autem malebat *properum* e 4, 59. *clientes apiscendæ potentiæ properi*: sed deinde tamen delabitur eo, ut velit potius *impotentiæ promptæ.* Mihi prior conjectura magis placet; nec tamen satisfacit. Nam potentia vix satis apta huic loco: aptior foret *audacia prompta.* Si vulgatum verum est, intelligendum sic: qui facile prorumperet ad potentiam usurpandam. Mox ed. pr. *urgentibus*: quæ varietas supra jam observata est. Ern.

meniam » ostentare, « pulsis Parthis datam Mithridati a semet, » memorando : sed « vim differendam, et potiorem dolum, quo incautum opprimerent. » Ita Rhadamistus, simulata adversus patrem discordia, tanquam novercæ odiis impar, pergit ad patruum : multaque ab eo comitate, in speciem liberum, cultus, primores Armeniorum ad res novas illicit, ignaro et ornante insuper Mithridate.

XLV. Reconciliationis specie adsumpta, regressus ad patrem, « quæ fraude confici potuerint, prompta » nuntiat, « cetera armis exsequenda. » Interim Pharasmanes belli caussas confingit : « prœlianti sibi adversus regem Albanorum, et Romanos auxilio vocanti, fratrem adversatum, eamque injuriam excidio ipsius ultum iturum. » Simul magnas copias filio tradidit. Ille irruptione subita territum, exutumque campis Mithridaten, com-

49. *Prompta nunciat. Promota* malim. — 50. *Copias filio tradidit. Tradit* cod. Agric. et *irruptione.*

Ignaro et ornante insuper Mithridate. Ita emendavi, nescio an recte. Distinctione potius peccatum est, scribendumque, *Ignaro et ornante i. Mithridate, reconciliationis specie*, etc. sententia continuante. Lips. Sic et Flor. Vulgo : *orante :* quod etiam MSS. ap. Broterium habent ; et ed. pr. dare voluit : sed vitio operarum prima præcedentis verbi syllaba repetita factum *ignorante*. Distinctionem Lipsii habent ed. pr. Puteol. Riv. Ber. et Alc. sequente mox *Regressusque :* sed copulam cum puncto præcedente sustulit Rhenanus : quod ceteri secuti sunt. Ego, quod nunc est, verum puto. Non solent Latini ablativos consequentiæ bis ponere in eadem periodo, nullis aliis verbis interpositis. Paullo ante etiam Guelf. et ed. pr. *in spem liberum.* Ern. Bud. itidem distinctionem Lipsii habet, et dein *orante... regressus* sine copula. Porro *in spem liberum.* In Flor. legi *ornante.* Jac. Gron. negat.

Quæ fraude confici. Ita emendavimus. Male vulgo, *qua fraude confici potuerit, prompte nuntiat.* Sententia est : parata sibi promptaque, quæ ad fraudem spectent : cetera vim requirere. Lips.

Eruptione subita. An potius *irruptione?* Freinsh. ait. Defixos in solam Pichenæ editionem habuit oculos : nam omnes Lipsianæ, quas vidi, et antiquiores *irruptione*. Pichenam secutus et Gruterus, incuria magis ut puto, quam consilio. Gron. Sic ed. pr. Puteol. etc. Et tamen etiam in J. F. Gronovii ed. *eruptione* ir-

pulit in castellum Gorneas, tutum loco ac præsidio militum, quis Cælius Pollio præfectus, centurio Casperius præerat. Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta et astus oppugnationum : at nobis ea pars militiæ maxime guara est. Ita Rhadamistus, frustra vel cum damno tentatis munitionibus, obsidium incipit : et, cum vis negligeretur, avaritiam præfecti emercatur, obtestante Casperio, « ne socius rex, ne Armenia, donum populi romani, scelere et pecunia verterentur. » Postremo, quia multitudinem hostium Pollio, jussa patris Rhadamistus obtendebant, pactus inducias abscedit, ut, nisi Pharasmanen bello absterruisset, T. Ummidium Quadratum, præsidem Syriæ doceret, quo in statu Armeniæ forent.

repsit : forte, quia e Freinshemiana facta est, in qua itidem *eruptione*. Ern. Bud. *irruptione*. Sic et cod. Agr.

Scelere et pecunia verterentur. Sic cod. Bud. apud Rhen. et Agr. Atque idem dare voluerunt Flor. Reg. et ed. pr. in quibus est *uterentur*. Itaque id Tacito reddidi. Secutus est nos Broterius. *Vertere* dixit pro evertere, perdere. Virgil. Æn. 1, 24., *Tyrias olim quæ verteret arces*, ubi v. Burmann. Add. 5, 810. Noster supra 3, 54. *Verti civitatem clamitabant*. Vid. etiam Drakenb. ad Silium 15, 411. *Venderetur* induxit Puteolanus : sed tamen e MSS. nam sic etiam Guelf. exhibet. *Scelere et pecunia vendere* non arbitror satis bene dici. Ern. Bud. *verterentur*, ubi τῷ *u* pro more impositum '. Id ubi neglectum, legitur *uterentur*. Rhen. male Puteolanum secutus.

T. Vinidium Quadratum. Vatic. iber, *Tumidium*. Verum nomen, *Numidium*. Ex Josepho, 20, 6, 2. qui vocat diserte, Νουμίδιον Κοδράτον τῆς Συρίας προστηκόντα. Sed et Plinius in epistolis non uno loco docet, gentile nomen Quadratorum Numidium esse. Ita 7, 24. Numidia Quadratilla nominatur : 6, 11. Numidius Quadratus adolescens. Lips. Cod. Flor. et ed. pr. *tummidium*, quo ducunt etiam vestigia codd. Reg. et Agr. Vera scriptura est *T. Umidium*, ut docuere viri docti, Salmasius ad Spartiani Hadr. 15. Rupertus ad Reines. ep. 21. in primisque Spanhemius de U. et P. N. t. 2, p. 7. Norisius in Epoch. Syro-Maced. Diss. 3, p. 183. Clare ed. pr. *Umidium* 13, 8. 9. sed 14, 26. *Immidii*, ubi codd. Vaticani, teste Norisio, *Ummidii*, et cod. Med. Etiam Guelf. 13, 9. *humidius* : alibi mox *Vinidius*, mox *Numidius*. Itaque non dubitavi hoc nomen cum J. Gronovio hic reponere, ut in Josepho fecit Hudsonus 20, 6. et de Bell. Jud. 2, 12, 5. et

XLVI. Digressu centurionis, velut custode exsolutus præfectus, hortari Mithridaten ad sanciendum fœdus, « conjunctionem fratrum, ac priorem ætate Pharasmanen, et cetera necessitudinum nomina » referens, « filiam ejus in matrimonio haberet; quod ipse Rhadamisto socer esset. Non abnuere pacem Iberos, quamquam in tempore validiores; et satis cognitam Armeniorum perfidiam : nec aliud subsidii, quam castellum commeatu egenum. Ne dubitaret armis incruentas conditiones

51. *Quamquam in tempore validiores. Eo in tempore.* Simile prorsus supra ex MS. notat Pichena. Et sic 15, 7. etc. ubi male mutat Grotius. — 52. *Et satis cognitam.* An *ei?* — 53. *Ne dubitaret armis. Ne dubiam rem armis q. in con. mallet.* cod. Agr. In cod. Ursini, *Ne dubitaret armatus.* Lego *ne dubiam rem arma æqua ac incruenta conditione mallet.* vel *dubiam rem in armis.*

sic etiam restituendum Plinio ll. cc. ubi etiam quidam scripti *Umidius*, frustra repudiante Cortio. Adde Bentlei. ad Horat. Serm. 1, 1, 96. ubi pariter libri variant, *Vinidius*, *Numidius*, *Uvidius*, *Unidius*, *Umidius*, *Ummidius*, postremum defendente et illustrante Bentleio. Adde item viros doctos ad Varr. R. R. 3, 3. ubi vulgo *Immidius*, pro quo *Ummidius* legendum recte censent Scaliger, Ursinus, Bentleius. Frustra igitur h. l. *Numidium* et ceteris Taciti locis rescripsit Ryckius. Ceterum in inscriptione vetere ap. Norisium l. c. prænomen *C.* tribuitur huic præsidi. Ern. * Bud. dubie *umidium*, an *uinidium*.

Velut custode exsolutus præfectus. Quia silent omnes, compellor credere sic in MSS. eos reperisse. Alioqui si *custodiæ* in illis quoque, ut ante Rhenanum editi, blandiebatur magis *custodia*. Gron. Ed. pr. *custode* : quod Rhenanus restituit (e Bud.) Sic et MS. Guelf. Ern.

Et satis cognitam .... perfidiam. MS. Guelf. *cognita perfidia*. Mox e MSS. Flor. Reg. cum Ryckio edidi *subsidii*. Ut mox c. 15. init. pro *præsidii*. Ern. Bud. *subsidii*.

Commeatu. Cod. Farnes. *commeatum*, quod placuit viro docto, in margine ed. Gryph. Mihi illa homœoteleuta non valde placent. Ern.

Ne dubitaret armis. Appono calculum τὸ *quam* delentibus, sive conjectura est ea Groslotii in Syll. Burm. t. 1, p. 350. et Gruteri : et multo magis verum est, quod jacit Ursinus, inventos libros veteres, qui particulam damnarent. Labes non ab iis, qui docendi erant, quid *arma*, quid *dubitare*, quid *dubitare armis* esset, sed ab his, qui non concoquebant *incruentas conditiones armis malle*. Neque enim protritum hoc loquendi genus : elegans tamen. Appuleius Apolog. p. 83. ed. Pric. *Persuaserat. idem Pontianus matri suæ; ut me aliis omnibus mallet.* Subaudiebam antea (in diat. ad Statii Silvas c. 28, p. 178.) *experiri*, quod et ad *armis* et ad *conditiones* satis commode referri videbatur. Sed illud magis pla-

malle : » cunctante ad ea Mithridate, et suspectis præfecti consiliis, quod pellicem regiam polluerat, inque omnem libidinem venalis habebatur. Casperius interim ad Pharasmanen pervadit, « utque Iberi obsidio decedant, » expostulat. Ille propalam incerta, et sæpius molliora respondens, secretis nuntiis monet Rhadamistum, « oppugnationem quoquo modo celerare. » Augetur flagitii merces, et Pollio occulta corruptione impellit milites, ut « pacem » flagitarent, « seque præsidio abituros » minitarentur. Qua necessitate Mithridates diem locumque fœderi accepit, castelloque egreditur.

XLVII. Ac primo Rhadamistus in amplexus ejus effusus, simulare obsequium, « socerum ac parentem » adpellare. Adjicit jusjurandum, « non ferro, non veneno vim adlaturum : » simul in lucum propinquum trahit, « provisum illic sacrificium imperatum » dictitans, « ut

cet. Gron. Atque hoc recepit Ryckius, et Broterius. Ed. pr. *Dubitare*, sicut cod. Reg. Gronovium verum vidisse puto. Ern. Bud. habet *quam*.

Quam incruentas conditiones. Ego, *incruenta conditione*. At Groslotius vò *quam* deletum it. Lips.

Celerare. Sic MSS. Flor. Reg. Agric. Guelf. ed. pr. idque recte restitutum a Ryckio et J. Gronov. Rhen. (e Bud.) dedit *accelerare*, quod hinc in sequentes edd. venit. *Celerare* iterum dixit c. 64. Mox Guelf. *occulta pollutione*. An voluit dare *pollicitatione ?* Sed forte *Pollio* scribæ obfuit. Ern. Heins. *accelleraret*.

Seque præsidio abituros minitarentur. Pichena vitium aliquod hic latere suspicatur. Quod in Flor. corrupte legitur : *seque præsidium ammis minitarentur*. Ed. pr. pro *abituros* habet itidem corrupte *præsidium quominus*. MS. Reg. præsidium *cominus*, Agr. *tradituras*. Unde Freinsh. eleganter suspicatur legendum *præsidium omissuros*. (* Quod placet Heinsio.) Vulgatum est in Guelf. Ern. Bud. a r. m. *præsidio abituros*. a 1. videtur fuisse *præsidii ammis*. Bip. lenius et verius putant *præsidii immunes*.

Provisum illic sacrificium. Superfluit verbum alterum. Quid enim refert provisum sacrificium, an imperatum dixeris? Vera, puto, lectio : *provisu suo illic sacrif.* sive etiam : *provisum illic ac sacrif. paratum*. Video, alios explicare vulgatum, provisum ibi sacrificium, quod imperasset : sed ubi de imperato legitur ? nisi intelligit a seipso imperatum. Lips. Timide suspicabar : *simul in lucum propinquum trahit re-*

diis testibus pax firmaretur. » Mos est regibus, quotiens in societatem coeant, implicare dextras, pollicesque

nisum, illic sacrificium paratum dictans. Vel, *renitentem*, i. e. tergiversantem, quod nihil boni præsagiret animus: sequentem tamen, quia suæ potestatis esse desierat. Gron. Ryckio placebat Heinsii conjectura: *provisum illic sacrificio imperato*. Melior J. Gronovii ratio: *promissum illic sacrif.* nec tamen satis placet. Dum meliora proferantur, credam, *imperatum* esse, quod præfectus præsidium romanum jusserit: nam ante dixerat de Mithridate, *diem locumque fœderi accepit*; aut esse glossam verbi *provisum*. Ern. Grut. aut *provisum* aut *imperatum* tolli jubet. Acid. *imperatum* rejicit. Bip. pro *imperatum* conjiciunt *penetrale*, quod penatibus diis in luco interiori fieret. Sed nulla mutatione opus. *Provisum* est *paratum*, *præparatum*. Sic ap. Cæs. B. G. 6, 10. *rem frumentariam providet*. ap. Liv. 6, 6. *arma, tela, frumentum provideat*.

Implicare dextras. Morem hunc sanciendæ privatim publiceque amicitiæ usitatos esse Scythas, Armenios, et in ea ora gentes, legi. De Scythis Lucianus in Toxari, sive de Amicitia 37. Ἀφ' οὗ γὰρ ἐντεμόντες ἅπαξ τοὺς δακτύλους, ἐνσταλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα, καὶ, τὰ ξίφη ἄκρα βάψαντες, ἅμα ἀμφότεροι ἐπισχόμενοι πίωμεν, οὐκ ἔστιν ὅ, τι μετὰ τοῦτο ἡμᾶς διαλύσειεν ἄν. Mela 2, 1. *Ne fœdera quidem incruenta sunt: sauciant se qui paciscuntur, exemptumque sanguinem, ubi permiscuere, degustant*. De Armeniis Valerius 9, 11, 3. ext. *Sariaster adversus patrem suum Tigranem Armeniæ regem ita cum amicis consensit, ut omnes dextris manibus sanguinem mitterent, atque eum invicem sorberent*. Et universe Tertull. Apol. 9. *Legite necubi relatum sit, diffusum brachiis sanguinem ex alterutro degustatum, nationes quasdam fœderi comparasse. Nescio quid et sub Catilina degustatum est*. Atque is mos, patrum etiam ævo, passim repertus ab Hispanis apud barbaros novi orbis. Sed nec Romanis ipsis ignota cruenta potio, quæ *assiratum* iis dicta, quoniam *assir*, sanguis, ut aiunt glossæ. Festum ita capio: *assiratum apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino et sanguine temperatum, quod Latini prisci sanguinem assir vocarent*. Etsi fortasse ea potio olim in sacris: quod suadere videtur Sallustius 22. *Fuere*, inquit, *qui dicerent, Catilinam humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse. Inde, cum post exsecrationem omnes degustavissent, sicuti in solennibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum*. Ait enim consuetum id in solennibus sacris. Silius videatur innuere 2, 426., *Parte alia supplex infernis Annibal aris Arcanum Stygia libat cum vate cruorem*. Lips. Mox edd. ante Rhenanum: *suffuderit*, quod melius puto, sed deleto *in*. Non enim nodo facto effunditur sanguis in artus, sed suffundit articulum, ut omnes sciunt. Et sic video placuisse etiam N. Heinsio apud Ryckium. Nec displicet J. Gronovio, qui tamen etiam putat scriptum esse potuisse, *in artus se extremos suffuderit*. Illud melius puto. Etiam cod. Flor. Guelf. edd. vett. pr. Put. Ale.

inter se vincire, nodoque præstringere: mox, ubi sanguis artus extremos suffuderit, levi ictu cruorem eliciunt atque invicem lambunt, id fœdus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum. Sed tunc, qui ea vincula admovebat, decidisse simulans, genua Mithridatis invadit, ipsumque prosternit: simulque, concursu plurium, injiciuntur catenæ, ac compede (quod dede-

54. *Decidisse simulans. Cecidisse* malo. Scil. se, tum, *qui ei vincula admovebat*, non *ea*. Nam de iis nihil dictum. Sed verius est, *clam vincula admovebat*. Immo lege, *qui vim clam* (vel *clanculum*) *admovebat*. Sic et *Celsus* 7, 26.

Rhen. Ald. Gryph. *perstringere*, quod non mutandum fuisse putat J. Gronovius. Ovid. Met. 10, 495. *perstringere* dixit pro constringere vel comprimere. Sed ibi libri variant, aliis *constringere*, aliis *præstringere* exhibentibus. Itaque *præstringere* verum puto, cui centies substitutum alterum. Ern. Locis a Lipsio citatis adde Herod. 4, 70. Bud. habebat *in artus extremos suffuderit*. Unde r. m. *se effuderit*. Heinsii emendationem recepere Bip. quos sequor. Bud. *perstringere*.

Injiciuntur catenæ, ac compedes. Hæsi ipse olim in his vinclis: unde facile me nunc expedio, scriboque: *injiciuntur catenæ: ac compede, quod dedecorum barbaris, trahebatur*. Ad morem romanum Tacitus narrat. Injectæ, inquit, catenæ: immo et oblonga compede per viam tractus; qui ritus apud Romanos quidem receptus est in custodia militari: at apud barbaros dedecori habetur et ignominiæ summæ. Verissima lectio sententiaque. Ita Athenion Manium Aquillium (quasi per summam ignominiam) tractum describit ab equite catenam longam habente; quem locum omnino vide transcriptum a me ex Athenæo 5, 14. Supra de custodia militari, 3, 22. Lips. Nihil sani sensus, utcumque torqueant, premant, invertant. Scribe: *injiciuntur catenæ ac compedes. quo dedecore barbaris trahebatur*, hoc est, quo vinculorum dehonestamento addito vel imposito, e lustris illis producitur, et in conspectum turbæ præsentis datur, vilissimis e Scythia calonibus et lixis custodum vice stipantibus, quibusdam et tenentibus catenas. Nam hoc auget contumeliam, non centuriones, non milites saltem justos fuisse, quibus custodia credita. Quamquam et τὸ *barbaris* ad mores Rhadamisti et suorum referri possit, ut sit: Quibus vinculis tam pudendis oneratus et tractus ostenditur vulgo a Rhadamisto et comitibus vere barbaris. Immo et dandi casu, ingeritur oculis barbarorum Armeniorum et Iberorum. *Trahi* dicuntur, quicunque offeruntur catenati. Æneid. 2, 57., *Ecce manus juvenem interea post terga revinctum Pastores magno ad regem clamore trahebant*. Gron. Mihi ista correctio durior videtur. Ryckius Lipsii sententiam probat: quæ est melior. Heinsius suspicabatur *ac*

corum barbaris) trahebatur: moxque vulgus, duro imperio habitum, probra ac verbera intentabat. Et erant contra, qui tantam fortunæ commutationem miserarentur. Secutaque cum parvis liberis conjunx cuncta lamentatione complebat. Diversis et contectis vehiculis abduntur, dum Pharasmanis jussa exquirerentur. Illi cupido regni fratre et filia potior, animusque sceleribus paratus. Visui tamen consuluit, ne coram interficerentur. Et Rhadamistus, quasi jurisjurandi memor, non ferrum, non venenum in sororem et patruum expromit; sed pro-

55. *Quod dedecorum barbaris trahebatur.* Forte, *quo dedecore coram barbaris trahebatur.* Ann. 13, 5., *Ita specie pietatis obviam itum dedecori.* 6, 51., *in scelera simul et dedecora prorupit. Coram barbaris,* in conspectum barbarorum. *Coram* aliquando pro palam. 4, 75., *Tiberius Agrippinam cum coram Cn. Domitio tradidisset.* Ann. 6, 8., *spectamus porro, quæ coram habentur, abditos principis sensus exquirere illicitum.* 4, 8., *Vos disque et patria coram obtestor.* 3, 14., *absurdum videbatur ipso Germanico coram id ausum.* 13, 38., *de his, quæ in commune consulerentur, totis exercitibus coram dissertaturos.* 15, 24., *legionibus coram.* 13, 32., *Isque prisco instituto, propinquis coram, de capite famaque conjugis cognovit.* 15, 61., *Poppæa et Tigellino coram.* 11, 2, *Messallina coram. Seneca coram* 13, 21. Ex quibus locis cum liqueat, *coram* a Tacito semper postponi substantivo, etiam hic legendum videtur, *quo dedecore barbaris coram trahebatur:* Cicero tamen in Pisonem, *coram genero meo.* Immo et ipse Tacitus Ann. 14, 59., *Talem eum centurio trucidavit coram spadone. Dedecorum* non recordor Latini dici (1).

(1) Sed Plautus habet Bacchid. 5, 2, 73.

compedes, et, quod dedecorum etc. Ern. Quæ Lipsius ad 3, 21. se transcripsisse ait, ad Excursum B. ad istum librum dein transtulit. Abl. *compede* habet et Hor. 4, 11. et Colum. R. R. 8, 2.

Et erant contra. Cod. Florent. *contra*, ut Pichena notat. Ego vero eam notam puto temporis, qua factum est illud exemplar: nam ævo meliore non sic loquebantur. Gron. Etiam ed. pr. *econtra.* Id, post Pichenam receptum, ejecere rursus recte Ryckius et J. Gron. qui originem mendi callide indagat, et in eo se jactat, adorans alioqui vestigia scripturæ Mediceæ. In ed. pr. 13, 37. ubi alii *si copiæ contra ducerentur*, illa *si copia e contra duceretur:* ubi vides adeo numerum verbi mutatum a librario vitio scripturæ decepto. Guelf. quidem *contra* exhibet. Idem mox *abducuntur* pro *abduntur.* Sane, abditos fuisse, *contecta vehicula* satis indicant. Sueton. Tib. 64. *Nurum et nepotes nunquam aliter, quam catenatos obstataque lectica, loco movit.* Ern.

Fortunæ commutationem. Male vulgo, *commotionem.* Lips. *Commutationem* ed. pr. Ern. Bud. a 1. m. *mutationem.*

jectos in humum, et veste multa gravique opertos necat. Filii quoque Mithridatis, quod cædibus parentum illacrymaverant, trucidati sunt.

XLVIII. At Quadratus cognoscens proditum Mithridaten, et regnum ab interfectoribus obtineri, vocat consilium, docet acta, et, an ulcisceretur, consultat. Paucis decus publicum curæ : plures tuta disserunt : « Omne scelus externum cum lætitia habendum. Semina etiam odiorum jacienda, ut sæpe principes romani eamdem Armeniam, specie largitionis, turbandis barbarorum animis præbuerint. Potiretur Rhadamistus male partis, dum invisus, infamis : quando id magis ex usu, quam si cum gloria adeptus foret. » In hanc sententiam itum. Ne tamen adnuisse facinori viderentur, et diversa Cæsar præciperet, missi ad Pharasmanen nuntii, « ut abscederet a finibus Armeniis, filiumque abstraheret. »

56. *Omne scelus externum.* Lego, *Plures tuta disserunt in commune. Scelus exter.* Vide indic. *in communi ponere* 13, 27. *In commune nihil derogarent*, ibid.

Omnes scelus externum. Sententiæ reddita lux, si scribas, *Omne scelus*, litera detracta; ut sint verba ex oratione consentium. Lips. Non video, cur plaudam Lipsio : non enim *omne* magis huc congruit, quam *quoddam*, aut quodvis hujusmodi additamentum. Prorsus aliud quid in ea voce latet, de quo inveniendo non multum quidem mihi polliceor : esse tamen poterat : *plures tuta disserunt, monentes, scelus externum cum lætitia habendum.* Gron. Venit in mentem legendum *quippe*, quo etiam alibi, in ratione sententiæ reddenda utitur Tacitus, vel *immo :* quæ verba corrumpi potuerunt in vulgatam scripturam. Pro *exterum* cod. Reg. ed. pr. *æternum*. Mox Rhenanus (e Bud.) et Danesius volebant *in eandem Armeniam*, quod non probo. Ern. Bip. J. Fr. Gronovium frustra Lipsio repugnare judicant. Hiller. Rac. 36. suadet leg. *omnino*. Bud. a 1. m. *eternum*.

Si cum gloria adeptus. Scribo hæc omnia : *quanto id magis ex usu, quam si cum gloria adempta forent?* At nunc (ultimis curis) video, explicare Pichenam quod vulgatum est : magis hoc ex usu romano, si cum infamia, quam si cum gloria regnum adeptus : quia scilicet incertior futurus, odiisque magis obnoxius. Non damno. Lips. Paullo post MS. Fl. *juberet* pro *præciperet*. Ern. Bud. *præciperet*. Bip. præferunt *juberet*. Parum interest.

XLIX. Erat Cappadociæ procurator Julius Pelignus, ignavi animi, et deridiculo corporis juxta despiciendus; sed Claudio perquam familiaris, cum privatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret. Is, auxiliis

57. *Cum privatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret.* Sic castigavit Lipsius egregie, non tamen assecutus scopum in omnibus. Codex Agr., *quia privatus olim comessationum curas et iners otium objectaret.* Lipsii codices : *cum privatis olim conversationes* (Vatic. *cursationes*) *curaret iners otium objectaret.* Mediceus, *cum privatis olim.* Scribe *cui in privatis olim comessationes scurra et iners otium oblectarat. In privatis*, in re privata constitutus, privatis annumeratus. Non dissimili modo apud Livium *in privato, in publico animadvertebant.* De *comessationibus* Claudii vide locum Suetonii a Lipsio jam productum, occurrit id vo-

Deridiculo corporis juxta conspiciendus. Memoratur hic, quod nollem, quibus MSS. copia fuit, silentio transiisse. Video enim fateri Rhenanum se fecisse *despiciendus*, nulla mentione vett. librorum. In quibus si erat *conspiciendus*, profecto mutandum non fuit, quippe quod sit insignis, insignitus, et non secus atque hæc tam in deteriorem quam in meliorem partem flectatur. Suetonius Claudio 4. *ne quid faciat, quod conspici ac derideri possit.* Homero *conspiciendus* ἐπόψιος Ιλ. γ. 42. λάβυν τ' ἴμεναι καὶ ἐπόψιον ἄλλων. Vide nostra Observata in SS. Eccl. c. 19. et ad Livii 4, 13. Gron. Adde Ryckium ad h. l. Jac. Gron. *conspiciendus* esse ait a Beroaldi licentia. At sic ante Puteolanus edidit: et sic est in MS. Guelf. Ed. pr. *despiciendus*, quod restituit Rhen. (e Bud.) Id non video, quare displiceat magno Gronovio. *Juxta* indicat, verbum referendum etiam ad ignaviæ vitium. Atqui ignaviæ proprius contemtus. Suet. Domit. 15. *Clementem, patruelem suum, contemtissimæ inertiæ.* Quod autem quidam (Mur. Acid. Heins.) malunt *ignavo* vel *ignavia*, non necessarium puto, ut etiam visum Gronovio. Ern.

Cum privatus olim. Deprecor invidiam : sed profecto hunc locum, siquem alium, propitiis musis restitui, hoc modo : *Cum privatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret.* Claudius ante imperium vilis, abjectus, scurris et sordidissimis hominibus convixit : *e quorum contubernio super veterem segnitiæ notam, ebrietatis quoque et aleæ infamiam subiit*, ait Sueton. 5. Inter eos hic Pelignus. Libri veteres, quorum vestigia institi, habent : *cum privatis olim conversationes curaret, iners otium objectaret.* Unus Vatican. *cursationes*, pro *conversationes*. Lips. *Oblectaret* tamen codd. Flor. Guelf. Reg. edd. Puteol. Rivii etc. *objectaret* ed. pr. Verissime emendavit Lipsius, idque recte recepit Freinsh. probatum etiam Casaub. ad Suet. Claud. 8. Mox *Pelignus* spurium esse, eidem Freinshemio assentior. Etiam alibi sic peccatum in Tacito vidimus 4, 10. Ern. Bud. *privatas*, Agr. *privatus*. Lipsius egregie locum sanavit. Dein Bud. *oblectaret*. Post *is* positum *Pelignus*, e margine repetitum, delevi.

Scurrarum. Istos *copreas* dicit Suet. Tib. 61. et Claud. 8. ubi v. Torrent. et Casaub.

provincialium contractis, tanquam recuperaturus Armeniam, dum socios magis, quam hostes prædatur, abscessu suorum, et incursantibus barbaris, præsidii egens, ad Rhadamistum venit : donisque ejus evictus, ultro « regium insigne sumere » cohortatur, sumentique adest auctor et satelles. Quod ubi turpi fama divulgatum, ne ceteri quoque ex Peligno conjectarentur, Helvidius Priscus, legatus, cum legione mittitur, rebus turbidis pro tempore ut consuleret. Igitur propere montem Taurum transgressus, moderatione plura, quam vi, composuerat; cum « redire in Syriam » jubetur, « ne initium belli adversus Parthos exsisteret. »

L. Nam Vologeses, casum invadendæ Armeniæ obvenisse ratus, quam, a majoribus suis possessam, externus rex flagitio obtineret, contrahit copias, fratremque Tiridaten deducere in regnum parat, ne qua pars domus sine imperio ageret. Incessu Parthorum, sine acie pulsi Iberi; urbesque Armeniorum, Artaxata et Tigranocerta, jugum accepere. Deinde atrox hiems, seu parum provisi commeatus, et orta ex utroque tabes, percellunt Vologesen, omittere præsentia. Vacuamque rur-

cabalam apud nostrum non semel. Suet. Tito c. 7., *Ad mediam noctem comessationes cum profusissimo quoque extendebat. Scurræ*, parasiti: *copreas* vocat Suetonius Claud. 8. ut recte MSS. *a copreis per ludum excitabatur Claudius.* Glossæ MSS. *Scurra, parasitus, buccellarius. Scurra, qui copriatur Scurra. qui incopriat.* Horum usus in conviviis hilarioribus. Vide Plinium Epist. 9, 17. hinc et *scurra paluti* apud Juvenalem 2, 87. de Vitellio noster Hist. 2, 87., *Aggregabantur e plebe.... scurræ, histriones, aurigæ, quibus ille amicitiarum dehonestamentis mire gaudebat.* De Gallieno Trebellius Pollio c. 17., *Mensam secundam scurrarum et mimorum semper habuit.*

Ne ceteri quoque. Non est obscurum, quid velit. Ne de Peligno conjectura in alios fieret: ne Romanorum alii, quibus armorum jus, si quiescerent, approbare Peligni facinus et ratum habere crederentur. Terent. Heaut. 3, 3, 13., *Ego de me conjecturam facio.* Gron. In fine capitis MS. Guelf. *juberetur.* Ern.

Perpellunt Vologesen. Pichena ex Flor. edidit *percellunt.* Rectius vulgo *perpellunt.* Vide quæ notamus ad

sus Armeniam Rhadamistus invasit, truculentior quam antea, tanquam adversus defectores, et in tempore rebellaturos. Atque illi, quamvis servitio sueti, patientiam abrumpunt, armisque regiam circumveniunt.

LI. Nec aliud Rhadamisto subsidium fuit, quam pernicitas equorum, quis seque et conjugem abstulit. Sed conjunx gravida, primam utcumque fugam, ob metum hostilem et mariti caritatem, toleravit: post, festinatione continua, ubi quati uterus et viscera vibrantur, orare, « ut morte honesta contumeliis captivitatis eximeretur. » Ille primo amplecti, adlevare, adhortari, modo virtutem admirans, modo timore æger, ne quis relicta potiretur. Postremo, violentia amoris, et facinorum non rudis, destringit acinacem, vulneratamque ri-

58. *Modo timore æger.* *Terrore æger* cod. Agr. forte *terrere ægrum*, vel *timere æger*. Certe locus, ut circumfertur, non est sanus. — 59. *Distringit acinacem. Destringit.* Mox cod. Agr. *ripam ad Araxis trahit.* Sic alibi noster.

Liv. 3, 30. Gron. *Percellunt* est in Guelf. ed. pr. et ceteris usque ad Rhen. Paullo ante *deinde* dedi e Flor. Guelf. et vett. edd. Post *rebellaturos* bene Rhen. (ex ingenio): scripti et ante editi *bellaturos*. Mox *circumveniunt* habent codd. Agr. Guelf. quod primus edidit Rhen. (e Bud.) Ed. pr. *circumvenerunt*, quod est etiam in cod. Reg. Sed Puteol. primus dedit *circumeunt*, quod Rivius, Beroaldus et Alciatus secuti sunt. Cod. Flor. *circumveunt*. Ern. Bud. a 1. m. *percellunt*, unde 2. m. fecit *propellunt*. Rhen. dein *perpellunt*. Hoc mihi aptius videtur et Gronovii ratio potior. Ast MSS. consensus jubet reponi *percellunt*, etsi cum infinito construi nusquam videam, nec satisfaciant, quæ Bip. ad h. l. Bud. *dein.*

Ubi quati uterus. Durum est conjungi *quati et vibrantur.* In promptu est, cum Heinsio corrigere *quatitur*. Sed nil mutandum. Simile exemplum est 15, 27. extr. etsi illum quoque locum tentat Freinsh. item 15, 11. extr. Simillimus omnium locus est H. 3, 31. a nullo tentatus. Sæpe sic etiam Sallustius. Ern.

Destringit acinacem. Sic in cod. Flor. esse primus vidit J. Gronov. Editi ante Ryckium omnes *distringit*. Sed etiam sine codicis auctoritate sic corrigendum erat, ut hodie omnes norunt. Cf. 1, 32 et 44. Mox cum eodem Ryckio et Gron. dedi *ripam ad:* quod præter MS. Flor. habet ed. pr. estque solenne Tacito præpositiones postponere. Sed mihi suspicio corruptelæ oborta dudum est in verbis: *ripam ad Araxis trahit, flumini tradit.* Non dicam de vicinia verborum *trahit* et *tradit:* saltem dixisset *trahens*, aut *et flumini tradit.*

pam ad Araxis trahit, flumini tradit, ne corpus etiam auferretur. Ipse præceps Iberos ad patrium regnum pervadit. Interim Zenobiam (id mulieri nomen) placida illuvie, spirantem ac vitæ manifestam advertere pastores, et dignitate formæ haud degenerem reputantes, obligant vulnus, agrestia medicamina adhibent; cognitoque nomine et casu, in urbem Artaxata ferunt. Unde publica cura deducta ad Tiridaten, comiterque excepta, cultu regio habita est.

LII. Fausto Sulla, Salvio Othone coss. Furius Scribonianus in exsilium agitur, quasi finem « principis per Chaldæos scrutaretur. » Adnectebatur crimini « Junia mater ejus, » ut « casus prioris » (nam relegata erat) « impatiens. » Pater Scriboniani, Camillus, arma per Dalmatiam moverat. Idque ad clementiam trahebat Cæsar, quod stirpem hostilem iterum conservaret. Neque

Puto Tacitum scripsisse : *vulneratamque ripam ad Araxis flumini tradit.* MS. Guelf. *traditam.* Mox pro *ne* MSS. Oxon. Guelf. *ut*, quod probat Jac. Gron. ut corpus etiam auferretur, sc. a flumine, nec in manus hostium veniret. Ern. Bud. *ut etiam corpus non auferretur* : sensus idem, scil. ab hostibus. Bud. *destringit.*

Præceps Iberos. Cod. Agr. *ad Iberos.* unde Heinsius volebat legi : *ad Iberos, patrium in regnum.* Sed, ut nomina regionum sine præpositione ponit sæpe Tacitus, ita etiam nomen populi pro regione positum esse potest. Virg. Ecl. 1, 65. *sitientes ibimus Afros.* Ern. — * Burm. ad Catonis diras v. 90, (t. 2. Anth. p. 665.) velit : *ipse præceps Iberos, patrium regnum, pervadit.*

Placida illuvie Videri *eluvie* legendum diximus ad Livii 1, 4. Gron. Sic 13, 57. *eluvies maris.* Ern. Bud. *illuvie.* Bip. mallent *alluvie.* Lall. *eluvie.*

Advertere pastores. Sic 2, 17., *Octo aquilæ petere silvas visæ advertere imperatorem.* Id verbum ea notione reddendum Livio 1, 12. de Metio Curtio in paludem conjecto, *adverteratque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri.* Id est, converterat illuc animos oculosque Sabinorum. Nam libris omnibus, *averterat*, scriptum, alio sensu. Lips. Immo *advertere* h. l. est *animadvertere.* Quomodo Græci προσέχειν dicunt, int. νοῦν. Ern.

Camillus. Legatus Dalmatiæ, de cujus bello civili vid. Suet. Claud. 13. Paullo ante ed. pr. *mater viva ejus.* In margine Gryph. video notatum *Vibia.* Cod. Vat. *Vinia.* Ern.

Quod stirpem hostilem iterum conservaret. Sic e Flor. pro vulgato, *qui*

tamen exsuli longa posthac vita fuit : morte fortuita, an per venenum exstinctus esset, ut quisque credidit, vulgavere. « De mathematicis Italia pellendis » factum senatus consultum, atrox et irritum. Laudati dehinc oratione principis, « qui ob angustias familiares ordine senatorio sponte cederent, » motique, « qui remanendo impudentiam paupertati adjicerent. »

LIII. Inter quæ refertur ad patres « de pœna feminarum, quæ servis conjungerentur : » statuiturque, « ut ignaro domino ad id prolapsæ in servitute : sin consen-

60. *An per venenum exstinctus esset. Exstinctio*, sine *esset*, puto. — 61. *Statuiturque ut ignaro.* Lege, *ut ignaro domino* (sc. ejus servi, quocum rem habuerant) *ad id prolapsæ in servitute, sin consensisset* (sc. dominus) *pro libertis haberentur.*

stirpem, dedit Pichena. At mihi multo magis se probat aliorum *qui*. Est enim, quale Terentii Andr. 4, 1, 40., *Nisi mihi deos satis scio fuisse iratos, qui auscultaverim*. Heaut. 3, 3, 28., *Dii te eradicent, Syre, qui me istinc extrudis*. Justinus 39, 5., *Ptolemæo regnum redditur, qui neque cum matre bellum gerere voluisset, nec a fratre armis repetere, quod prior possedisset*. Cicero ad Famil. 5, 22., *Neque minus est Spartiates ille Agesilaus perhibendus, qui neque pictam, neque fictam, imaginem suam passus est esse*. Et talia ὅσα κόνις. Gron. *Quod* est etiam in Guelf. ed. pr. Idque verum est. *Qui* h. l. durum videtur. Cod. Reg. et ed. pr. *interritum* pro *iterum*. Ern. Bud. *quod st. h.* bene.

Morte fortuita, an per venenum exstinctus esset. Mitius faceremus, *exstinctum esse*, quam, si cum Mureto et Acidalio deleremus, quorum hic etiam *mortem fortuitam*. Sed nihil mutandum : a fronte namque horum verborum subauditur τὸ *utrum* : quemadmodum in omnibus fere istis, ubi *incertum an*, vel *dubium an*, vel *an* solum in hanc sententiam interponitur. Gron. Ed. pr. *extincta*, ut ad *vitam* referatur. Et sic cod. Reg. Gronovii conjectura est in cod. Agr. Ern. Bud. *extinctus esset*.

Ut ignaro domino etc. Non prompta lectio sententiaque hujus loci : mihi quidem. Nam aliis omnia liquent. Aiunt, non dubiam sententiam esse hanc : mulierem liberam, quæ cum alieno servo solita sit, domino insciente, servam fieri, velut proprio consensu : et natos item ex iis liberos non haberi. Itaque nunc nuper ecce emendavit vir doctus ; *et ignaro domino ad id prolapsa, in servitutem, ceu consensisset : et, qui nati essent, pro liberisne haberentur*. (Torr. ad Suet. Vesp. 11.) Sed mihi, per bonam gratiam, jus sit dissentire. Nego, alterum illud membrum, de natis ex eo cœtu in servitutem habendis, usquam reperiri in legum libris : aio, contra jus esse. Favor libertatis exposcit, ut nati e libera sint liberi ;

sisset, pro libertis haberentur. » Pallanti, quem « repertorem ejus relationis » ediderat Cæsar, « prætoria

adeoque superveniens calamitas matris nocere ei, qui in utero est, non debet, ut sufficiat, matrem liberam vel medio tempore habuisse. Paullus Sentent. 2, tit. 24. Martianus l. 5. D. de Statu hominum. Quo jure ergo servi isti? Clementius vulgata lectio aiebat, *pro libertis haberentur*: sed non verius. Quomodo enim libertus, qui nunquam servus? Adde, quod manuscriptis vestigium nullum ejus membri. Verba, inquam, *ea, et qui nati essent*, absunt manuscriptis omnibus, etiam Budensi. Ut mihi quidem Farnesiani codicis scriptura certa sit: *ut ignaro domino ad id prolapsa, in servitute: si consensisset, pro liberta haberetur*. Optime. Duplex videlicet ejus SCti membrum, in eas quæ ignaro, quæque sciente domino, peccatum id peccassent. Et si quidem ignaro, ait lex, serva esto: sin volente, habetor pro liberta. Omnino enim propositum legislatori a servili contubernio abstinere lubricum sexum: et sive sciente, sive inscio domino, ea mixtio, posuit pœnam. Sed ἀναλόγως, et pro gradu noxæ intentiorem, remissioremque. Sed cui rei, inquies, fuerit pro liberta? Huic, ut vinculo aliquo teneatur domino servi, ad operas libertorum, aliaque ejus ordinis præstanda. Jus item domino in feminæ bonis: et quicquid in veram libertam. Sed recte, *pro liberta*: non enim liberta vere. Retulit hoc ipsum decretum postea (credo quia abolevit, licentia temporum, et inusu) Vespasianus princeps, de quo Suet. 11., *Auctor senatui fuit decernendi, ut, quæ se servo alieno junxisset, ancilla haberetur*. Ita tamen, ut apud jurisconsultos nomen manserit consulti Claudiani: non a Claudio Pallante, qui repertor, sed a Claudio principe, qui retulit. Tertullianus item adspexit, ad uxorem 2, 8., *Nonne insuper censuerunt* (Romani) *servituti vindicandas, quæ cum alieno servo, post dominorum denuntiationem, in consuetudine perseverarunt?* Plura ad hanc rem petes, si operæ tibi est, a P. Fabro Semestr. 1, 25. Revera enim ad asciam factum, quidquid dedolavit ille faber. Lips. Frustra pugnat Salinerius pro verbis, quæ Taciti non sunt, et specie inhibendi correctiones genus corrigendi maxime anceps et rarissime felix tuetur. Budensis, Farnesianus, Florentinus agmine facto ejurant, quod de filiis alibi nusquam se legisse fatetur et Salinerius. Idque sine dubio sarcinatorum cujusdam est, leviter corruptos locos, qui litera una alterave dempta, vel addita, vel mutata, restituebantur, pro ingentibus hiatibus supplentium. Pellexit in fraudem vox *libertis*, quam quo referret, quia non videbat, ipse aliquid commentus interposuit: cui locus non erat, si, ut est in Farnesiano, *liberta* reperisset. At, inquit, sic nati statim matrem a servi complexibus habuerunt servam. Hoc parum est pro jureconsulto loqui, quem scire oportebat, non pro serva habitam, nisi post trinas denuntiationes. Deinde hoc non eo valebat utique, ut mancipium fieret (nisi forte in humilibus et egentibus personis) quam, ut et suam et adsumpti mariti libertatem ab hujus do-

insignia; et centies quinquagies sestertium » censuit consul designatus, Barea Soranus: additum a Scipione Cor-

mino emere compelleretur. Itaque caute Tacitus, *in servitute haberetur*. Quemadmodum enim aliud est, *esse in libertate*, aliud *esse liberum*, teste Fabio declam. 340. sic et aliud est *servam esse*, aliud *in servitute esse*. Roganti Lipsio, quemadmodum libertus esse possit, qui servus nunquam fuit? repouit, quo pacto liberta dicatur, quæ non servierit. Hæc paria non sunt. Mulieris enim culpa est subeuntis jugum, cui leges eam infamiam statuerunt: nulla culpa fœtus est. Quin rem diligentius consideranti liquebit, nihil tale nec potuisse de natis ex eo conjugio constitui, nec necesse fuisse, cum jure communi satis cautum esset. Nam, qui ante denuntiationes istas provenerant, nec servi erant, nec libertini, sed ingenui, quia non mutabat mulier statum, nisi postquam dominus servi denuntiasset. Si vero, factis denuntiationibus, non abstinuit servo mulier, neque libertatem utriusque redemit, et plane serva facta est; si quod inde nascitur, conceptum est, antequam mater justam servitutem subiret, haud dubie liberum est; quod simul concepit et parit jam ancilla, servum est ex communi jure. Quod autem P. Faber, *ingrato* pro *ignaro* reponi suadet, quod sit invito, ut apud Terentium Eun. 2, 1, 14. Donatus interpretetur, fallitur. Neque enim id procedit, nisi in uno *ingratiis*: sic enim loquimur *ingratiis meis, ingratiis alicujus fieri*, quod sit me vel aliquo invito, et de hoc agit Donatus. Illa vero *ingrata*, quæ ex Catullo 73. in ingr. et Plauto Amph. 1, 1, 10. Turnebus Adv. 13, 13. explicat, non invita sunt, sed quæ sunt ingratis et non reddentibus vicem, aut cum gratia excipientibus collocata. Gron. Lectio Farnes. cod. a Lipsio probata totidem verbis est in MS. Agr. nisi quod habet *sin* pro *si*. Atque sic edidit Ryckius; sic correxerat vir doctus in ed. Gryph. Id probat J. Gronovius hactenus, ut malit *prolapsa* in pluralem numerum, quam *libertis* et *haberentur* in singularem mutari, propter auctoritatem MS. Flor. quocum consentit (Bud. et) ed. pr. Eum nos secuti sumus. Vitio operarum in ed. Gron. expressum est *consensissent*. Vulgo erat: *prolapsa in servitutem consensissent, et qui nati essent pro libertis haberentur*. Verba *et qui nati essent* absunt a MSS. Flor. Bud. Agr. Reg. ed. pr. Iidemque libri habent *servitute*. De re adde Schulting. ad Paull. Rec. Sent. 2, 21. in Jurispr. Antejust. qui verba *ignaro domino* de initio rei intelligenda putat: re comperta dominum denunciare debuisse, et, si tunc perseveraverit mulier, factam ancillam, ut Paullus dicat. Conjecturas Gundlingii, J. C. Schwarzii et Heumanni super h. l. vide in actis Erud. a. 1732. p. 290. et 1733. p. 431. Eas nemo facile probabit. Heumannianæ etiam latinitas adversatur. Corrigit enim *ei qui nati essent, pro l. h. ei* sc. feminæ. Liberi nascuntur *ex matre patri*: non *matri*. Ita fert vulgata loquendi consuetudo. Ern. Cod. Bud. prævenit emendationem Gronovii; habuit enim a 1. m. *prolapse in servitute sin consensisset* etc. unde posterior manus fecit *pro-*

nelio, « grates publice agendas, quod, regibus Arcadiæ ortus, veterrimam nobilitatem usui publico postponeret,

lapsa, et ex *sin*, *sui*, et in margine adlevit *et qui nati essent*. Hæc verba in textu primus exhibet Puteol. unde sumpserit, non pronum est dicere. Pugnant pro iis certatim JCti, inter quos Gravina in Orig. jur. civ. de Legg. n. 31. et Gundling. in Gundlingianis part. 36. *libertis* mutant in *liberis*, quia sit juris communis ex muliere lasciva, nondum ancilla, natos liberos esse et ingenuos. Contra Jac. Gothofredus ad l. 1. C. Theod. ad SC. Claud. et P. Burgius in Electis c. 8. servant *libertis*. Meum non est, tantas componere lites. Id vero vix mihi dubium esse potest, male pro vetere lectione venditari, in qua de *natis* fit mentio; quippe pro qua codex nullus adfertur, nisi quod pseudo-Lampugn. ad Mirand. suum provocat, cujus fides dudum est conclamata. Itaque in Gronoviana interpretatione adquiesco. Cf. et Barbeyrac sur le Droit de la G. et de la P. de Grotius 2, 20, 5. Lectionem codicis Farnesiani probat Cujacius in Paratitl. Cod. de SC. Claud. toll.

Pallanti prætoria insignia. De quo inscriptio: TI. CLAVDIVS. AVG. L. PALLAS. HVIC. SENATVS. OB. FIDEM. PIETATEM. QVE. ERGA. PATRONOS. ORNAMENTA. PRÆTORIA. DECREVIT. ET. HS. CENTIES. QVINQVAGIES. CVIVS. HONORE. CONTENTVS. FVIT. Et indignatur jure in hoc facto major Plinius 35, 58. (ad Pallantem enim ea refero.) *Hoc est insigne vænalitiis gregibus, opprobriumque insolentis fortunæ: quos et nos adeo potiri rerum vidimus, ut prætoria quoque ornamenta decerni a senatu, jubente Agrippina Claudii Cæsaris, videri-mus: tantumque non cum laureatis fascibus remitti illo, unde cretatis pedibus advenissent*. Itemque minor epistol. 8, 5. Lips. Inscriptionem istam spuriam pronunciat Harduinus ad Plinium l. c. quod hactenus verum est, quoad verba præponuntur *Ti. Claudius Aug. L. Pallas*: ut ostendit Ryckius ad h. l. Nam Pallas fuit libertus Antoniæ, dictusque adeo *Antonius Pallas*, ut frater *Antonius Felix*, quamquam hic et *Claudius* ap. Josephum dicitur, vide Lipsium mox ad c. 54. init. Quicquid sit, caput inscriptionis a Lipsio additum: cetera inscriptio spuria non est, quippe prodita a Plinio ep. 7, 29. 8, 6. quo loco etiam fragmenta monimenti in honorem Pallantis facti. Ern.

Quinquagies HS. Sic MS. Flor. Reg. Agr. Guelf. edd. pr. Puteol. omnes usque ad Pichenam, in cujus ed. *quinquagesies* vitio operarum irrepsit haud dubie. Et id tamen omnes secuti sunt usque ad J. Gronovium, qui vetus restituit. Ern. *Quinquagies* etiam ap. Plin.

Barea Soranus. Lego in lapide Q. MARCIO. BAREA. T. RVSTIO. NVMMIO. GALLO. coss. Si de isto; habemus viri celebris gentile nomen. Lips. Hæc inscr. est ap. Grut. p. 107, 8. Sed ex alia, quæ est apud eundem p. 235, 10. ubi iidem COSS. patet, fuisse sub Tiberio, post quartum consulatum, et anno quidem, ut videtur Pighio, 778. Calvisio de Lentulo Gætulico coss. ordinariis. Ceterum vel sic gentile nomen Barearum hinc cognoscitur. Ern.

Regibus Arcadiæ ortus. Vide quæ-

seque inter ministros principis haberi sineret. » Adseveravit Claudius, « contentum honore Pallantem, intra priorem paupertatem subsistere. » Et fixum est ære publico senatus consultum, quo libertinus, sestertii ter millies possessor, antiquæ parcimoniæ laudibus cumulabatur.

LIV. At non frater ejus, cognomento *Felix*, pari

so, mancipium hoc togatum Pallantem ad regum stirpem refert: credo, quia Pallas aliquis Virgilio aliisque inter Arcadum reges. O opprobrium omnium Scipionum; et dignissime domino Pallante! Nos, hunc nequissimum servum trans mare advectum inter vænales, ex Plinio scimus: et eundem Antoniæ matri servisse, ex Josepho 18, 6, 6. qui Πάλλαντα appellat τὸν πιστότατον τῶν δούλων αὐτῆς. Ab ea ergo ad Claudium pervenit. Lips.

Fixum est publice. Ita libri scripti: et non abhorret a Corneliana phrasi. At vulgo, *ære publico*, legas, non sine additamenti suspicione. Lips. In MS. Flor. est lacuna, sed in margine alia manu scriptum *ære*. Cod. Reg. Agr. ed. pr. *publice*, sine lacuna. *Ære publico* primum reperio ap. Puteol. Utrum sequare, nil referre arbitror. Est enim utrumque ineptum. *Ære publico* et *publice* nihil esse potest, nisi sumptu ærarii: quod quorsum additur? Nam omnia sic SCta fixa. Si *publice* intelligas de loco publico, num alia privato loco fixa? Suspicor, scriptum fuisse sic: *foro D.-Julii Cæs.* aut sine *Cæs.* Nam Plin. Ep. 8, 6. auctor est, positum SC. ad statuam D. Julii loricatam, loco celeberrimo urbis, idque ille ut indignissimum notat. Itaque non videtur hoc Tacitus omisisse, aut omittere debuisse. Atqui ista statua fuit in foro D. Julii, ut auctor est alter Plinius H. N. 34, 5. Opponit nobis Broterius locum Plinii citatum: in quo nos nil reperimus, quod emendationi nostræ obesset. Nam *æs* et *monimenta publica* nihil dubitationis habent: at *æs publicum*, et *publice* figere. Ern.

Felix jampridem. Non hercle ita pridem, si Josepho in gentili historia credendum. Præpositus enim demum Judææ est post damnatum Cumanum. Josephus Ἰουδ. ἀλώσ. 2, 12, 8. clare: Μετὰ ταῦτα, inquit, Ἰουδαίας μὲν ἐπίτροπον Φήλικα τὸν Πάλλαντος ἀδελφὸν ἐκπέμπει τῆς τε Γαλιλαίας καὶ Σαμαρείας καὶ Περαίας. Ut fortasse hic rescribendum sit, *Felix haud pridem Judææ impositus.* Hunc libertum Claudium Felicem Josephus 20, 6. Suidas in Κλαυδ. Zonaras 6, 15, 16. nominant: at Antonium Felicem Tacitus H. 5, 9. *Antonius Felix per omnem sævitiam ac libidinem, jus regium servili ingenio exercuit.* Ne te turbet: scies, plerosque istos e libertis Antoniæ matris fuisse: eoque binomines, alias principis, alias patronæ mortuæ nomen tulisse. Lips. (Cod. Agr. et.) Ed. pr. *tum pridem*: unde possis conjicere *tum quidem*: nam *pridem* et *quidem* subinde confunduntur in libris scriptis. Sed non necessarium puto

moderatione agebat, jam pridem Judææ impositus, et cuncta malefacta sibi impune ratus, tanta potentia subnixo. Sane præbuerant Judæi speciem motus orta seditione, postquam C. Cæsari haud obtemperatum esset; cognita cæde ejus, sedata. Manebat metus, ne quis prin-

62. *Jam pridem Judææ impositus. Tum primum Judææ impositus*, cod. Agr. non male. Vide Lipsium. — 63. *Cuncta malefacta sibi impune ratus.* Parum latine. Puto, *sibi itura ratus*, vel *abitura*. Idque rectius. Terent. Eun. 5, 2, 13., *Credin' te impune abiturum?* — 64. *Postquam cognita cæde Caii. Cæde ejus* cod. Agr. ut et alii. Forte, *postquam cognita Caii cædes, et vi haud temperatum esset: Nam manebat metus.* vel, *postquam cognita Caii cæde.* — 65. *Jussis haud obtemperatum est. Sed manebat.* Paucis tangit seditionis caussas, quas in rebus a Caio gestis uberius erat persecutus. Infra Hist. 5, 9., *Jussi a Caio Cæsare effigiem ejus in templo locare, arma potius sumpsere*, quæ confirmant τὸ *jussis*. Sed cum satis liqueat, librum hunc esse mutilum, ut et priorem, multa deesse videntur de hoc Judæorum motu. Sed sentit aliter Gronovius.

aliquid mutare. Nam e sequentibus patet, Judææ nomen hic latius sumptum, et non modo proprie sic dictam Judæam, sed etiam Samariam et Galilæam intelligendam. Judæa propria Felici demum attributa est artibus iis, quæ hoc capite narrantur, h. e. Cumano damnato, ut e loco cit. Josephi patet, et Euseb. H. E. 2, 19. ubi eo anno missi Roma Felicis mentio. V. Valesium. Similiter in Actis Apost. 24, 10. Felix dicitur a multis annis Judæis præfuisse. Atqui ea res acta tribus aut quatuor annis post Cumanum damnatum. Ern. Apud Zonaram l. c. Felix absque prænomine legitur. Bud. *jam pridem.*

Impune. Heins. supplet *abitura*; sufficit intelligi.

Cognita cæde Caii *. Lacuna hic et hiatus, quem tamen ab historia facile explevero. Tangit enim motum illum Judæorum, qui Caligula imperante fuit, ob statuas ejus in templo erigi et coli jussas. Tacitus H. 5, 9. *Dein jussi a C. Cæsare effigiem ejus in templo locare, arma potius sumpsere: quem motum Cæsaris mors diremit.* Et disce rem omnem e Josepho 2, 10. Ἀλλόσους, itemq. Ἀρχαιολ. 18, 8. Tangit, adsero, illum motum, argumento claro in his verbis: *Cognita cæde Caii.* Et: *manebat metus, ne quis principum eadem imperitaret.* Qui aliter medicinam adferunt, aberrant. Sed quid hoc, inquiunt, ad Felicem, qui tanto post successit? Nam ille quidem motus Petronio procuratore fuit. Dicam, repetit rem ab alto Tacitus, et initia recenset motuum secutorum, quos auxit accenditque infelix iste Felix. Apud Suidam tamen alterius mentio turbæ, cui componendæ Felix electus: Στασιασάντων (inquit l. c.) τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν Χριστιανῶν, ἄρχοντα ἐπέστησεν αὐτοῖς Κλαύδιον Φήλικα, κελεύσας αὐτῷ τιμωρεῖσθαι τούτους. Lips. Suspicabar, pro *postquam* scribendum *quamquam*; et quia ἀντὶ τοῦ *Caii*, quidam libri *ejus*, fuisse: *quamquam cognita cæde Caii edicto ejus haud obtemperatum esset.* Nam, quod illud

cipum eadem imperitaret. Atque interim Felix intempestivis remediis delicta accendebat, æmulo ad deterrima Ventidio Cumano, cui pars provinciæ habebatur: ita divisis, ut huic Galilæorum natio; Felici Samaritæ pa-

fuerit edictum, voluit auctor repeti ex quinto Historiarum. Videbatur sublata caussa motus morte furiosi principis. Narrat autem Tacitus nihilominus, quæ jamdudum coquebatur, seditionem ortam, etsi Caius interfectus et edictum ejus abolitum foret. Quid ita? quia supererat metus, etc. Gron. Nihil adhuc melius vidi conjectura Gronovii, et vix operæ pretium, referre alias conjecturas. Rhenanus: *post quam, cognitu cæde Caii, haud obtemperatum. Sed manebat.* vel: *Postquam, c. c. C. jussis haud obtemperatum esset, manebat metus.* Faernus: *postquam cognito, Caii jussis haud obtemperatum esse, manebat m.* Heinsius: *haud obtemperatum est; et manebat.* Ed. pr. sic habet: *postquam cognita cæde ejus haud obtemperasset. monebat metus.* Puteol. *postquam c. c. ejus h. obtemperatum esset. Sed manebat m.* Et sic sequentes usque ad Rhen. sec. qui dedit e conjectura *p. c. c. Caii, h. o. esset. manebat m.* quod omnes secuti sunt. Manus docta in ed. Gryphii sic correxit, *postquam cognita cæde ejus haud temperatum esset. Sed m. m.* an e MS. nescio. Ceterum, ubi hæc comparo cum historia, non invenio, quid huic loco faciam. Dicit, Judæos quidem fecisse, quæ speciem seditionis haberent: sed Felicem ista delicta non idoneis remediis coercuisse, verum auxisse cum Cumano. Hic scire velim, an ullo modo sermo esse possit de motibus qui statim a morte Caii fuerint. Nam nulli fuerunt. Statim enim Judæa tradita est Agrippæ, quo mortuo demum, novi procuratores missi, Fadus primum, dein Alexander, sub quibus nulla seditionis mentio. Tum, quomodo, cum tantum *speriem motus* prætulisse dicantur, *seditio orta* dicitur? Arbitror, esse lacunam bene magnam post *imperitaret.* Initium loci totius de Caii tempore intelligo. Nam species motus est in non parendo. Verba *cognita cæde ejus* transposita credo, et ad *manebat metus*, referenda, sic: *Cognita cæde ejus, manebat metus.* Sed deinde deest, quod sententiam, *postquam . . . . . obtemperatum esset*, expleat: id debet pertinere ad Caii voluntatem de statua. Ern. Post *orta seditione* deesse, quæ caussam seditionis indicarint, judicat Acid. Brot. ita supplet: *sp. m. o. sed. ob C. Cæs. effigiem in templo locandam; p. c. c. ejus h. o. esset, m. m.* Hill. Rac. 36. sic: *Sane jam pridem*, (hoc e superiore loco huc ille transfert,) *pr. Jud. sp. m. o. sed. p. q. jussi a Caio* (hoc sic, ut H. 5, 9.) *h. obtemperaverant. Cogn. c. e. m. m.* Bip. Rhenanum male voculam *sed* post *esset* omisisse censent, quæ veri vestigium præbeat. Eorum admodum probabilem emendationis conjecturam in textum recepi. Bud. cum Puteolano concordat, verum *sed*, quod hic orationi inserit, iste τῷ *manebat* a 2. m. superpositum habet.

Ita divisis, ut huic. Vide an scripserit Tacitus: *cui pars provinciæ habebatur, ita divisæ, ut huic Galilæorum natio, Felici Samaritæ parerent.* Gron. Verum puto. Ed. pr. *divisit.*

rerent, discordes olim et tum, contemptu regentium, minus coercitis odiis. Igitur raptare inter se, immittere latronum globos, componere insidias, et aliquando prœliis congredi, spoliaque et prædas ad procuratores referre. Hique primo lætari, mox gliscente pernicie, cum arma militum interjecissent, cæsi milites. Arsissetque bello provincia, ni Quadratus, Syriæ rector, subvenisset. Nec diu adversus Judæos, qui in necem militum proruperant, dubitatum, quin capite pœnas luerent: Cumanus et Felix cunctationem adferebant, quia Claudius, caussis rebellionis auditis, jus statuendi etiam de procuratoribus dederat. Sed Quadratus Felicem inter judices ostentavit, receptum in tribunal, quo studia adcusantium deterrerentur: damnatusque flagitiorum, quæ

66. *Arma militum interjecissent, Intercessissent* cod. Agr. Forte *interseruissent.*

Ern. Sub *divisis* forsan intelligitur *partibus.*

Felici Samaritæ parerent. Apud Josephum Felicis adhuc nullæ partes: contraque Cumanus a Samaritis stetisse legitur. Sed tu eum vide, non una in re a nostro dissentientem 20, 5, 6. Lips. Dissensus Taciti et Josephi manifestus est. Eum sic voluerunt quidam componere, ut, cum Josephus tradit, dejecto Cumano missum Felicem, id non sic capiant, quasi Roma tum missus sit, sed e Peræa: ut Noris. Cenot. Pis. 2, 16. §. 13. probante Pagio Crit. B. ad A. C. 48. Quod est nihili. Mitti simpliciter dicuntur centies, nulla Romæ mentione, qui in provincias eunt. Jam proclive est dicere cum Wesselingio ad Simsoni Chron. p. 1647. in re judaica plus fidei habendum Josepho. Et ego plurimum tribuo Josepho alias. Sed hic, ut pro Tacito judicem, facit primo rei magnitudo et insolentia, quæ non sinit hæc ficta credere. Novum enim est, duos procuratores Judæis esse eodem tempore, quod Tacitus sine idoneis auctoribus vix scripserit. Accedit Lucæ auctoritas, sive potius Paulli, qui Felicem multos annos Judæis præfuisse dicit, anno, postquam Cumanus damnatus est, tertio aut quarto. Id multo rectius dicetur, si Felix una cum Cumano missus est anno octavo imperii Claudiani: quem annum de Cumano edit diserte Josephus: isque sequendus erat, non ii, quos cum alii, tum Valesius edunt ad Euseb. H. E. 2, 19. Ern.

Damnatus flagitiorum. Aperte magis et distincte scriptor Judæus. Negat a Quadrato damnatum Cumanum, sed ipsum cum Celere tribuno missum ad Cæsarem, qui de re cognosceret statueretque. Ita Cumano

duo deliquerant, Cumanus: et quies provinciæ reddita.

LV. Nec multo post agrestium Cilicum nationes, quibus *Clitarum* cognomentum, sæpe et alias commotæ, tunc, Trosobore duce, montes asperos castris cepere: atque inde decursu in litora aut urbes vim cultoribus et oppidanis, ac plerumque in mercatores et navicularios, audebant. Obsessaque civitas Anemuriensis, et missi e Syria in subsidium equites, cum præfecto Curtio Severo, turbantur: quod duri circum loci, peditibusque ad pugnam idonei, equestre prœlium haud patiebantur. Dein rex ejus oræ Antiochus, blandimentis adversus plebem, fraude in ducem, cum barbarorum copias dissociasset, Trosobore, pauçisque primoribus interfectis, ceteros clementia composuit.

LVI. Sub idem tempus, inter lacum Fucinum amnemque Lirin, perrupto monte, quo magnificentia operis a pluribus viseretur, lacu in ipso navale prœlium adornatur; ut quondam Augustus, structo cis Tiberim stagno, sed levibus navigiis, et minore copia ediderat.

exsilium irrogatum: Celerem remissum Hierosolyma et vicatim discerptum. Lips. Frustra de his verbis sollicitus est Acidalius; quasi novum sit *flagitia delinquere*, addique vult: *unus luit Cumanus*. Nam *delinquere quid* utique dicimus: ubi quid intelligas, nisi *flagitium* vel *scelus?* Sed et Papinianus l. 38. §. 4. D. Ad leg. Jul. de adulteriis: *cum alias adulterii crimen, quod pubertate delinquitur, non excusetur ætate*. Quo autem istud *luit?* An dubium est, quemquam, qui *damnatus flagitiorum* dicitur, pœnas pependisse, nisi diserte addatur, unde veniam meruerit post sententiam? Gron.

Trosobore. MS. Flor. *Troxob*. Ed. pr. *Aresoboro*. Cod. Vat. *Arosoboro*. Mox rescripsi e Flor. Guelf. ed. pr. *et oppidanis* pro *ac opp*. Ern. Bud. *Trosobore..... et opp*.

Mercatores et navicul. De his et eorum immunitate v. l. 5. D. de jure immun.

Magnificentia operis. Quæ ex Eusebii sive Hieronymi nota in Chronico elucebit. *Claudius*, inquit, *circa hæc tempora Fucinum lacum exsiccavit, undecim annos triginta hominum millibus sine intermissione operantibus*. Lips. Adde Suet. c. 20. Ern.

Cis Tiberim stagno. De quo Suet. Aug. 43. *Edidit navale prœlium circa Tiberim cavato solo, in quo nunc Cæsarum nemus est*. Lips.

Claudius triremes quadriremesque et undeviginti hominum millia armavit, cincto ratibus ambitu, ne vaga effugia forent; ac tamen spatium amplexus, ad vim remigii, gubernantium artes, impetus navium, et prœlio solita. In ratibus prætoriarum cohortium manipuli turmæque adstiterant, antepositis propugnaculis, ex quis

67. *Claudius triremes et quadriremes.* Scribe c̄. *Claudius triremes*, h. e. *Centum Claudius triremes.* Vide nos ad Petronii fragm. Tragur. — 68. *Ne vaga effugia forent.* Puto *ne qua vagis effugia*, vel, *ne vacua. Vagis* id est fugientibus. Ann. 13, 39., *Hortatur ut hostem vagum, neque paci aut prœlio paratum, sed perfidiam et ignaviam fuga confitentem exuerent sedibus.* 15, 10., *disperso milite, qui vagum hostem promptius sustentavisset.* Deinde *sat tamen spatii amplexus.* Nam Acidalii *sat spatium*, non facit ad gustum.

Claudius triremes. Censemus reponi numerum debere, scribimusque, *Claudius centum triremes.* Tot enim fuisse, credimus Dioni 60, 33., Οἱ δὲ ναυμαχήσαντες, inquit, θανάτῳ καταδεδικασμένοι ἦσαν, καὶ πεντήκοντα ναῦς ἑκάτεροι εἶχον, οἱ μὲν Ῥόδιοι, οἱ δὲ Σικελοὶ ὀνομασθέντες. Si utrimque naves quinquaginta: in universum ergo centum. Idemque numerus in Xiphilino. At ecce Suetonius duodenas duntaxat nominat, c. 21. *Hoc spectaculo*, ait, *classis Siculu et Rhodia concurrerunt duodenarum triremium singulæ.* Falso. Omitto Dionem: sed quomodo hominum illa vis in duodenis utrimque navibus? quando undeviginti millia pugnasse hanc navalem pugnam Tacitus exprimat diserte. Non ergo abest, quin ad Dionis reique fidem corrigendus Tranquillus sit, *quinquagenum triremium.* Lips. Probat Acidalius. At vir doctus in margine Gryph. correxerat *tr. qu. duodecim et vig. m. n.* Ern. Marc. Donatus in Suet. addi jubet: *et quadriremium.* Idem ἑκάτεροι Dionis reddit *utrique junctim*, quod redit fere ad calculum Suetonii; nam utrinque esset ἑκατέρωθεν.

Cincto ratibus ambitu. Quid si, *cratibus*, aut *trabibus?* Tale quid substitueris non invito Dione, qui lacum muro ligneo circumdatum scribit l. c. τεῖχός τε περὶ τὴν λίμνην ξύλινον κατεσκεύασε, καὶ ἐρρίζωσε. Ejus ergo quasi valli tutelæ præpositus prætorii miles. Lips. Frustra. Nam mox in ratibus adstitisse dicuntur prætoriani, ut bene monuit Acidalius. Mox *ac tamen spatium* vett. edd. ante Rhenan. Hic dedit *attamen* cum ceteris. *Ac tamen* verum puto, quod et Guelf. exhibet. Ern. Bip. pro *amplexus* conjiciunt *amplius.*

Ad vim remigii, gubernantium artes, impetus navium, et prœlio solita. Sic expressit e Flor. MS. Pichena pro vulgari: *ad vim remigii, et gubernantium artes, impetusque navium prœlio solitos.* Plane sic etiam ed. pr. nisi quod *soliti* habet pro *solita*: ut Guelf. Ac sic fere etiam Puteol. nisi quod et post *remigii* copulam ponit, quem secuti sunt Riv. Beroald. et Alc. estque in Guelf. Ern. Et Bud. qui habet etiam *soliti.*

catapultæ ballistæque tenderentur. Reliqua lacus classiarii tectis navibus obtinebant. Ripas et colles, ac montium edita, in modum theatri multitudo innumera complevit proximis e municipiis, et alii urbe ex ipsa, visendi cupidine aut officio in principem. Ipse insigni paludamento, neque procul Agrippina chlamyde aurata, præsedere. Pugnatum, quamquam inter sontes, fortium virorum animo: ac, post multum vulnerum, occidioni exempti sunt.

LVII. Sed, perfecto spectaculo, apertum aquarum iter. Incuria operis manifesta fuit, haud satis depressi ad lacus ima vel media. Eoque, tempore interjecto, altius effossi specus et contrahendæ rursus multitudini

69. *Chlamyde aurata præsedere. Præsidere* cod. Agric. — 70. *Et incuria. Et* abest ab Agr. cod. et a Budensi.

Classiarii tectis navibus. Ita restitui, pro, *rectis*. Tectæ naves, idoneæ ad pugnam; *αἱ τὰ καταστρώματα ἔχουσαι*, uti Thucydides appellat 7, 40. Lips. *Tectis* edd. pr. Puteol. Vereor, ne *rectis* vitio operarum irrepserit in Beroaldinam edidionem romanam, unde in ceteras fluxerit. Nam Beroaldus tantum repetiit textum Puteolani. Frustra *rectis* defendit Acidalius, tanquam *rectæ naves* opponantur *ratibus*. *Cœnam rectam* novi, non *naves rectas*. Ante ed. pr. vitiose *traderentur* pro *tenderentur*. Ern.

Agrippina chlamyde aurata. Dio l. c. etiam Neronem adjungit: Ὁ δὲ Κλαύδιος, ὅ, τι Νέρων στρατιωτικῶς ἐστάλησαν ἢ τι Ἀγριππῖνα χλαμύδι διαχρύσῳ ἐκοσμεῖτο. Plinius 33, 19., *Nos vidimus Agrippinam Claudii principis, edente eo navalis prœlii spectaculum, adsidentem ei, indutam paludamento, auro textili, sine alia materia.* Lips. Vett. edd. *præsidere*, et MS. Guelf. (item Bud.) Mox copula post *iter* non est in MSS. Flor. Bud. ed. pr. Orta est e finali τοῦ *iter*. Et melius abest. Itaque delevi. Ern.

Inter sontes. Puteol. *inter insontes*. Sed Dio l. c. θανάτῳ καταδικασμένοι ἦσαν. Alias insontes æque ac sontes pugnare solebant. V. Cic. Tusc. 2, 17.

Ad lacus ima vel media. Dixerat, *ad lacus ima*: quod ut melius intelligeretur, adjecit *vel media*: inde namque colligimus, id ei esse imum, quod in medio lacus foret, ubi plerumque maxime profundum est. Gron. Unde irrita Mureti conjectura delentis *ima vel*, et Heinsii legentis *lacunæ media*. *Lacunam* de tanto lacu dici ab historico non credo. Ern.

Altius effossi specus. De laborioso hoc opere vide Plinium 36, 24. Quod

gladiatorum spectaculum editur, inditis pontibus pedestrem ad pugnam. Quin et convivium, effluvio lacus adpositum, magna formidine cunctos adfecit; quia vis aquarum prorumpens proxima trahebat, convulsis ulterioribus, aut fragore et sonitu exterritis. Simul Agrippina, trepidatione principis usa, ministrum operis Narcissum incusat « cupidinis ac prædarum. » Nec ille reticet, « impotentiam muliebrem nimiasque spes ejus » arguens.

71. *Gladiatorum spectaculum.* Malo *gladiatorium.* — 72. *Aut fragore et sonitu exterritis.* Locus perplexus. Puto, *gravi fragore et sonitu exterritos.* Refer ad *cunctos.* Truncata vocabula in veteri codice passim occurrere, supra jam monuimus. Vide 1, 20. et 5, 4.

ante Claudium tamen conceperat D. Julius, (Sueton. Jul. 44.) non inceperat: nec rite perfecit ipse Claudius, quoniam manus postea admovit et Hadrianus. Spartianus in ejus vita 22. Lips. Vide ad Sueton. Claud. 20. et Fabrettum in Descr. emissarii lacus Fucini. Ern.

Fragore et sonitu exterritis. Aliquid est in hac oratione monstri. Nam, cum audimus, *convulsis ulterioribus*, intelligimus *membris operis*: cum autem, *aut fragore et sonitu exterritis*, non possumus hoc de iisdem accipere, sed de convivis, qui super ista discumbebant, et qui circa erant. Requirit tamen filum orationis, ut eadem sint *convulsa* ista et *exterrita.* Si quid video, Tacitus scripsit *exterritos*; ut id referatur ad τὸ *cunctos.* Exterritos, inquit, partim eo, quod sentiebant labefactari et convelli tigna, continuata illis, quæ abstrahebantur, partim fragore ac sonitu tum prorumpentium aquarum, tum soluti operis. Suet. Claudio 32. *Convivatus et super emissarium Fucini lacus, ac pœne submersus, cum emissa impetu aqua redundasset.* Quem locum in promptu cum haberet Aurelius, tamen offensus voce *convivii* eo usque delirat, ut *compluvium* subjecerit. Sed *convivium* hic cœnatio est, triclinium, vel locus ita structus, ut caperet convivas. Sic 15, 37. *publicis locis struere convivia.* Neque aliter accipiendum H. 1, 82., *Militum impetus ne foribus quidem palatii coercitus, quo minus convivium irrumperent.* Sic et incertus auctor Panegyrici Maximiano et Constantino dicti 6. *imago illa in Aquileiensi palatio ad ipsum convivii posita adspectum.* Ubi etiam male tentarunt. Gron. Sed si *exterritos* corrigimus, etiam delendum erit *aut*, tanquam additum, ut *exterritis* cum *convulsis ulterioribus* conjungeretur. Et tamen durior est orationis structura. MSS. Regius (Bud. a 1. m.) ed. pr. *exterriti* habent. MSS. Oxon. et Guelf. *ulterioribus* addunt *sublicis.* Ern.

Narc. incusat. Cf. Exc. e Dionis l. 60. ap. Constant. Porphyr. ed. a Vales. p. 677.

LVIII. D. Junio, Q. Haterio coss. sedecim annos natus Nero Octaviam, Cæsaris filiam, in matrimonium accepit. Utque studiis honestis et eloquentiæ gloria nitesceret, caussa Iliensium suscepta, « Romanum Troja demissum, et Juliæ stirpis auctorem Æneam, » aliaque haud procul fabulis vetera facunde exsecutus, perpetrat,

73. *Eloquentiæ gloria nitesceret.* Malim *enitesceret*, ut monui 11, 7. Male Lipsius *notesceret.* — 74. *Impetrat. Perpetrat* cod. Med. et Lips. quod notandum. Certe Plautus quoque sic videtur usus hoc verbo Casina : *Nam cur non ego id perpetrem, quod occepi, ut nubat mihi.* Noster infra 14, 11., *Quanto suo labore perpetratum, ne irrumperet curiam.* Deinde *publicum munus* pro *publico onere* ponit. Hinc *immunis* Hist. 3, 5. *remissum id munus.*

D. Junio, Q. Haterio coss. Non concilio in hac omni narratione Tacitum cum Suetonio. Noster matrimonium cum Octavia, caussarum dictiones, ad consules refert, quos posuit : Suetonius c. 7. gesta hæc vult toto anno ante, Claudio quintum et Cornelio Orfito coss. Nec enim de alio Claudii consulatu intellexeris illa : *Apud patrem consulem pro Bononiensibus latine, et pro Rhodiis atque Iliensibus græce verba fecit. Nec multo post duxit uxorem Octaviam.* At inter eum consulatum, et hunc Taciti annum, interjecti Faustus Sulla et Salvius Otho. Uter verior, mihi sane non liquet. Lips. Mox MS. Guelf. *C. Cæsaris* : male. Ern. Junius is *Silanus* a Nerone interfectus. V. 15. 35. Cf. Vales. ad Exc. Dionis.

Gloria nitesceret. Profecto in Groslotii mei correctionem inclino, *notesceret.* Lips. Et confunduntur sane in libris hæc verba, ut *enitescere* et *enotescere*. V. Schwarz. ad Plin. Pan. p. 9, 493. Sed *nitescere* plus est quam *notescere*, adeoque melius h. l. sic *enitescere*, pro quo simplex posuit more suo, pro illustrari, clarescere. V. Schwarz. l. c. p. 493. Cod. Flor. etiam *enitesceret*, quod recepit Lallem. Ern. et Bip. Sed Bud. *nitesceret.*

Romanum Troja demissum. Nihil deesse ostendimus ad illud Livii 3, 2. *quod et Romanus ira odioque pugnabat.* Gron. Nempe *Romanus* ponitur pro Romanis, populo romano, ut ap. Livium sæpe pro exercitu romano. Grotius putabat addendum *nomen*. *Demissus* pro ortus dixit imitatione Virgilii Æn. 1, 292. et alibi. Ern.

Aliaque haud procul fabulis vetera. Correxit Rhen. (e Bud.) cum ante esset *vera*. Lipsius in prima ed. conjecerat *verum*, quod placet Acidalio, sive *ceterum*. *Verum* est in cod. Agric. unde recepit Ryckius. Ed. Puteol. *vera facunditate.* Eo verbo etiam Plautus usus in Trucul. 2, 6, 13. Ea lectio fortasse nonnullis non displiceat. Quod nunc editur, verum puto. Ern. Bip. præferunt *vera*, fabulis confinia. Provocant ad Flor. quem a nemine allegari video. Vera falsis mixta fuisse, recepta lectio ipsa innuit.

Impetrat, ut Ilienses. Liber vet.

« ut Ilienses omni publico munere solverentur. » Eodem oratore Bononiensi coloniæ, igni haustæ, subventum centies sestertii largitione. Redditur Rhodiis libertas, ad-

perpetrat, recte. Sed quid ? non jam ante immunes Ilienses ? immunes pridem. Primus Alexander, post pugnam ad Granicum amnem, ἰλιευθέραν καὶ ἄφορον eam urbem pronunciavit, ait Strabo 13., p. 593. Certamen deinde Romanis in honestanda urbe, ut credebant, parente. In fœdere quod cum Antiocho, immunitas Iliensibus data, et Rhœteum ac Gergithum concessa : ut auctor est Livius 38, 39. Epistola deinde græca senatus populique romani ad Seleucum regem missa (Suetonii verba sunt Claud. 25.) *amicitiam et societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes præstitisset.* Sulla etiam, Asiam constituens, eosdem ἰλιευθέρους ἀφίησι, καὶ Ῥωμαίων ἀντιγράφει φίλους, ait Appianus Mithr. 61. An hoc mutatum postea (et sæpe solet) nescio : Julius quidem Cæsar iterum et agrum et libertatem dedit et immunitatem : nec imminuit Tiberius aut Augustus. Strabo l. c. p. 595. Καίσαρ ὁ θεὸς χάραν τε δὴ προσένειμεν αὐτοῖς, καὶ τὴν ἰλιευθερίαν καὶ τὴν ἀλειτουργησίαν αὐτοῖς συνεφύλαξε. καὶ μέχρι νῦν συμβαίνουσιν ἐν τούτοις. Quis ergo ea abstulit, ut opus fuerit sive reddi a Claudio, seu firmari? An Caligula? nihil lectum. Credo equidem, nemo : sed vel Claudius adjecit aliquid ad immunitatem olim datam, effecitque ut plenissima uterentur, (atque ideo Tacitus scripserit, *ut omni publico munere solverentur*, quasi antea non omni :) aut concessa, sed publicanorum improbitate mota, sanxit in perpetuum stabilivitque. Suet. l. c. *Iliensibus quasi romanæ gentis auctoribus tributa in perpetuum remisit.* Callistratus l. 17. D. de Excusat. *Iliensibus et propter inclytam nobilitatem civitatis, et propter conjunctionem originis romanæ, jam antiquitus et senatusconsultis et principum constitutionibus plenissima immunitas tributa est, ut etiam tutelæ excusationem habeant.* Lips. *Perpetrat.* MSS. Flor. (Bud.) Guelf. et alii ap. Broterium. ed. pr. Ean. Immunitatis Iliensium typus equus est libere pascens. V. NN. Col. ap. Vaillant t. 1, p. 221. et t. 2, p. 45. Pro *munere* amicus Ryckii volebat *onere*, ut 2, 42. 4, 6. sed *immunitas* est exemptio pub. onerum s. munerum. V. 12, 61. 13, 51.

Redditur Rhodiis libertas. Adempta nuper ab ipso Claudio, propter cives quosdam romanos in crucem actos, ut notat Dio 60, 24. Sed restituta, orante Nerone, cujus honori jure epigramma illud adsero, quod nomine Antiphili legitur primo Anthologiæ *εἰς νήσους*. Nec enim alio spectat, quam ad hoc factum (in Brunckii anal. t. 2, p. 174).

Ὡς πάρος ἀελίου, τῶν Καίσαρος ἐκ Ῥόδος εἰμὶ
Νᾶσος, ἴσον δ' αὐχῶ φίγγος ἀπ' ἀμφοτέρων.
Ἤδη σβεννυμίναν με τὶς κατέφθισεν ἀκτὶς
Ἄλλη, καὶ παρὰ σὸν φίγγος ἔλαμψα Νέρων.
Πῶς εἶπω; τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι; ὃς μὲν ἔδειξεν
Ἐξ ἀλὸς, ὃς δ' ἤδη ῥύσατο δυσμίναν.

empta sæpe aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi seditione deliquerant. Tributumque Apamensibus, terræ motu convulsis, in quinquennium remissum.

LIX. At Claudius sævissima quæque promere adigebatur ejusdem Agrippinæ artibus, quæ Statilium Taurum, opibus illustrem, hortis ejus inhians, pervertit, accusante Tarquitio prisco. Legatus is Tauri, Africam imperio proconsulari regentis, postquam revenerant, pauca « repetundarum crimina, » ceterum « magicas superstitiones » objectabat. Nec ille diutius falsum accusatorem indignamque sortem perpessus, vim vitæ suæ adtulit, ante sententiam senatus. Tarquitius tamen curia

75. *Legatus is Tauri in Africam. Legato Tauri* non minus concinne cod. Agr. Deinde puto, *postquam reverterant*, non *revenerant*. Sic passim scriptores castigatæ latinitatis.

Argutum epigramma, et comparat Neronem ecce cum sole : quia, ut ille Rhodum retexit radiis fecitque oriri; sic iste pressam et occidentem restituit, reduxitque in lucem. Lips. Potest etiam respexisse poeta ad numum Rhodiorum in honorem Neronis cusum, in quo Nero caput radiatum habet, propter famam, de qua Dio apud Xiphil. 61, 2. recens natum Neronem radiis circumdatum apparuisse; qua specie etiam exhibetur in numo Nicæensium. Ern.

Apamensibus. Sic MS. Flor. Guelf. et ed. pr. idque secutus sum. Ceteræ edd. inde a Puteolano *Apamiensibus*, nisi quod Ryckius e MS. Agr. *Apamensibus* dedit. Quia et *Apama* et *Apamea* et *Apamia* recte dicitur, etiam adjectivum varie formari potest. Sed usitatissimum est, quod nos exprimi curavimus. Ceterum Apameam Phrygiæ intelligit Ryckius. Ern. Bud. *a parmensibus*.

Sæviss. q. promere. Sic Græv. ap. Lact. de Mort. p. vult *promere exitium*.

Indigna sorte. MSS. Reg. Agr. ed. pr. *indignasque sortes;* unde Nic. Heinsius (ex Ann. 4, 52. 6, 8.) corrigebat *indignasque sordes* i. e. immeritum reatum : quod verum puto. Ed. pr. *Tarquitius* constanter. Guelf. Puteol. et vett. edd. ceteræ *Tarquinius :* male. De Tarquitio v. Ryckium ad h. l. Adde 14, 46. Ern. Bud. *indigna sorte*. Bip. recte *indignamque sortem*. Quippe sordes reus suscipit vel deponit, sortem vel casum patimur. Cf. 16, 9. De Tarquitio memoratu dignus Neronis numus, cujus veram epigraphen dedit Cl. Eckhel in NN. vet. anecd. p. 187. et in Doctr. NN. vet. vol. 2, p. 403.

exactus est: quod patres, odio delatoris, contra ambitum Agrippinæ, pervicere.

LX. Eodem anno sæpius audita vox principis, « parem vim rerum habendam, a procuratoribus suis judicatarum, ac si ipse statuisset. » Ac, ne fortuito prolapsus videretur, senatus quoque consulto cautum, plenius quam antea et uberius. Nam D. Augustus, « apud equestres, qui Ægypto præsiderent, lege agi, decretaque eorum perinde haberi » jusserat, « ac si magistratus romani constituissent: » mox alias per provincias, et in

76. *Ac ne fortuito prolapsus videretur. Prolapsa* forte, *vox* nimirum, quod præcessit.

Exactus. Missum putat Ryckius specie honoris in Bithyniam pro consule. Cf. 14, 46.

A procuratoribus suis judicatarum. Defunguntur vulgo leviter interpretatione hujus loci, et alterius Suetoniani comparis Claud. 12. *Ut rata essent, quæ procuratores sui in judicando statuerent, a senatu precario exegit.* Referunt enim ad procuratores rei familiaris in provinciis: quibus datum nunc jus volunt cognoscendi statuendique inter privatos et fiscum, in re pecuniaria quidem; non enim criminum: argumento l. 2. C. Si advers. fis. l. 8. §. Transactiones. D. de Transact. et l. 1. C. de Jurisd. omn. judic. Itaque non aliud Tacitum tam longa et querula oratione indignari, quam jurisdictionem procuratoribus mandatam in re et caussa fiscali pecuniaria: eorumque decreta firma a Claudio habita et rata. Sed mihi profecto, et, credo, Tacito alia mens est: cui lucem dare conamur in Excurs. B. Lips. Ego procuratores rei privatæ omnes intelligam. Nam de procuratoribus, vice præsidum procurantibus minores provincias, non sit valde mirum, eorum judicata valere. Et Tacitus in fine capitis simpliciter, et sine exceptione vocat *libertos, quos rei familiari præfecerat.* Et consilium Claudii arguit. Vult enim ostendere, quomodo administratio reip. quæ maxime judiciis exercendis continetur, a senatu paullatim ad equites, ab his ad libertos domi forisque venerit. Procuratores etiam in majoribus provinciis ex equitibus et libertis Cæsarum. Vid. 13, 1. Ern.

Apud equestres. Nove hoc dictum, pro equitibus, vel ordinis equestris hominibus, nec ante Tacitum reperiri, recte monet Dukerus ad Liv. 33, 26. Similiter infra 13, 10. *Julius Densus equester*, quod, non memor hujus loci Muretus, tentabat, corrigens *Eques R.* probante Acidalio. Mox pro *proinde* Pichena malebat *perinde.* (* Sic Heinsius.) Id, quia MS. Guelf. addicit, recepi. Ern. Cod. Agr. *ap. equites.*

Lege agi. Quæ sit *legis actio,*

urbe pleraque concessa sunt, quæ olim a prætoribus noscebantur. Claudius omne jus tradidit, de quo totiens seditione aut armis certatum, cum Sempronii rogationibus equester ordo in possessione judiciorum locaretur; aut rursum Serviliæ leges senatui judicia redderent; Mariusque et Sulla olim de eo vel præcipue bellarent. Sed tunc ordinum diversa studia: et quæ vicerant, publice valebant. C. Oppius et Cornelius Balbus primi Cæsaris opibus potuere conditiones pacis et arbitria belli tractare. Matios posthac et Vedios et cetera equitum romano-

78. *In possessione judiciorum locaretur.* An *in possessionem judiciorum revocaretur?* Tum lege *bellarint.* Nam cod. Agr. *bellarent.* Idem mox *et quæ vicerant.* Sic et Mediceus. Puto *quæ evicerant.* Sic solet noster.

docet Pompon. de Orig. jur. §. 5.

In urbe pleraque concessa. In urbe equitibus romanis late datum jus: uti ab Augusto Mæcenati in præfectura urbis, uti præfecto prætorio semper: quia is ex equite ad tempora Vespasiani. Sed de procuratoribus Cæsaris in urbe aliquod jus, extra res fisci. Ulpianus l. 9. de Off. Pro CS.(ap. Schulting. in Coll. LL. Mos. et Rom. t. 14.) *Frequens est etiam legis Fabiæ cognitio in tribunalibus præsidum: quamquam quidam procuratores Cæsaris usurpaverint, quam Romæ, tam in provinciis.* Lips. Ceterum hic proprie nondum de procuratoribus loquitur, sed de equitibus. Unde non opus Ryckiana animadversione de procuratoribus in urbe: de quibus si sermo hic jam esset, firmaret id ea, quæ ante contra Lipsium dixi. Ern.

Serviliæ leges. Plures eo nomine: sed una judiciaria, quam tulit Q. Servilius Cæpio consul. de qua Cicero sæpius et Asconius in pro M. Scauro. Lips.

Bellarent. Sic scr. et edd. ante Rhen. qui frustra (e Bud.) mutavit in *bellarunt.* Itaque cum J. Gronovio restituimus. Mox *quæ vicerant* MS. Flor. (Bud.) edd. pr. Puteol. ceteræque veteres ante Lipsium. An data opara, e libris scr. editum sit *qui*, nescio. Ego veterem lectionem restitui: intell. *studia.* Eleganter et sæpe *studia* dicuntur *valere, vincere.* Sensus est: quæ partes vicerant, eæ consequebantur, ut plurimum in rep. possent, judicia administrarent: non, ut unus omnia posset; ut post bellum Cæsarianum factum. Ern.

Matios posthac et Vedios. Vedium intellegit Pollionem, et B. sive Cn. Matium. Etsi libri hic omnes inepte *Macchyos*, vel *Matthios.* C. Matii, qui inter amicos Julii Cæsaris mentio Suetonii c. 52. *Quæ scire C. Matium, C. Oppium reliquosque Cæsaris amicos.* Item Ciceroni ad Trebat. Ep. 7, 15. *Quum in C. Matii suavissimi doctissimique hominis familiaritatem venisti.* Et, quia Cicero elogio doctissimi ornat, censui olim, eumdem esse cum illo, qui Mimiam-

rum prævalida nomina, referre nihil adtinuerit; cum Claudius libertos, quos rei familiari præfecerat, sibique et legibus adæquaverit.

LXI. Retulit dein « de immunitate Cois tribuenda, » multaque « super antiquitate eorum » memoravit: « Argivos, vel Cœum, Latonæ parentem, vetustissimos insulæ cultores: mox adventu Æsculapii artem medendi illatam, maximeque inter posteros ejus celebrem fuisse, » nomina singulorum referens, et quibus quisque ætatibus viguissent. Quin etiam dixit, « Xenophontem, cujus scientia ipse uteretur, eadem familia ortum: precibusque ejus dandum, ut omni tributo vacui in posterum Coi sacram et tantum dei ministram insulam colerent. »

79. *Sacram et tantum dei ministram.* Forte *sacram et tanto deo min.* vel *ejus dei.* Nam *sacer* regit subinde etiam secundum casum, de quo nos ad Prudentium. *Tantum*, ut 14, 64. *cum jam viduam se et tantum sororem testaretur.*

bos et Iliada scripsit, quem Agellius 15, 25. Macrobiusque Sat. 2, 16. laudant, ut hominem impense doctum. Sed tamen cum Cnæi prænomine, uti et apud Plinium 12, 6. Cn. Matius legitur inter amicos Augusti: *Cn. Matius, ex Equestri ordine, D. Augusti amicus.* Qui fortasse alius ab illo primo, et de quo hic sermo. In lapide quodam (ap. Grut. p. 654.) geminata litera sculptum legi P. MATTIVS. CHARITON. LIPS. Sic et ap. Gell. et Macrob.

Libertos, quos rei familiari. Juvare videtur eos, qui Claudianum scitum ad rationales tantum referunt. Frustra. Procuratores enim omnes primo rei familiari sive fisco præfecti, sed imago imperii quibusdam adjuncta. LIPS.

Cois tribuenda. Sic se castigasse dicit Rhen. (e Bud.) pro *restituenda.* At sic etiam edd. pr. Puteol. Riv. Alterum est a Beroaldo et Alciato. Infra post *scientia* in Guelf. abest *ipse*: non bene. ERN.

Argivos vel cum Latonæ parente. Certissima emendatio est et elegantis ingenii clara index, quam a Josia Mercero accepi; *Argivos vel Cœum Latonæ parentem.* Pater enim ejus deæ Κοῖος vel Κεῖος. Hesiodus Theog. 404.

Φοίβη δ' αὖ Κοίου πολυήρατον ἶλθεν ἐς εὐνήν,
Κυσσαμένη δ' ἔκυσε Διὰ Διὸς ἐν φιλότητι
Ἀντὸ κυανόπεπλον ἐγείνατο.

Et ab eo nomen ipsi insulæ datum. Huic ipsi rei gryphus in Athenæi 10, 21. ex veteri carmine.... *μήτηρ δ' ἐστ' ἀριθμοῖο παις. Numeri mihi filia mater, significatur Latona*, inquit Athenæus, *Cœi filia*; quia *Macedones numerum cœum agnominant.* At de Xenophonte quod additur, est

Neque dubium habetur, multa eorumdem in pop. rom. merita, sociasque victorias potuisse tradi. Sed Claudius facilitate solita, quod uni concesserat, nullis extrinsecus adjumentis velavit.

LXII. At Byzantii data dicendi copia, cum « magnitudinem onerum » apud senatum deprecarentur, cuncta repetivere; orsi « a fœdere, quod nobiscum icerant, qua tempestate bellávimus adversus regem Macedonum, cui, ut degeneri, Pseudophilippi vocabulum impositum. Missas posthac copias in Antiochum, Persen, Aristonicum, et piratico bello adjutum Antonium, » memora-

80. *Quod uni concesserat.* Omnino scribendum *quod doni.*

ille medicus, cujus Diogeni Laertio mentio in fine Xenophontis Socratici: Τρίτος, ἰατρὸς Κῶος. Lips. Cœus ipse cœli et terræ filius. Hesiod. v. 136. *Parentem* habet Flor. At Bud. cum aliis male *parente*.

Tantum dei ministram. Sic MSS. Fl. Bud. Farn. ed. pr. Ceteræ omnes ante Pichenam *tanti*, etiam Lips. quod male defendit Ryckius e cod. Agr. cui adstipulatur Guelf. Vult non nisi deo servire insulam, non etiam hominibus, tributo pendendo. Vitiose etiam ed. pr. aliæque vett. *haberetur*. Ern. Sic et Bud. et Agr. codd.

Potuisse tradi. Sed. Sic feliciter restituit Rhen. e cod. Bud. qui habebat *patuisse tradidisset. Claudius*, ut Guelf. Ed. pr. *potuisset tradidisset. Claudius*. Puteolanus primus dedit: *patuisse Claudius*. Ern. Beroald. *patuisse. Claudius*.

At Byzantii. Ed. pr. *Byzantiis*. mox *jecerant*, ut MSS. Flor. (Bud.) Guelf. edd. pr. Put. Ber. Alc. Rhen. Ald. *Icerant* reperi in Gryph. Pich. Lips. etc. Liceret corrigere *fecerant*, ut 11, 9. e *jaciunt factum faciunt*. Ern.

Missas posthac copias. Quid *posthac?* Ergo Antiochus et Perses post Pseudophilippum? minime. Tempore hi anteeunt: sed scilicet Byzantii primum, ut validius, fœdus memorant, quod tempore Pseudophilippi coiit: tum addunt de auxiliis varie latis. Itaque *posthac*, non tempus rei gestæ, sed dictæ notat. Malim tamen *post hæc*, eo sensu. Lips. Frustra: *posthac* idem est, et sic dictum 3, 62, et 6, 7. Ern.

Adjutum Antonium. Capio non de celebri notoque Antonio, qui triumvir: sed de M. Antonio, qui curator oræ maritimæ cum infinito imperio, sub initia piratici belli, de quo illud Sallustii innotuit in fragm. l. 3. *M. Antonius perdundæ pecuniæ genitus, vacuusque a curis nisi instantibus*. Vide Ciceronem et Asconium in Verrem 1, 23. 2, 3. Lips. Mox *commeatui* volebat Pichena. Et sic ed. Gryph. sed vulgatum ve-

bant: « quæque Sullæ aut Lucullo aut Pompeio obtulissent: » mox « recentia in Cæsares merita; quando ea loca insiderent, quæ transmeantibus terra marique ducibus exercitibusque, simul vehendo commeatui opportuna forent. »

LXIII. Namque artissimo inter Europam Asiamque divortio, Byzantium in extrema Europa posuere Græci, quibus, Pythium Apollinem consulentibus, « ubi conderent urbem? » redditum oraculum est, « quærerent sedem cæcorum terris adversam. » Ea ambage Chalcedonii monstrabantur, quod priores illuc advecti, prævisa locorum utilitate, pejora legissent. Quippe Byzan-

81. *In extrema Europa. In extremo Europæ* cod. Agr. — 82. *Prævisa locorum utilitate.* Forte *ubertate.* Sic mox *fertili solo.*

rius, sive dativum velis, sive ablativum. De dativis in *u* supra jam vidimus c. 5. et constructionem similem cum ablativo 3, 19. Ern. Bud. *commeatui*, quod præfero cum Pich. et Bip.

Vehendo commeatui. Heins. *subvehendo.* (ex 13, 51, 53. 15, 4. et Liv.) Sic cod. Agr. apud Ryck.

Posuere Græci. Pleraque historia Spartanis adscribit conditam hanc nobilem urbem, et fatalem imperiorum sedem. Justinus 9, 1. et Isidorus Orig. 15, 1. a Pausania rege; Claudianus a Byzante quodam non obscure exstructam vult: in Eutrop. 2, 83.... *hoc Byzas Constantinusque videbunt?* In Joanne Sarisberiensi de nugis Curialium (in quo centone multos pannos purpuræ agnosco, et fragmenta ævi melioris) lego 1. 5., *Chilon Lacedæmonius jungendæ societatis caussa missus Corinthum, duces et seniores populi ludentes invenit in alea. Infecto itaque negotio reversus est, dicens, se nolle gloriam Spartanorum, quorum virtus constructo Byzantio clarescebat, hac maculare infamia, ut dicerentur cum aleatoribus contraxisse societatem.* At alii non conditam a Pausania, sed saltem expugnatam tradiderunt, inter quos Æm. Probus 1, 2. Ammiano vero est *Atticorum colonia*, 22, 8. Lips.

Prævisa locorum utilitate. Ad sententiam fortasse aptius, *parum visa locorum utilitate.* Ideo enim cæci, oraculo dicti. Apud Strabonem denarrata tota res 7, p. 320. Τὸν Ἀπόλλω, inquit, φασὶ τοῖς κτίσασι τὸ Βυζάντιον ὕστερον, μετὰ τὴν ὑπὸ Μεγαρέων Χαλκηδόνος κτίσιν, χρωστηριαζομένοις, προστάξαι ποιήσασθαι τὴν ἵδρυσιν ἀπεναντίον τῶν τυφλῶν· τυφλοὺς καλέσαντα τοὺς Χαλκηδονίους, ὅτε πρότερον πλεύσαντας εἰς τοὺς τόπους, ἀφέντας τὴν πέραν κατασχεῖν, τοσοῦτον πλοῦν ἔχουσαν, εἵλοντο τὴν λυπροτέραν. Habes eadem in He-

tium fertili solo fecundoque mari; quia vis piscium innumera, ponto erumpens, et obliquis subter undas saxis

rodoto 4, 144. nisi quod illic dictum hoc et scomma in Chalcedonis Megabyzo satrapæ tribuit. Septemdecim autem annis conditam Chalcedona ante Byzantium, ibidem etiam traditum. Lips. *Parum visa* placet etiam Pichenæ. At J. Gronovio *imprævisa*. Quid impedit, quo minus *prævisa*, quod omnes libri habent, sint non visa, prætervisa, ad formam græci verbi παρορᾷν. Atque sic ap. Horat. Serm. 1, 3, 25. *prævideas mala*, legunt et intelligunt viri præclari Rutgersius, Bentleius, Heinsius, Cuningamus. Et sic jam monuit N. Heinsius ap. Ryckium. Ern. Bud. et Agr. *provisa*, pessime. Flor. cumaliis *prævisa*. Perperam hoc verbum pro *prætervidere* apud Horatium sumi, Gesnerus judicat. Bip. Lipsii conjecturam in textum recepere. — Khunius retinet *prævisa* ob seq. plur. locorum. Vult enim auctor Chalcedonios, utrumque locum præspeculatos, deteriorem legisse.

Vis piscium in Pontum. Falsa lectio: damnata ab historia, et a libris. Nam libri omnes, *vis piscium in Metapontum erumpens*. Ex quis vere corriges, *vis piscium innumera Pontum erumpens*. Ita scilicet res est. Copia ista piscium (pelamydes sunt) non intrantes e mari Ægæo Pontum, ut vulgata lectio suadet, sed exeuntes erumpentesque capiuntur. Fœtura enim eorum in paludibus Mæotidis est; atque inde adulti, grege facto, Pontum Propontidemque intrant; atque ibi captura. Strabo clare 7. p. 320. Γεννᾶται οὖν τὸ ζῶον, (pelamydem intellegit) ἐν τοῖς ἕλεσι τῆς Μαιώτιδος. Ἰσχύσαν δὲ μικρὸν, ἐκπίπτει διὰ τοῦ στόματος ἀγεληδὸν, καὶ φέρεται παρὰ τὴν Ἀσιανὴν ἠϊόνα μέχρι Τραπεζοῦντος καὶ Φαρνακίας. Et post pauca addit: Ἐπειδὰν δὲ ἤδη συνάψῃ ταῖς Κυανέαις, καὶ παραλλάξῃ ταύτας, ἐκ τῆς Χαλκηδονιακῆς ἀκτῆς λευκή τις πέτρα προσπίπτουσα φοβεῖ τὸ ζῶον, ὡς τ' εὐθὺς εἰς τὴν περαίαν τρέπεσθαι. Παραλαβὼν δὲ ὁ ἐνταῦθα ῥοῦς ἅμα καὶ τῶν τόπων εὐφυῶν ὄντων πρὸς τὸ τὸν ἐκεῖ ῥοῦν τῆς θαλάττης, ἐπὶ τὸ Βυζάντιον καὶ τὸ πρὸς αὐτὸ Κέρας τετράφθαι φυσικῶς, συνελαύνεται δεῦρο, καὶ παρέχει τοῖς Βυζαντίοις καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων πρόσοδον ἀξιόλογον. Eademque ex Aristotele colliges De Hist. animalium 15, 10. Pliniani codicis mendum non sileo in hac narratione 9, 20., *Est in Euripo*, ait, *Thracii Bospori.... in ipsis Europam Asiamque separantis freti angustiis saxum miri candoris, a vado ad summa perlucens, juxta Chalcedonem in latere Asiæ. Hujus adspectu repente territi, semper adversum Byzantii promontorium, ex ea caussa appellatum Chrysoceras, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantii est, magna Chalcedonis penuria. Opperiuntur autem aquilonis flatum, ut secundo fluctu exeant e Ponto: nec nisi intrantes Pontum Byzantii capiuntur.* Quid? non capiuntur nisi intrantes Pontum? contra ante dixit, capi exeuntes e Ponto, non intrantes: quod verissimum est. Itaque alii vice Ponti, *Propontidem* substituunt: Pincianus totum locum rescribit confidentius, *nec nisi infantes tunc Byzantii capiuntur*. Fortasse verius, simplicius certe, *intrantes portum Byzantii*, ut ad ipsum oppidum, et

exterrita, omisso alterius litoris flexu, hos ad portus defertur. Unde primo quæstuosi et opulenti; post, magnitudine onerum urgente, « finem aut modum » orabant, adnitente principe, qui « Thracio Bosporanoque bello recens fessos juvandosque » retulit. Ita tributa in quinquennium remissa.

in portu fuerit ea captura. Nam cornu illud, ad quod deferebantur, fuit προσχὼς τῷ Βυζαντίῳ τείχει, ut Strabo ait: immo, ut Plinius, in ipso illo promontorio, quod Cornu vocant, Byzantium urbs. Atque ibi in multos sinus scissum, tanquam ramos (εἰς οὓς ἐμπίπτουσα ἡ φιλαμὺς ἀλίσκεται) faciebat urbi illi portum.

Add. Ad correctionem nostram et exitum piscium e Ponto, facit valde Sallustii locus apud Servium 4. et Juvenalis interpretem Sat. 4, 42. *Qua tempestate vis piscium Ponto erumpit.* Tamen, ne callide dissimulem, vulgatam lectionem D. Ambrosius affirmare videtur, Hexæm. 5, 10., *Pisces*, inquit, *ex plurimis locis, a diverso sinu maris, innumeri, velut communi consilio convenientes, conjuncto agmine flatus aquilonis petunt, et ad illud septemtrionalium mare partium quadam naturæ lege contendunt. Dicas, si ascendentes videas, rheuma quoddam esse: ita proruunt, fluctusque intersecant, per Propontidem in Euxinum Pontum violento impetu profluentes.* Sed mox addit, ingruente hieme, et, postquam ibi fœtificaverint, immenso agmine regredi. Vide locum: et utramvis lectionum defendi posse, tu defendes. Lips. Edd. vett. (Bud.) itidem *in Metapontum* usque ad Rhenanum, qui dedit *in Pontum*: quod omnes secuti sunt, donec Lipsius feliciter correxit *innumera Pontum*; quod recepit J. F. Gronovius. Broterius etiam correxit et edidit *Ponto* e loco Sallustii ap. Schol. Juvenalis l. c. In vulgata int. *in*. Post Guelf. pro *urgente* habet *vergente*, de qua confusione jam supra admonuimus. Ern. *Erumpere nubem* Virg. dixit Æn. 1, 584. *nebulam* Val. Fl. 5, 466. subaudita præpos. *per*. Durior foret ellipsis particulæ *in*. Quidni ergo cum Sall. legamus *ponto?* — * Emendationem Lipsianam sibi Lucianus primo tribuit in Obs. ad Plin. 9, 5. nisi quod legit *irrumpens*.

Obliquis subter undas. Quærunt, quæ hæc *saxa obliqua?* Ego dicam. E litore Chalcedonis saxa a latere se ostendunt; et velut ex transverso (Straboni scriptum) atque ea igitur fugiunt. At Franciscus Medices, quia Strabo idem et Plinius *candidum saxum* id dicunt, vellet hic legi, *albis*, vel *albidis*, pro voce, *obliquis*. Vellem et ego hominis causa: quis enim Musicus Medices non amet? Sed non possum hanc peraudacem conjecturam. Lips.

Thracio Bosporanoq. bello. Thracium bellum intellegit, quod cum Thracibus montanis gestum, duce Poppæo Sabino; Bosporanum, quod cum rege Mithridate. De illo noster 4, 46. de hoc supra 15. et 21. Lips.

LXIV. M. Asinio M'. Acilio coss. mutationem rerum in deterius portendi, cognitum est crebris prodigiis. Signa ac tentoria militum igne cœlesti arsere. Fastigio Capitolii examen apium insedit. Biformes hominum

M. Asinio etc. Vett. edd. vitiose *Asilinus*. Index coss. ap. Dionem *Asinio* dat prænomen *Q.* et *Acilio Manius*. De Acilio concedo: quia id solenne Aciliorum prænomen, ut e Cicerone et Livio notum est; idque prænomen exprimendum curavi, cum vulgo sit *Marcus*. De Asinio non discedo a libris, qui in *M.* consentiunt. Index coss. in Dionis exemplaribus cujus fidei, dictum supra ad c. 41. Ern.

Signa enim ac tentoria. Delevi *enim* auctoribus MS. Flor. ed. pr. Non opus est ista particula: nec in tali narratione utitur ea Livius, vide v. c. 31, 12. adde nostrum 14, 12. 15, 47. Mox *apium* Editur inde a Pichena e MS. Flor. et Reg. Ceteri scr. et edd. vett. *apum*. Supra contra 24. MS. Fl. habebat *larum* pro *larium*. De illo genitivo *apium* vid. Drakenb. ad Silium 8, 637. et quos ibi laudat: item de hoc prodigio: sed in primis ad Liv. 4, 33. ubi tamen Livio *apum* adserit. Ern. De prodigiis istis v. Suet. 46. — Bud. habet *enim*.

Examen apum. Quod semper inter portenta: cum visum loco insolenti. Silium Ital. emendari velim l. c. de prodigiis, quæ ante pugnam Cannensem: *Obseditque frequens castrorum limina bubo: Nec densæ trepidis absunt se involvere nubes Cessarintque aquilis: non unus crine corusco Regnorum eversor rubuit lethale cometes* scribique: *Nec densæ trepidis apium se involvere nubes Cessarunt aquilis*. Nubes apium examina vocat, quæ insederunt signa. Quod sequitur, *suis fetus editus*, libris omnibus erat *fetum editum*: et fortasse nominandi casu sic dixerint etiam antiqui. Lips.

Biformes hominum p. Ryckius intelligit *hippocentaurum*, quem Plin. H. N. 7, 3. tradit Claudio imperante Romam ex Ægypto allatum in melle. Et dicuntur Centauri διφυεῖς biformes. Ap. Cic Tusc. 2, 8. *biformatus impetus* de Centauro. Sed, quia plurali numero utitur Tacitus, arbitror, etiam de aliis et pluribus intelligi posse, etiam hermaphroditis, quibus *duplex*, *ambigua natura* a Latinis tribuitur. Sic ob duplicem faciem biformis Janus ap. Ovid. Fast. 1, 89. Androgyni autem etiam apud Livium 31, 12. inter prodigia et quidem obscenissima. Ceterum conjunxi cum sequentibus, ut est in ed. pr. Puteol. Ber. Alc. Primus (e Bud.) diremit Rhenanus interposito puncto, quem omnes secuti sunt Deinde MSS. et edd. vett. omnes *fetum editum*; et MS. Flor. edd. vett. ante Rhenanum *inessent*, pro quo hic dedit e cod. Bud. *erant*: idque secuti sunt usque ad Pichenam. *Fetus editus* unde venerit, nescio. Male autem Ryckius hæc conjungit cum *numerabatur*. *Inter prodigia numerari* dicitur h. l. de re, quæ proprie non est, sed propter eventum pro prodigio habetur. Ex quo genere est mors magistratuum ex omni genere. Sed fetus suis cum accipitris unguibus

partus, et suis fetum editum, cui accipitrum ungues inessent. Numerabatur inter ostenta deminutus omnium magistratuum numerus; quæstore, ædili, tribuno ac prætore et consule, paucos intra menses, defunctis. Sed in præcipuo pavore Agrippina, vocem Claudii, quam temulentus jecerat, « fatale sibi, ut conjugum flagitia ferret, dein puniret, » metuens, agere et celerare statuit, perdita prius Domitia Lepida, muliebribus caussis: quia Lepida, minore Antonia genita, avunculo Augusto,

83. *Cui accipitrum ungues.* Forte *accipitrini.* Paullo ante *examen apum* non *apium.* Cod. Agr. et *tribuno, prætore ac consule.*

semper prodigium fuit. Non animadverterunt viri docti, intelligendum *nunciabatur, ferebatur.* Sæpe apud Livium et nostrum oratio subito e recta fit obliqua, et contra. V. ad 1, 36. Sed si libri faverent, tamen præferrem nominativos. Ern. Sic Bip. Contra Lall. subintelligit *nunciabant, ferebant*, quod admitti potest. Singulare est, quod refert Phlegon de mirab. c. 23. *Corn. Gallicani uxor Romæ infantem edidit capite Anubidis.* Alia v. ap. Fortun. Licetum.

Deminutus. Sic cod. Flor. et Bud. vulgo *diminutus.*

Perdita prius Domitia. Nemo tam inconspectus in legendo, qui vitium non videat male hærentis et incoibilis orationis. Domitia, inquit, perdita est: et subdit quasi de alia, quia inter Lepidam et Agrippinam æmulatio exercebatur. Corrige vero, et reduc aberrantem vocem: *perdita prius Domitia Lepida levibus et muliebribus caussis: quia minore Antonia genita.* Scilicet Cn. Domitio duas fuisse filias, quarum utraque Domitia gentis nomine dicta: sed minor, de qua hic, discriminandi caussa, cum Lepidæ cognomine. Ea nunc ad mortem adacta. Suetonius Ner. 7. *Amitam Lepidam ream testimonio coram adflixit, gratificans matri, a qua rea premebatur.* At Domitia altera supervixit, et mentio ejus 13, 19. estque veneno sublata a Nerone, paullo post mortem matris. Vide Suet. Ner. 34. et Xiphil. 61, 17. Lips. Nempe ante erat: *p. p. D. levibus et m. c. quia Lepida:* quod primum reperi apud Puteol. et MS. Guelf. In MS. Flor. et ed. pr. est *Domitiale mul. caussis.* hinc *levibus et* formatum, cum deberet esse *Lepida*, ut Lipsius voluit et Torr. ad Suet. Ner. 5. Librarius deinde voluit resarcire peccatum, et aliene loco scripsit *Lepida*: quamquam etiam altero loco nomen illud ferri posse arbitror. Itaque post Freinsh. Gronov. et Ryckium dedi: *Domitia Lepida muliebribus caussis.* Ern. Bud. *levibus et mul. c.* Vox *Domitia* suppleta in marg. Pichena primus locum restituit, præiverat Lipsius.

Minore Antonia genita. Culpant me, quod non scripserim, *majore.* Non me, sed Tacitum. Ita enim iterum sensit scripsitque noster 4, 44., *Cn. Domitius electus, cui minor An-*

Agrippinæ sobrina prior, ac Cnei, mariti ejus, soror, parem sibi claritudinem credebat. Nec forma, ætas, opes multum distabant; et utraque impudica, infamis, violenta, haud minus vitiis æmulabantur, quam si qua ex fortuna prospera acceperant. Enimvero certamen acerrimum, amita potius an mater apud Neronem prævaleret. Nam Lepida blandimentis et largitionibus juvenilem animum devinciebat, truci contra ac minaci Agrippina, quæ filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat.

84. *Animum devinciebat. Demulcebat* cod. Agr. — 85. *Quæ filio dare imperium.* Forte, *quæ cum filio dare imperium*, vel *daret*, et *nequiret*. Sed vide hic Gronovium et interpretes 13, 56. quibus tamen non accedo, nam de locis per illos productis, eos sanos esse nondum liquet.

tonia Octavia genita in matrimonium daretur. At enim Suet. et Plut. aliter. Quid ergo? novum est, ut dissensus aliquis scriptorum sit? Et tamen Plut. clare id non dicit: clare Suet. fateor, plus uno loco. Sed cur arbiter ego inter eos sim? Solvo me judicatu isto; et bono veterique ritu, juro mihi non liquere. Lips. Intelligit Torrentium ad Sueton. l. c. Ern.

Agrippinæ sobrina prior. Sive quod juriscousulti suggerunt, *sobrina propior*: etsi eadem vis alteri illi voculæ. Lepida autem Germanico, patri Agrippinæ, consobrina fuit. Filiæ ergo Germanici Lepida sobrina propior. Res satis clara ex stemmate nostro Augusti. Lips. Mox *ejus* post *mariti* abest a MS. Guelf. eleganter. Sed vide dicta supra. Ern.

Cnei mariti ejus. Domitii. Cf. 13, 10. Freinshemium offendit, quod Agrippinæ maritus tantum prænomine notetur; sed sic Pompeium quoque apud Cic. Cnei nomine vocari et frequens ita apud Romanos factum, præterea Cnei prænomen Domitiæ genti familiare fuisse, docet Spanhem. de Pr. NN. t. 2. p. 30.

Impudica, infamis, vinolenta. Malim *violenta*: ut superba et commota animo utraque fuerit. De vini nota nihil legi. Lips. Sic MSS. Guelf. ed. Puteol. Beroald. Alciat. Ceteri libri (et Bud.) *vinolenta*. Illud restituit Pichena (e Flor.) Mox c. 67. pariter verba hæc confusa. Ern.

Quæ filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat. Freinshem. addendum putabat *volebat*. Sed non profecto *volebat* tantummodo, quippe quæ jam dudum dedisset: sed intelligendum *quibat*. Agrippina eo usque valebat in republica, penes Claudium, apud se, ut filio imperium pararet: sed non erat tam potens sui, ut toleraret regnantem. Genus loquendi Observ. 4, 2. illustravimus. Gron. Rectissime. Hujusque generis exemplum jam supra observavimus. Eum sequitur et Grævius in epistola ad Heins. qua respondet ejus conjecturæ *daret*. t. 4. Coll. Burm.

LXV. Ceterum objecta sunt « quod conjugium principis devotionibus petivisset, quodque, parum coercitis per Calabriam servorum agminibus, pacem Italiæ turbaret. » Ob hæc mors indicta, multum adversante Narcisso, qui, Agrippinam magis magisque suspectans, prompsisse inter proximos ferebatur, « certam sibi perniciem, seu Britannicus rerum, seu Nero potiretur. Verum ita de se meritum Cæsarem, ut vitam usui ejus impenderet. Convictam Messallinam et Silium. Pares iterum accusandi caussas esse, [si Nero imperitaret. Britannico

p. 498 et 500. Add. ad 13, 56. Ern. *Quod conjugium principis.* Id est, conjugem. Nam, ut Claudii conjugium ipsa ambierit, non lectum. Abusa ergo vetitis artibus ad perniciem Agrippinæ. Sic *servitium* pro servo, et *matrimonium* pro matrona alibi notavi, et *clientela* pro clientibus, in Tacito. Lips. Atque etiam MSS. Flor. et Reg. *conjugem :* quod videtur esse e glossa. (Bud. *conjugium*) Ceterum non necessarium *conjugium* de conjuge capere. V. quæ supra ad 2, 13. de *matrimonio* dixi. Mox *indicta*, quod edidit Rhenanus pro *indita*, est jam in ed. pr. Ern. Rhen. sic forsan ex ingenio, nam Bud. *indita.*

Pares iterum accusandi. Ita hæc distinguenda sunt : etsi suspecta mendi. Lips. Explicandum potius quam mutandum hunc locum existimo : et id tentavimus Obs. 1, 22. Gron. Commoda sane est sententia paraphraseos Gronovianæ. Sed vereor, ne plus sit in paraphrasi, quam in verbis Taciti. Verba : *Pares.... imperitaret*, sic explicat : *Sane imputari Neroni posse convictam Messallinam et Silium : sed rursus convincendam Agrippinam cum Pallante ; quod si faceret, ut necessario faciendum sit, si Cæsarem salvum velit, implacabilem Neronem habiturum, si, quamvis eversa matre, fortuna illi det imperium.* Potuit sane ita disputare Narcissus : sed in verbis hoc ubi est ? quæ per latinitatem nihil aliud significare possunt, quam, si contingat, ut Nero imperitet, idem esse agendum in Agrippina, quod fecisset in Messallina. Atqui id est falsum : id Narcissus dicere noluit. Vivo Claudio accusanda Agrippina erat. Nempe, commemorato, quid pro principe egerit, quid agendum sit, incipit docere, quid se futurum sit ; primum, si Nero succederet, salva matre (quippe non successurus erat, damnata et sublata Agrippina), deinde, si Britannicus, sublata aut viva noverca. Hic igitur clarum puto, deesse, quod respondeat primæ sumptioni : *Si Nero imperitaret.* Non enim apparet, quare tum sibi metuendum putet. Nam, ut dixi, de matre accusando eversa cogitari hic non potest ; quod tum non imperaturus erat. Ergo post hæc verba lacunam esse puto : et punctum ponendum post *esse.* Jam in alterius sumptionis ὑποβολῇ, verba, *nullum principi meritum*, explicat,

successore, nullum principi meritum, ac] novercæ insidiis domum omnem convelli, majore flagitio, quam si impudicitiam prioris conjugis reticuisset, quamquam ne impudicitiam quidem nunc abesse, Pallante adultero; ne quis ambigat, decus, pudorem, corpus, cuncta regno viliora habere. » Hæc atque talia dictitans, amplecti Britannicum : « robur ætatis quam maturrimum » precari : modo ad deos, modo ad ipsum tendere manus, « adolesceret, patris inimicos depelleret : matris etiam interfectores ulcisceretur. »

LXVI. In tanta mole curarum, Claudius valetudine adversa corripitur, refovendisque viribus mollitie cæli et

86. *Nullum principi meritum. Nullum e principe metum* Muretus et Acidalius. Sed cur ergo dixit supra, *certam sibi perniciem, si Britannicus rerum potiretur?* Locus corruptus. Scribo, *nullum principatui inferri meritum.* Deinde Medic. *ad novercæ*, hoc est, *at.* — 87. *Majore flagitio.* Cod. Agric. *flagitio majore tacere.* Lege, *majore flagitio id taceri.*

nihil esse, quod ei imputet. An vero hoc verba latina sonant? Quis dixit unquam *nullum est ei meritum*, pro nihil mihi (aut alii) debet, nullum meum est in eum meritum? Hoc saltem doceri debebat. Dixisset potius; *nullum sibi meritum*, aut simile quid. Atque etiam *principis* nomine Claudius videtur intelligendus. Nam, vivo Claudio, non appellaret sane Britannicum *principem.* Si per προλαψιν dici objicias, tamen hic frigebit verbum, cum pronomine tantum opus sit, principisque futuri nomen jam insit in *successore.* Atque hac de caussa nec probem Acidalii conjecturam : *nullum e principe metum :* quod etiam est falsum. Nam dicit, se etiam Britannico imperante periturum. Credo verum esse, quod Ferrarius voluit Elect. 1, 1. *nullum principi metum :* si, sublata Agrippina, Britannico successio certa, Claudium quidem ab uxoris insidiis tutum fore : *at* se, evertenda Messallina, tot turbarum in domo Cæsaris caussam attulisse, ut hoc nomine Britannicus supplicium sumpturus sit. Sed varietatem lectionis addamus : MS. Reg. ed. pr. *impeditaret.* Porro MS. Flor. *ad novercæ.* Pro *habere* Grotius malebat *haberi*, quod probat Ryckius. *metum. At* scripsit etiam manus docta in margine Gryphii. Ern. Uncinis inclusa abolenda censet Freinsh. Pro glossis ad principium spectantibus Bip. quoque habent. Iis resectis sat planus mihi sensus videtur. Hill. Rac. 8, 9. levi mutatione succurrendum putat. Si *Nero imperitaret* (ἀποσιώπησις, subaudito : sibi esse pereundum.) *Brit. successore, nullum percipi meritum, nunc nov.* etc.

salubritate aquarum, Sinuessam pergit. Tum Agrippina, sceleris olim certa, et oblatæ occasionis propera, nec ministrorum egens, de genere veneni consultavit: « ne repentino et præcipiti facinus proderetur: si lentum et tabidum delegisset, ne admotus supremis Claudius et, dolo intellecto, ad amorem filii rediret: exquisitum aliquid » placebat, « quod turbaret mentem, et mortem differret. » Deligitur artifex talium, vocabulo *Locusta*, nuper veneficii damnata, et diu inter instrumenta regni habita. Ejus mulieris ingenio paratum virus, cujus minister e spadonibus fuit Halotus, inferre epulas, et explorare gustu solitus.

LXVII. Adeoque cuncta mox pernotuere, ut temporum illorum scriptores prodiderint, « infusum delecta-

88. *Oblatæ occasionis propera. Præpropera* cod. Agr. est exquisitum aliquid, rectius *præpropere* idem codex infra 13, 8. — 89. *Infusum delectabili cibo boletorum venenum.* Tè *delectabili* non placet. Lego *delecto ad id habili cibo boletorum, habilis juventa* Ann. 4, 53. *legiones parum habiles prælio* 15, 26. *capessendæ reip. habilis* Ann. 12, 41. Sic in loco Hieronymi ad Ann. 6, 11. de Messalla Corvino apud Lipsium, lege, *inhabilem potestate esse se.* Cic. de Or. 1, 54., *Si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles et apti ad pedem.* Apud Curtium 4, 9., *opportuna explicandis copiis regio erat, equitabilis et vasta planities, ne stirpes quidem et brevia virgulta operiunt solum.* Lege, *equiti habilis. Equitabilis* legit Loccenius, et interpretatur ἱππάσιμος; sed non persuadet. *Habilis frumentis terra* Columella 2, 2. *habilis pandendis retibus locus* Plinius 9, 8. Curtius 8. 14, 4., *inequitabilis campi.* Ubi forte *equiti inhabiles* legendum. De fungis et boletis vide Plinium Nat. Hist. 22, 23 (47)., *Fungorum lentior natura et numerosa genera, sed origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi qui rubent callo, minus diluto rubore quam boleti. Mox candidi velut apice flammis insignibus pediculis. Tertium genus sulli, venenis accommodatissimum.* Quia ea fungorum multi periere, *ancipitem cibum* vocat Plinius et Juvenalis 5, 146., *Vilibus ancipites fungi ponentur amicis.* Seneca Ep. 95., *Quid tu illos boletos, voluptatum venenum nihil occulti operis judicas facere, etiam si præsentanei non fuerant.* leg. *obfuerant.* Sic et de morte Agrippinæ, tale quid circumspicit Nero, quod fortuitum videri posset. Infra Ann. 14, 3 (1).

(1) In loco Plinii legendum *flaminis* pro *flammis*. Cf. Hardouinus.

Sinuessam pergit. Sinuessanæ aquæ H. 1, 72. et Plinio 31, 4. commendatæ ob vim quamdam salubrem. Lips.

Ne repentino. Int. cavendum, metuendum: more Græcorum: ut supra jam notavimus 1, 47. Ern.

Inferre epulas et explorare. Sic 13,

bili cibo boletorum venenum, nec vim medicaminis statim intellectam, socordiane Claudii an vinolentia: » simul soluta alvus subvenisse videbatur. Igitur exterrita Agrippina, et, quando ultima timebantur, spreta præsentium invidia, provisam jam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet. Ille, tanquam nisus evomentis adjuvaret, pinnam, rapido veneno illitam, faucibus ejus demisisse creditur; haud ignarus, summa scelera incipi cum periculo, peragi cum præmio.

90. *Socordiane Claudii an vinolentia.* Lege, *socordiane Claudii, an vi vinolentia.* Vide ad 4, 48. ubi habes *vim epularum.*

16. *Quia cibos potusque ejus dilectus ex ministris gustu explorabat.* Cui id munus, is passim in lapidibus dicitur prægustator: in quodam etiam, A. POTIONE. Athenæus 4, 21., Ὃν νῦν καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι προγεύστην, τότε οἱ Ἕλληνες προτίνθην ἀνόμαζον. Mos, qui libera republ. ignotus Romanis: quem tamen cœpisse conjicio ab Augusto, non vano argumento lapidis qui Romæ (Grut. p. 602). GENIO. CAELI. HERODIAN. PRAEGVSTATOR. DIVI. AVGVSTI. IDEM. POSTEA. VILLICVS. IN. HORTIS. SALLVSTIANIS. DECESSIT. NONIS. AVGVSTIS. M. COCCEIO. NERVA. C. VIBIO. RVFINO. COSS. Tenuitque Tiberius, de quo lego (ap. Grut. p. 582, 1.) TI. CLAVDIVS. FLAMMA. CLAVSVS. TI. AVG. PRAEGVSTATOR. et deinceps alii. Traductum morem opinor a Persis maxime, de quis Xenophon 1, 3. Παιδείας. Οἱ τῶν βασιλέων οἰνοχόοι, ἐπειδὰν ἐνδιδῶσι τὴν φιάλην, ἁρύσαντες ἀπ' αὐτῆς τῷ κυάθῳ, εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐγχεάμενοι, καταῤῥοφοῦσι· τοῦ δὲ, εἰ φάρμακα ἐγχέοιεν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς. Ubi et ritum habes prægustandi. LIPS. Mox pro *pernotuere* cod. Bud. habet *notuere*. Illud h. l. melius. Plus enim est *pernotescere* quam *notescere*. ERN. In priori lapide ap. Grut. loco CAELI legitur CORTI.

Socordiane Claudii, an vinolentia. Mire hic turbant libri. MS. Flor. *socordiane, an Claudii vi, an vinolentia.* Agr. *secordia mentis a Claudio bibi an vinolentia.* Ed. pr. *socordiam necis ad Claudii hi an vinolentia.* Sequentes edd. *socordiane an Claudii vinolentia.* Rhenanus, ut est in textu nostro, item Aldus, Gryphius, Lipsius, Pichena. Quinam sint vulgati, qui habeant *violentia*, auctore Pichena, nescio. Est tamen in Guelf. ERN. Bud. *soc. ne an Claudii vi an violentia.* Sic a 1. m. Sed 2. m. delevit *an* et *vi* et dedit *vinolentia.*

Simul soluta alvus. MSS. Bud. Guelf. et aliis ap. Brot. *solutam alvum:* quod negat mutandum Rhenanus. Sed consensus ceterorum librorum sequendus: etiamsi alias *videtur* etiam dictum reperitur cum accusativo, ut *dicitur, fertur* etc. Vid. Duker. ad Flor. 2, 6, 45. et quos ibi laudat. Sæpe sic Livius. ERN.

LXVIII. Vocabatur interim senatus, votaque « pro incolumitate principis » consules et sacerdotes nuncupabant, cum jam exanimis vestibus et fomentis obtegeretur, dum res firmando Neronis imperio componuntur. Jam primum Agrippina, velut dolore victa, et solatia conquirens, tenere amplexu Britannicum, « veram paterni oris effigiem » adpellare, ac variis artibus demorari, ne cubiculo egrederetur. Antoniam quoque et Octaviam, sorores ejus, adtinuit, et cunctos aditus custodiis clauserat, crebroque vulgabat, « ire in melius valetudinem principis, » quo miles bona in spe ageret, tempusque prosperum, ex monitis Chaldæorum, adventaret.

LXIX. Tunc, medio diei, tertium ante idus octob. foribus palatii repente diductis, comitante Burro, Nero egreditur ad cohortem, quæ more militiæ excubiis adest. Ibi, monente præfecto, festis vocibus exceptus, inditur

91. *Jam primum.* Forte *tum primum.* et *dolore evicta.* Sic *evictus bis* supra c. 25. *precibus uxoris evictus* 4, 57. *evicta blandimentis vitæ* 15, 64. *ad miserationem evicta* 11, 37.

Dum res firmando. MS. Flor. *dum res forent firm.* et sic ed. pr. MS. Reg. Agr. etiam *forent*, sed insuper, *dum quæ, dum, quæ.* unde Jac. Gronovius volebat corrigi, *dum res foris firm.* respiciens ad milites foris excubantes. Heinsius *dum, quæ e re forent firmando* etc. Malim : *dum, quæ forent f. i.* Sive nos sive Gronovium sequare, melius erit vulgata. Paullo ante ed. pr. *vexabatur interim senatus.* Ern. Vulgatum Bud. habet.

Adventaret. Sic MSS. præter Bud. e quo *attentaret* reposuit Rhen. quod nec intelligi potest. Secuti tamen id sunt editores ad Pichenam usque, estque et in Guelf. et in aliis ap. Broterium. Mox *tertium*, quod e MS. Flor. dedit Pichena, omnes habent ante Rhenanum, qui edidit *tertio.* Ern. Bud. *atemptaret..... tertio.*

Nero egreditur etc. Pr. ed. vitiose *aggreditur.* Sed deinde *ad cohortem*, ut dedit post (e Bud.) Rhenanus, cum intermediæ edd. dedissent *a cohorte.* Porro omnes vett. *ibi*, quod se e Flor. edidisse dicit Pichena pro *ubi* : quod in Lipsiana demum reperitur, vitio operarum. *Festis vocibus* omnes habent, ut 5, 4. pro quo legendum videtur *faustis.* Ern. Bud. *ibi.*

lecticæ. Dubitavisse quosdam ferunt, respectantes rogitantesque, « ubi Britannicus esset? » mox, nullo in diversum auctore, quæ offerebantur, secuti sunt. Illatusque castris Nero, et congruentia tempori præfatus, promisso donativo, ad exemplum paternæ largitionis, *imperator* consalutatur. Sententiam militum secuta patrum consulta. Nec dubitatum est apud provincias. « Cælestesque honores Claudio » decernuntur, et funeris solenne, perinde ac D. Augusto, celebratur : æmulante Agrippina proaviæ Liviæ magnificentiam. Testamentum tamen haud recitatum, ne antepositus filio privignus injuria et invidia animos vulgi turbaret.

Ad exemplum paternæ largitionis. Promisit ergo viritim *quinadena sestertia.* ut Suet. in Claudio expressit c. 10. sive ut Josephus 19, 4. *quina millia drachmarum:* quæ sunt *sestertia vicena*, sive nobis *quingenti Philippici*. Nam, quod olim ex Dione dixi, de centenis numis : erravi. Ea enim donatio a Claudio usurpata singulis deinceps natalibus imperii sui. Lips.

Cælestesq. hon. Huc DIVOS CLAVDIVS in numo Neronis.

C. CORNELII TACITI

AB EXCESSU

DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER TERTIUS DECIMUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. I. Silanus proconsul Asiæ veneno necatus Agrippinæ fraude. Narcissus ad mortem actus. — II. Laus Burri et Senecæ. — III. Claudius censorio funere elatus laudatur a principe. — IV. Bona Neronis initia. Multa senatus arbitrio constituta. — V. Agrippinæ viriles curæ. — VI. Parthi Armeniam adfectant. De Nerone varia judicia vulgi. — VII. Is curam belli suscipit. Parthi amittunt Armeniam, cui — VIII. præpositus Corbulo. — IX. Vologeses dat obsides. Nero dissidium ducum componit.

X. Nero civiliter agit et — XI. clementiam ostentat. — XII. Acten amat, — XIII. matre fremente, mox frustra blandiente, cujus hinc fracta potentia. — XIV. Pallas libertus cura rerum demotus. Agrippina ad minas ruit. — XV—XVII. Britannicum Nero præcipiti veneno tollit et ejus funus festinat. — XVIII. Matrem indignantem custodibus privat, domum separat. — XIX—XXII. Derelicta, rerum novarum incusata se purgat. Adcusatores ejus puniti. — XXIII. Pallas et Burrus delati. — XXIV. Theatris major species libertatis data. Urbs lustrata.

XXV. Neronis nocturna lascivia. Montanus, cum principe per tenebras congressus, mori adactus. Histriones Italia pulsi. — XXVI—XXVII. Actum de libertis ingratis in ser-

vitutem revocandis, sed non peractum. — XXVIII. Tribunorum et ædilium cohibita potestas. — XXIX. Ærarii cura varie habita. — XXX—XXXI. Illustrium aliquot damnationes. L. Volusius fato concedit. Amphitheatrum Neronis. Præsides ludos edere prohibiti. — XXXII. Vitæ dominorum consultum. Pomponia Græcina, superstitionis externæ rea, insons nuntiatur. — XXXIII. Rei P. Celer, Cossutianus Capito, Eprius Marcellus.

XXXIV. Messalla consul, Neronis liberalitas. — XXXV. Cum Parthis rursus discordia de Armenia. Corbulonis disciplina, virtus, severitas. — XXXVI. Pactius Orphitus, contra imperium pugnans fususque extra vallum tendere jussus. — XXXVII. Tiridates bello infensat Armeniam, legatos ad Corbulonem mittit, — XXXVIII. qui fraudem sibi per colloquium paratam eludit et — XXXIX —XLI. Armeniæ castella capit, Artaxata adgreditur et, decedente hoste, capit, igne delet. Ob hæc Neroni et diis honores. — XLII. P. Suilius reus in Senecam invehitur, — XLIII. deportatur. — XLIV. Octavius Sagitta amore vecors Pontiam tergiversantem ferro transverberat. Liberti mira fides.

XLV. Poppæam Sabinam amare Nero occipit. Istius genus, forma, opes, mores, matrimonia, adulteria. — XLVI. Ejus maritus Otho, ut amoveatur, Lusitaniæ præficitur. — XLVII. Corn. Sulla, principi suspectus, Massiliam mittitur. — XLVIII. Puteolis concordia restituta. — XLIX. De numero gladiatorum Syracusis edendorum disceptatio. Thraseæ Pæti opinio. — L. Vectigalia contra Neronis impetum retenta. — LI. Publicanorum iniquitas temperata. — LII. Proconsules rei absoluti.

LIII. L. Vetus ope Mosellæ et Araris Rhenum cum Oceano jungere parat. Obstat Ælii Gracilis invidia. — LIV. Frisii juxta Rhenum sedes figere frustra conantur. — LV. Eosdem agros Ansibarii occupant fato eodem. — LVI. Boiocali constantia. Ansibarii deleti. — LVII. Catti ab Hermunduris fere ad exitium gentis cæsi. Ignes terra editi vix oppressi. — LVIII. Ficus Ruminalis. Gesta hæc annis quatuor,

IMP. CLAUDIO NERONE, L. ANTISTIO VETERE;
Q. VOLUSIO, P. CORNELIO SCIPIONE;
IMP. CLAUDIO NERONE II, L. CALPURNIO PISONE;
IMP. CLAUDIO NERONE III, VALERIO MESSALLA, COSS.

I. PRIMA novo principatu mors Junii Silani, proconsulis Asiæ, ignaro Nerone, per dolum Agrippinæ patra-

COMMENTARIUS.

Junii Silani. Crebro in historia horum temporum mentio Silanorum, et confusa: quæ cautio mihi est, ne turbet juventutem. Ea re, non stemma quidem ejus familiæ ponam (arduus ille et fortasse vanus labor:) sed illustrissimos quosque, quo imperatore, quoque exitu fuerint, exsequar, cum temporum nota. Exordio a Tiberio principe: quia quæ supra, nihil ad Spartam meam.

C. Junius, C. F. Silanus. Consul fuit cum P. Corn. Dolabella a. 762. sub Augusto; procousul Asiæ, sub Tiberio, damnatusque repetundarum et projectus in Cytheram insulam. Supra 3, 66. sq.

M. Junius, M. F. Silanus. Consul fuit sub Tiberio a. 771. Proconsul Africæ fuit. H. 4, 48. *Mox C. Cæsar turbidus animi, ac M. Silanum obtinentem Africam metuens.* Socer fuit Caii Caligulæ et ab eodem interfectus. Sueton. 12, 23. Item Dio 59, 8. 61, 6.

D. Junius, M. F. Silanus. Marci prioris frater. Is, adulter in Julia nepte Augusti, in exilium ivit, rediitque per gratiam et potentiam M. fratris sui. Fuit posthac in urbe, neque honores adeptus est. 3, 24.

Ap. Junius Silanus. Consul fuit sub Tiberio a. 780. Consocer Claudii dicitur Suetonio, propter L. Silanum filium ejus Octaviæ sponsum. Proconsul Hispaniæ, et maritus Lepidæ matris Messallinæ. A Claudio, incerto crimine, occisus. Dio 60, 14. Sueton. 29. et 37.

Ejus duo filii *L. Silanus* et *M. Silanus*. Lucius gener Claudii fuit, Octaviæ sponsus, Agrippinæ artibus ad mortem actus. Marcus consul fuit cum Valerio Asiatico a. 799. in quo error insignis Onufrii, qui Asiatico collegam dat Messallam, quem Dio 60, 27. refutat et Fasti græci. Proconsul Asiæ fuit et a Nerone nunc interfectus. De eo Plinius 7, 11. *D. Augustus, in reliqua exemplorum raritate, neptis suæ nepotem vidit genitum, quo excessit anno, M. Silanum: qui, cum Asiam obtineret post consulatum* (malim scribi, *pro consulatu*) *Neronis principis successione, veneno ejus sublatus est.* Etsi Plinius scelus hoc Neroni adscribit, quod noster rejicit in matrem.

Fuit et *D. Junius Silanus*, consul a. 806. LIPS.

Paratur. Aurelius, Freinsh., Ryckius malunt *patratur*, quo verbo in hac re alibi noster utitur 2, 39. 4, 57. etc. Et confunduntur hæc verba

tur : non, quia ingenii violentia exitium irritaverit, segnis et dominationibus aliis fastiditus, adeo, ut C. Cæsar « pecudem auream » eum adpellare solitus sit : verum Agrippina, fratri ejus L. Silano necem molita, ultorem metuebat, crebra vulgi fama, « anteponendum esse vix dum pueritiam egresso Neroni, et imperium per scelus adepto, virum ætate composita, insontem, nobilem, et, » quod tunc spectaretur, « e Cæsarum posteris. » Quippe et Silanus D. Augusti abnepos erat. Hæc caussa

non raro in libris scriptis. V. Cortius ad Sallust. Jug. 13. *Mortem, perniciem parare* : dicitur illud quidem, sed cum dativo. Ern. Rectius *patratur*. Probat et Lall. Recepere Bip.

Exitum irritaverit. *Exitium* legendum putant viri docti. Recte. Nam hic exitus violentus, cædes intelligenda. V. dicta ad Sueton. Domit. 15. ubi *exitium* Casaub. Grævius et nuper Oudendorpius. Add. infr. c. 17. *crebris ante exitium diebus*. Porro e Guelf. rescripsi *irritaverat*, pro vulgato *irritaverit* : quod in hoc contextu et narratione directa locum non habet. Utrumque secutus est Broterius. Ern. Cod. Agr. *exitium*. Ast Bud. *exitum*, quod placebat Rhenano, quia sic 15, 74. H. 2, 5, 8, 31. Bud. *irritaverat*, et a 2. m. *rit*. Hoc præfero cum Bip. quia non de vera aut certa caussa sermo.

Dominat. aliis. Sub Ti. C. et Claudio.

C. Cæsar pecudem auream. Vereor, ut scriptori nostro constet ratio. Non enim in hunc M. Silanum expetit Caii dictum : sed in illum alterum, qui ejus socer. Dio clare 59. 8., Ὁ δὲ δὴ πενθερὸς αὐτοῦ Μάρκος Σιλανὸς... ἐπειδὴ βαρὺς αὐτῷ ὑπό τε τῆς ἀρετῆς καὶ ὑπὸ τῆς συγγενείας ἦν.... ἑαυτὸν κατεχρήσατο... ὁ δὲ Γάϊος τά τε ἄλλα ἰσχυρῶς προεπηλάκιζε, (καί τοι οὕτω καλῶς περὶ αὐτοῦ φρονῶν, ὥστε καὶ χρυσοῦν αὐτὸν πρόβατον ὀνομάζειν) καὶ ὅπως μηκέτι πρῶτος ἐπιψηφίζηται. etc. Cui ut assentiar, ætas Silani me inducit. Natus enim est extremo, ut Plinius ait, Augusti anno : a quo ad hunc diem anni duntaxat quadraginta sunt. Non ergo in ea ætate hic adolescens formidini aut contemptui aliis dominationibus esse potuit, cujus adhuc οὐδεὶς λόγος. Sed, ut in homine Tacitus, sic in dicto aberrat Græcus. Putat enim laudis honorisque fuisse : quod revera probri fuit, et salse jactum in hominem divitem, sed ignavum, hebetem, oviculam meram. Lips. Dionem in sensu dicti et homine errare, docet Ryckius. Mox verear, ne *eum* e terminatione proximi verbi ortum sit. Ern.

L. Silano. Convenit cum historia : tamen libri scripti, *C. Silano*. Lips. *C.* ed. pr. *L.* Puteol. et seqq. omnes. *C.* correctum in margine Gryph. Mox quia verba *et quod tunc spectaretur* e persona Taciti dicuntur, videtur esse debere *spectabatur*, sed illud est in omnibus libris. Ern. De Silano v. 12, 4, 8.

Silanus D. Augusti abnepos.

necis. Ministri fuere P. Celer, eques romanus, et Helius, libertus, rei familiari principis in Asia impositi. Ab his proconsuli venenum inter epulas datum est apertius, quam ut fallerent. Nec minus properato Narcissus, Claudii libertus, de cujus jurgiis adversus Agrippinam retuli, aspera custodia et necessitate extrema ad mortem agitur; invito principe, cujus abditis adhuc vitiis, per avaritiam ac prodigentiam, mire congruebat.

II. Ibaturque in cædes, nisi Afranius Burrus, et Annæus Seneca obviam issent. Hi rectores imperatoriæ ju-

Præit ad stemma aliquomodo Plinius, qui eum nepotem scribit Augusti neptis. Atqui Augusto e Julia filia neptes duæ, Julia et Agrippina. E Julia hunc derivo, hoc modo:

JULIA, Aug. F. cui vir M. Agrippa. { JULIA, cui vir L. Æmilius Paullus, Suet. Aug. 64. { ÆMILIA LEPIDA proneptis Augusti Suet. Claudio 26. cui vir Ap. Junius Silanus claro argumento, quia Suet. eum consocerum Claudii vocat. Postea tamen alteri Lepidæ maritus, quæ mater Messallinæ. Ex Dione. { M. SILANUS, de quo hic. L. SILANUS, Claudii gener.

Stemma hoc satis certum est. Ne fallat te tantum Dio, qui 60, 14. Lepidam matrem Messallinæ, uxorem tribuit Appio: sed sub finem vitæ. At M. ille Silanus Augusti abnepos genitus fuit vivo Augusto. Appium hunc Silanum intellegit Augustus in epistola quadam, vocatque adfinem Claudii ob hoc matrimonium, apud Sueton. Claud. 4. *Curare eum ludis Martialibus triclinium sacerdotum, non displicet nobis, si est passurus, se ab Silano filio homine sibi adfini admoneri, ne quid faciat, quod conspici et derideri possit.* Lips.

P. Celerius. Infra 33. et H. 4, 18. *P. Celer* dicitur. *P. Celerem accusante Asia, quia absolvere nequibat Cæsar, traxit senecta, donec mortem obiret. Nam Celer interfecto, ut memoravi, Silano proconsule....* Hic ergo corrige. Lips. Sed etiam *Helius* rescripsi pro *Ælius*, ut jam voluit Ryckius e Suet. Ner. 23. et Dione 63, 12. Edd. pr. Puteolan. alıæque vett. omnes *Elius* sine adspiratione: quod frustra mutatum est in *Ælius*. Romani Helii nulli sunt, ut docuit Perizonius in Trig. diss. p. m. 151. et de numis consular. p. 235. At hic est nomen græcum liberti. MS. Guelf. plane *Helius* exhibet, et ante *Celerius*. Mox *his* e cod. Fl. Pichena. Sic et ed. pr. Vulg. *iis*. de qua confusione supra dictum. Ern. Bud. *hiis*.

Retuli. V. 12, 65.

Ad m. agitur. Cod. Agr. *adigitur ad m.* Idem mox *ni* pro *nisi*.

ventæ, et (rarum in societate potentiæ concordes) diversa arte ex æquo pollebant: Burrus militaribus curis et severitate morum; Seneca præceptis eloquentiæ et comitate honesta: juvantes invicem, quo facilius lubricam principis ætatem, si virtutem adspernaretur, voluptatibus concessis retinerent. Certamen utrique unum erat contra ferociam Agrippinæ, quæ cunctis malæ dominationis cupidinibus flagrans, habebat in partibus Pallantem; quo auctore, Claudius nuptiis incestis et adoptione exitiosa semet perverterat. Sed neque Neroni infra servos ingenium; et Pallas, tristi arrogantia modum liberti egressus, tædium sui moverat. Propalam tamen omnes in eam honores cumulabantur, signumque, more mili-

1. *Et comitate honesta. Modesta* malim. Sed nil mutem. *Honesta*, nullis malis artibus instructa.

Pari in societate pot. Si quid mutandum, legam; *paris in societate potentiæ*. Sed vix opus, etsi alii conantur. Lips. Boxhornius e vestigiis cod. Flor. qui habet, *et parum in societate potentia et concordes*, corrigit. (*et rarum in societate potentiæ*) *concordes*. Feliciter, ut puto. Sic supra 1, 39. *ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset*, (*rarum etiam inter hostes*) *legatus P. R. Romanis in castris sanguine suo altaria deum commaculaviset*. Item c. 56. *nam* (*rarum illi cœlo*) *siccitate et amnibus modicis inoffensum iter properaverat*. 6, 10. *Per idem tempus L. Piso pontifex* (*rarum in tanta claritudine*) *fato obiit*. Gron. Cum MS. Fl. consentit MS. Reg. et Agr. ed. pr. nisi. quod alterum *et* est ante *potentia*. Puteol. *pari in societate, potentiaque*, ut est in Guelf. *que* delevit Rhenanus. *Potentiæ* primum in Lips. edd. reperi. *Parem societatem potentiæ*, pro *paris*, ferrem. Nam adjectiva etiam in aliis Tacitus permutat, ut supra vidimus, atque etiam alii, in primis poetæ. V. Excurs. 9. ad Suet. Sed Boxhornium verum vidisse puto, cujus correctionem secutus est Broterius. Idque judicavit etiam Heinsius. Recepit Ryckius. Ern. Item Lall. et Bip. Ipse quoque recepi. In Bud. τὸ *que* a 2. m. erat adjectum.

Male domin. Sic ed pr. Beroald. Alc. sed Guelf. Put. *malis*: quod (e Bud.) restituit Rhenanus, idque secuti sunt Aldus, Gryphius. Sane proprie hoc adjectivum referendum erat ad *cupidines*. Verum vid. not. præced. et sic ὁμοιοτέλευτα vitantur. Ern.

Incestis et adopt. Cf. 12, 2. 5, 25.

Infra servas ing. Vell. 2, 83. *Infra servos cliens.*

Signum more militiæ. Signum sive tessera semper tribunis data, etiam

tiæ, petenti tribuno dedit, OPTIMÆ MATRIS. Decreti et a senatu «duo lictores, Flaminium Claudiale», simul «Claudio censorium funus,» et mox «consecratio.»

III. Die funeris laudationem ejus princeps exorsus est. Dum «antiquitatem generis, consulatus, ac triumphos majorum» enumerabat, intentus ipse, et ceteri; «liberalium» quoque «artium» commemoratio, «et, nihil regente eo reipublicæ triste ab externis accidisse,» pronis animis audita: postquam ad «providentiam sapientiamque» flexit, nemo risui temperare, quamquam oratio, a Seneca composita, multum cultus præferret: ut fuit illi viro ingenium amœnum, et temporis ejus

2. *Flaminium Claudiale. Flamini Claudiali* cod. Agr. an *flaminicæ ut Claudiali?* — 3. *Intentus ipse et ceteri. Et ceteris* cod. Agr. an *intentis ipso et ceteris.* Latet aliquid. An *intentius?* Ann. 1, 52. *Paucioribus Drusum laudavit, sed intentior et fida oratione. Intentius se excusare* 3, 35. *Dicere intento ore,* Dial. de Orat. c. 11.

rep. antiqua. Livius 28, 24, *Forma tamen Romanorum castrorum constabat.... quod tribunos et jura reddere in principiis sinebant, et signum ab iis petebant, et in stationes ac vigilias ordine ibant.* Dabatur a consule, prætore, cove qui exercitui toti præerat. Idem Livius ib. 27: *In prætorio tetenderunt Albius et Atrius, classicum apud eos cecinit, signum ab iis petitum est.* At prætorii tribunus a solo principe. Ideo supra 1, 7, inter signa accepti imperii Tacitus posuit: *Defuncto Augusto signum prætoriis cohortibus, ut imperator, dederat.* Super hac re plura in Excursu A. LIPS.

Duo lictores, Flaminium Claudiale. At Liviæ decretus lictor tantum unus, et idipsum recusante Tiberio (1, 14). Flaminium Claudiale quomodo ad honestandam facit Agrippinam? Credo, ut ipsa Flaminica Claudii esset: exemplo Liviæ, quæ Augusti. Nam eam sacerdotem Augusti fuisse docui ad 1, 10; velimque addi Paterculi locum, quem viri docti emendare conati frustra 2, 75: *Livia Romanarum eminentissima, quam postea conjugem Augusti vidimus, quam transgressi ad eos sacerdotem ac filiam.* Legunt, *quin transgressa ad eos sacerdotem pœne habuit ac flaminem.* Quasi ad Liviam ipsam referenda sint, quæ mortua cælesti religione culta per flaminesac sacerdotes. Campas loquuntur et floccos: tu lege mecum, *quam transgressi ad deos.* Livia enim est, quæ mariti sui in deos relati et sacerdos fuit et filia. Satis dictum supra. LIPS. De Flaminio Claud. v. Panvin. de Civ. Rom. 2, p. 173.

Censorium funus. Respice ad 4, 15.

Temporis ejus. Sic MS. Flor. ed. pr. Ceteri *illius.* Illud cum J. Gro-

auribus accommodatum. Adnotabant seniores, quibus otiosum est vetera et præsentia contendere, « primum ex iis, qui rerum potiti essent, Neronem alienæ facundiæ eguisse. » Nam dictator Cæsar summis oratoribus æmulus : et Augusto prompta ac profluens, quæ deceret principem, eloquentia fuit. Tiberius artem quoque callebat, qua verba expenderet, tum validus sensibus, aut consulto ambiguus. Etiam C. Cæsaris turbata mens vim dicendi non corrupit. Nec in Claudio, quotiens meditata dissereret, elegantiam requireres. Nero puerilibus statim annis vividum animum in alia detorsit : cælare, pin-

4. *Quibus otiosum est vetera.* Cur *otiosum*, senioribus magis quam juvenibus? Nec *otiosum* satis latine dicitur hoc sensu. Lego *quibus ambitiosum est.* Ann. 14, 22, *nova et ancipitia præcolere avida et plerumque fallax ambitio est.* — 5. *Animum in alia. Animum ad puerilia* cod. Agr. an *vernilia? fœdum studium* vocat 14, 14.

novio recepimus. Mox *otium est* ed. pr. Beroald. et ceteræ usque ad Pichenam. *Otiosum est* MSS. Flor. Guelf. ed. Puteol. Pich. seqq. e quo per compendium scribendi factum *otium* videri potest : sed tamen durum est *otiosum est.... contendere* : mollius multo *otium* videtur. Ern. *Otiosum* habent et Ven. et Bud. Eodem modo H. 2, 38, occurrit *vacuum fuit concupiscere.*

Quæ deceret pr. Durior hæc interpositio : quod sensit Acidalius, qui conjiciebat *qua;* i. quatenus, possis etiam *quæque.* Sed non satisfacit. Ern. Cod. Agr. *et quæ deceret.* Ceterum nil hic duri. *Quæ* i. e. qualis, ut recte Hill. Rac. 37. De re ipsa Suet. 86.

Tum validus. Ed. pr. *validis :* ceteræ omnes *validus. Validis* consentit consuetudini Taciti variandæ constructionis in talibus. Mox *ac* MS. Guelf. vett. omnes ad Rhen. qui e cod. Bud. dedit *aut :* quod melius. Ern.

C. Cæsaris. Qui etiam libros scripsit de arte dicendi, ut vult Suidas : Γάϊος Καῖσαρ, ὃς ἐπικλῆδην Καλλιγύλας, ῥητορικὴν τέχνην ἔγραψε Ῥωμαϊκῶς. Quem tamen puto ego falli : eosque Germanici fuisse. Lips. Heinsius malebat *C. Cæsari.* Burm. ad Suet. Cal. 53, *turbatam mentem* interpretatur iratam : quo sensu *turbatus* dici, satis probat. Adjuvat Suet. qui l. c. dicit *irato et verba et sententias suppetiisse.* Sed ego potius capiendum puto de mentis valetudine : de qua idem Suet. c. 50. Valetudo mentis, quæ ei sive e morbo, sive e philtro accidit, non corrupit ejus vim dicendi. Mox ed. pr. *dissererentur*, ut MS. Flor.; quod et ipsum bonum est. Item *cælare, pingere*, uterque liber sine copula : quam primus Puteolanus addidit, non Beroaldus. Ern. Bud. a m. pr. *discerentur.* Pro *in alia* cod. Agr. *ad puerilia*, manifesto glossemate. Bud. *cælare et pingere.*

gere, cantus aut regimen equorum exercere : et aliquando, carminibus pangendis, inesse sibi elementa doctrinæ ostendebat.

IV. Ceterum, peractis tristitiæ imitamentis, curiam ingressus, « et de auctoritate patrum, et consensu militum, » præfatus, « consilia sibi et exempla capessendi egregie imperii » memoravit : « nec juventam armis civilibus, aut domesticis discordiis, imbutam : nulla odia, nullas injurias, nec cupidinem ultionis adferre. » Tum « formam futuri principatus » præscripsit, ea maxime declinans, quorum recens flagrabat invidia. « Non enim se negotiorum omnium judicem fore, ut, clausis unam intra domum adcusatoribus et reis, paucorum potentia grassaretur. Nihil in penatibus suis venale, aut ambitioni pervium : discretam domum et remp. Teneret antiqua munia senatus : consulum tribunalibus Italia, et publicæ provinciæ adsisterent. Illi patrum aditum præberent : se mandatis exercitibus consulturum. »

Egregie. Edd. ante Rhenanum *egregii* : et sic MS. Guelf. Sed *egregie* melius est. Ern. Sic et Bud.

Clausis intra dom. Exemplum habes 11, 2.

Consulum tribunalibus Italia. Polybius 6, 13., Ὁμοίως καὶ ὅσα τῶν ἀδικημάτων, τῶν κατ' Ἰταλίαν, προσδεῖται δημοσίας ἐπισκέψεως, λέγω δὲ, οἷον προδοσίας, συνωμοσίας, φαρμακείας, δολοφονίας, τῇ συγκλήτῳ μέλει περὶ τούτων. Πρὸς δὲ τούτοις, εἴ τις ἰδιώτης ἢ πόλις τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, διαλύσεως ἢ ἐπιτιμήσεως ἢ βοηθείας ἢ φυλακῆς προσδεῖται, τούτων πάντων ἐπιμελὴς ἐστι τῇ συγκλήτῳ. Qui locus unicus verbis Taciti est illustrandus. Gron.

Publicæ provinciæ. Spectat ad divisionem Augusteam. Claudius pleraque omnia ad se traxerat : at Nero populi provincias (eæ enim publicæ) earumque controversias solis consulibus curæ fore : se Cæsarianis provinciis, in quibus exercitus, velle consulere prædixit. Lips.

Illi patrum aditum. Non muto. Consules, inquit, præbeant provincialibus aditum patrum. At hæc oratio Senecæ adeo grata patribus, ait Xiphil. 61, 3. ὥστε καὶ ἐς ἀργυρᾶν στήλην ἐγγραφῆναι, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἀεὶ ὑπάτων ἀρχαῖς ἀναγινώσκεσθαι ψηφισθῆναι. Nec novum id senatus decretum : excipio de argento. Nam et antea semper principum orationes in æs incisæ, et kalendis jan. recitatæ. Morem quem non nimis

V. Nec defuit fides. Multaque arbitrio senatus constituta sunt: « ne quis ad caussam orandam mercede aut donis emeretur: Ne designatis quæstoribus edendi gladiatores necessitas esset. » Quod quidem adversante Agrippina; « tanquam acta Claudii subverterentur, » obtinuere patres: qui in palatium ob id vocabantur, ut adstaret, obditis a tergo foribus velo discreta, quod vi-

notum suggerit mihi Dio 60, 10. Τότε δὲ λόγους τινὰς ἐν τῇ γουμνίᾳ τοῦ τε Αὐγούστου καὶ τοῦ Τιβερίου κατὰ δόγμα ἀναγινωσκομένους, ὥστε καὶ μέχρι τῆς ἑσπέρας τοὺς βουλευτὰς παρατείνεσθαι, ἔπαυσεν· ἀρχὴν εἶναι φήσας, ἐν ταῖς στήλαις αὐτοὺς ἐγγεγράφθαι. Lucem hinc do Plinii Paneg. 75. *Acclamationes nostras*, inquit, *ne qua interciperet oblivio, P. C. in publica acta mittendas et incidendas in ære censuistis. Antè orationes principum tantum ejusmodi genere monumentorum mandari æternitati solebant: acclamationes quidem nostræ parietibus curiæ claudebantur.* Et ab hoc ritu est, quod Q. Haterius 3, 57. censet, *ejus diei senatus consulta aureis literis in curia figenda.* Ingerunt et jurisconsulti, apud quos locis aliquot orationes hæ principum laudatæ. Sed nec ab alia caussa evenisse crediderim, quod Claudii oratio Lugduni nostro ævo reperta in tabula æris. Lips.

Ne quis ad caussam etc. Cf. 11, 7.

Edendi gladiatores necessitas. Pertinet ad abolendum Claudii scitum, qui, auctore Dolabella, sanxit, *spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui quæsturam adipiscerentur*, V. 11, 22. Ubi suspecta vox, *adipiscerentur.* Cur enim hic ἐμφατικῶς scriptum. *Ne designatis quidem*: nisi quia antea ex ea sanctione, dabant etiam candidati? Atque ita in Lampridii Alexandro lego c. 43. *Quæstores candidatos* (malim *quæsturæ*) *ex sua pecunia jussit munera populo dare, sed ut post quæsturam prætura acciperent.* Ceterum hoc Neronis decretum abolevit iterum Domitianus: de quo Suetonius 4. Lips. *Quidem* deleri volebant Acidalius et Ursinus. Potuit e sequentibus huc trahi, ut c. seq. *alii* ante *anquirebant* in ed. pr. Si est a Tacito, sensus est, ne quæstoribus, saltem quod tantum designati essent, necesse esset edere gladiatores. Ern. *Quidem* omnino delendum. Sic et Bip.

Qui in Palatium. Puto in templum (Vide Sueton. Aug. 29.) Apollinis Palatini. Supra 2, 37., *Quatuor filiis ante limen curiæ adstantibus, cum in palatio senatus haberetur.* Lips. In cubiculum potius, credo, propter sequentia. Idque etiam interdum sub aliis impp. factum, exemplo D. Julii, qui caussam Dejotari in cubiculo cognovit, ut patet ex oratione Cic. c. 2. Add. 11, 2. Nam quæ J. Gronovius paullo post de abditis et occultis foribus in templo illo, ea contorta sunt. Ern.

Abditis a tergo foribus velo discreta. Melius, *obditis.* Intellegit autem vela, quæ prætenta foribus:

sum arceret, auditum non adimeret. Quin et legatis Armeniorum, caussam gentis apud Neronem orantibus, escendere suggestum imperatoris, et præsidere simul

quibus etiam Claudius se texit. Sueton. 10. *Prorepsit ad solarium proximum, interque foribus prætenta vela se abdidit.* Et Heliogabalus narrante Lampridio 14. *Subito militum strepitu exterritus, in angulum se condidit, objectuque veli cubicularis, quod in introitu cubiculi erat, se texit.* Julius Pollux describit 10, 7., Πρὸ μὲν τοῦ κοιτῶνος ἐπὶ ταῖς θύραις, παραπετασμάτιον σοι ἦν, εἴτε ἁπλοῦν εἴτε τὸ παραπέτασμα λευκὸν ἐξ ὀθόνης, εἴτε καὶ πολύχρουν. Id velum levabatur, in admissionibus. Seneca, epist. 80 (81.) *Non crepuit subinde ostium, non allevabatur velum.* Lamprid. in Alexandro 4. *Salutabatur quasi unus de senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis.* Inde apud JCtos caussas cognoscere levato velo: id est palam omnibus admissis, l. 5. C. De naufragiis: *De submersis navibus decernimus, ut levato velo istæ caussæ cognoscantur.* Ad hæc et talia vela facit lapis vetus Romæ (ap. Grut. m. 599, 7.) TI. CL. THALLVS. PRAEPOSITVS. VELARIORVM. DOMVS AVGVSTANAE. Erant tamen et alia vela in cænationibus arcendi frigoris, itemque ornatus caussa: de quibus Seneca Quest. Nat. 4, 13. et Tertullianus de habitu muliebri 1, 8. Lips. Conjiciebam *obdito a tergo foribus velo discreta. A tergo*, puta sedentis principis, *discreta velo*, quod *obditum* erat foribus, in quibus stabat ipsa. Gron. Vulgata est in omnibus scr. et edd. nisi quod Bud. *additis*. Ryckius putat vulgatum intelligi posse: *adstitisse a tergo tapetis, foribus prætenti*: quod nullo modo procedit. Nam ordo verborum esse debet *adstaret discreta velo*: id quomodo interjectum fuerit, et quare, additur: nempe apertis foribus, quæ in aliud cubiculum ferrent, prætentum a tergo. Atque hæc desiderant Gronovii correctionem. Ern. Malim cum Bip. Lipsium sequi. —*De *velo* Cf. Meursius in voc. Græcobarb. V. βῆλον.

Aditus non adimeret. Immo vero adimebat aditus: nec adiri conspicive Agrippina voluit. Scribo, *auditus*. Lips Recepit Freinsh. et secuti editores. Pichena tamen malebat *auditum*: quod est in margine MS. Bodleiani. *Adire* et *audire* sæpe in libris confusa. V. Burm. ad Suet. Tib. 27. Drakenb. ad Liv. 8, 2. Ern. Lipsius dabat *auditus*, ut c. 16. *visus*. Rectius Bip. mihique videtur *auditum*, ut antea *visum*.

Escendere suggestum. Probissima vox, et reperi ita in Farnesiano, sicuti paullo post in Vatican. *anquirebant*. Nemo autem tinctus hac meliori literatura, cui non ista hodie nota. Lips. Utrumque est etiam in Flor. De verbo *escendere* pleni hodie criticorum libri, ejusque confusione cum *ascendere*. Post etiam *disserunt* bene Pichena e MS. Flor. pro *dixerunt* post *evenisse*; hoc enim verbo libenter utitur Tacitus. Literæ istæ sæpe confusæ. Infra c. 13. in ed. pr. *effulxerunt* pro *effulserunt* etc. c. 17. pro *et sibi* est *exili*. Ern. *Disserunt*. sic et 14, 13. Vocem eam hic delendam judicabat Ursinus. Pro *num prœlia* cod. Agr. *multi prœlia*. Litera *x* loco *s* frequens in MSS. Ita

parabat; nisi, ceteris pavore defixis, Seneca admonuisset, « venienti matri occurreret. » Ita, specie pietatis, obviam itum dedecori.

VI. Fine anni, turbidis rumoribus, « prorupisse rursum Parthos et rapi Armeniam, » adlatum est, « pulso Rhadamisto, » qui sæpe regni ejus potitus, dein profugus, tum quoque bellum deseruerat. Igitur, in urbe sermonum avida, « quemadmodum princeps, vix septemdecim annos egressus, suscipere eam molem aut propulsare posset? quod subsidium in eo, qui a femina regeretur? num prœlia quoque, et oppugnationes urbium, et cetera belli per magistros administrari possent, » anquirebant. Contra alii, « melius evenisse, » disserunt, « quam si invalidus senecta et ignavia Claudius militiæ ad labores vocaretur, servilibus jussis obtemperaturus. Burrum tamen et Senecam multarum rerum experientia cognitos : et imperatori quantum ad robur deesse? cum octavodecimo ætatis anno Cn. Pompeius, nonodecimo Cæsar Octavianus, civilia bella sustinuerint. Pleraque in summa fortuna, auspiciis et consiliis, quam telis et ma-

6. *Septendecim. Septem et decem* cod. Agr. deinde idem., *multi prœlia quoque*, non *num*. Lege *simul si prœlia*.

in Bud. *sextertium, extimare, illexa. Vespexianus*, etc. Bud. *ascendere.... inquirebant... dixerunt*.

Multarum rerum exp. MS. Bud. *multarum*. Corb. *multa*. quod placet. ERN.

Pleraque in summa fortuna. Magnam, ait, partem res etiam a principe in bello gerendas ejus esse indolis, uti melius per legatos, sive ministros, et mandata, quam per ipsum præsentem, armatum, et concursantem, vel satagentem, expediantur et transigantur. Suetonius Octav. 21. *Domuit autem partim ductu, partim auspiciis suis Cantabriam, Aquitaniam* etc. *Auspiciis suis*, id est per legatos suos, ubi ipse non intervenit, nec præsens fuit. GRON. Nempe int. *magis*, cujus ante *quam* omissi exempla plura ad h. l. notavit Rhenanus. Alii malunt *pluraque*, quod et MSS. quidam et edd. Puteol. Riv. Ber. etc. habent, placetque Broterio. Credo Tacitum, si hoc voluisset, *plura* scripturum fuisse, sine copula. *Pleraque* est multa, ut sæpe apud scriptores hujus

nibus geri. Daturum plane documentum, honestis an secus amicis uteretur, si ducem, amota invidia, egregium, quam si pecuniosum et gratia subnixum per ambitum deligeret. »

VII. Hæc atque talia vulgantibus, Nero et « juventutem proximas per provincias quæsitam supplendis Orientis legionibus admoveri, legionesque ipsas propius Armeniam collocari » jubet : « duosque veteres reges, Agrippam et Antiochum expedire copias, quis Parthorum fines ultro intrarent : simul pontes per amnem Euphraten jungi. Et minorem Armeniam Aristobulo, re-

7. *Deligeret. Delegerit* cod. Agr.

ætatis. Ern. *Pleraque* Rhen. e Bud. dedit. bene, ut puto.

Si ducem etc. Varie tentatur hic locus, quem nulla medela egere arbitror. Dixerant, principes in bellis plus consiliis valere, quam vi. Subjiciunt : quantum consilio valeat, quam bonos consiliarios habeat, statim clarum fore ex eo, si ducem bello præficeret potius egregium, nihil invidens virtuti, quam, si divitem et gratiosum. *Magis*, *potius* intelligi statim vidimus, et *si* repeti, etiam elegans est. In ed. pr. est *deligent* : unde conficere liceret *deligerent*, ut simul ad amicos principis referretur. *et si ducem* Rhen. (e Bud.) Ald. Gr. Ern.

Admovere. Pichena malebat *admoveri*, quia mox est *collocari*, et *jungi*. placet. Ern. Consentiunt Acid. Bip. quod nexus postulat. Bud. habet *admovere*.

Agrippam et Iocchum. Agrippam intellegit Agrippæ filium, cognomento Juniorem, qui Galilææ, Trachonitidis, et partis Judææ rex : de quo Josephus 20, 7. satis. Sed Iocchus iste quis? Utrum *Bocchus* rescribendum? an potius, expleta voce *Antiochus* ? Quod verum censeo. Intellegit Antiochum, regem Commagenes, et in parte Ciliciæ, de quo Josephus 19, 5., Ἀντίοχον δὲ ἦν εἶχεν βασιλείαν ἀφελόμενος, Κιλικίας μέρει τινὶ καὶ Κομμαγηνῇ δωρεῖται. Et Dio 60, 8. Confirmat eam scripturam noster infra c. 37. qui in auxiliis Corbulonis Antiochum nominat : iteratque hoc mandatum. *Simul*, inquit, *Antiochum regem monet, proximas sibi præfecturas petere*. Vaticano tamen est *Lochium*. Lips. MS. Flor. et *Iocchum* : quod edd. omnes habent præter ed. pr. quæ exhibet *Lochium*, ut Vatic. Reg. Agr. et Guelf. in quo est *Locchum*. Ryckius recepit *Antiochum*, quem cum J. Gronovio secuti sumus. Mox ed. pr. *omnem Euphraten*, vitiose pro *amnem*, quod verbum omnes edd. et scr. habent, nec tentandum erat, cum ab aliis sæpe sic dicatur, etiam brevitatis amantibus. Ern.

Minorem Armeniam Aristobulo. Josephus 20, 8., Τὴν τῆς μικρᾶς Ἀρμε-

gionem Sophenen Sohemo cum insignibus regiis mandat. » Exortusque in tempore æmulus Vologeso, filius Vardanes. Et abscessere Armenia Parthi, tanquam differrent bellum.

VIII. Sed apud senatum omnia in majus celebrata sunt sententiis eorum, qui « supplicationes, et diebus supplicationum vestem principi triumphalem, utque ovans urbem iniret, effigiesque ejus, pari magnitudine ac Martis Ultoris, eodem in templo, » censuere: præter suetam adulationem læti, quod Domitium Corbulonem retinendæ Armeniæ præposuerat: videbaturque locus virtutibus patefactus. Copiæ Orientis ita dividuntur, ut pars auxiliarium, cum duabus legionibus, apud provinciam Syriam, et legatum ejus Quadratum Ummidium remaneret; par civium sociorumque numerus Corbuloni esset, additis cohortibus alisque, quæ apud Cappadociam hiemabant: socii reges, prout bello conduceret, parere jussi. Sed studia eorum in Corbulonem promptiora erant: qui, ut famæ inserviret, quæ in novis cœptis validissima

8. *Remaneret.* Rectius cod. Agr. *remanerent.* Deinde *cohortibus aliis, quæ Cappadociæ hiemabant.* eleganter. Mox *validissima est, consuleret, itinere præpropere,* idem. Quod videtur e diversa ortum scriptura, cum alii codices *famæ inserviret,* alii *consuleret* haberent.

νίας προστασίαν Ἀριστόβουλος, Ἡρώδου τῆς Χαλκίδος βασιλίσσης παῖς, ὑπὸ Νέρωνος ἐγχειρίζεται. et addit, id factum τῷ πρώτῳ τῆς Νέρωνος ἀρχῆς ἔτει, convenienter plane cum Tacito. Lips.

Sophenen Sohemo. Nescio, an idem sit, qui a Caio constitutus Arabum Ituræorum rex, auctore Dione 59, 12. Sed apud eum Σοαῖμος dicitur: et fortasse ita hic scribendum. Lips. Ed. pr. *Sohæmo.* Sed *Sohemus* etiam probabat Lipsius ad 12, 23. ex quo loco etiam patet, Sohemum Iturææ regem dudum mortuum fuisse, ut bene jam monuit Ryckius. Ed. pr. *Sophenen.* recte. Ceteræ *Sophenem*, usque ad Ryckium. Ern. Sohemus, de quo hic, idem est cum eo, qui H. 2, 81. 5, 1. occurrit.

Dom. Corbulonem. De hoc v. 3, 31. 11, 18, 20.

Quadratum Vinidium. Numidium, ut supra. Lips. Immo *Ummidium*, ut supra demonstratum 12, 45. Ern.

est, itinere propere confecto, apud Ægeas, civitatem Ciliciæ, obvium Quadratum habuit, illuc progressum, ne, si ad accipiendas copias Syriam intravisset Corbulo, omnium ora in se verteret, corpore ingens, verbis magnificus, et, super experientiam sapientiamque, etiam specie inanium validus.

IX. Ceterum uterque Vologesen regem nuntiis monebant, « pacem quam bellum mallet, datisque obsidibus, solitam prioribus reverentiam in populum romanum continuaret. » Et Vologeses, quo bellum ex commodo

Apud Egas. Libri mei, *Ægæas*, et recte. Id enim Ciliciæ oppidum. Strabo 14, p. 676. Μετὰ δὲ Μαλλὸν Αἰγαῖαι πολίχνιον ὕφορμον ἔχον. Lips. Lucanus tamen 3, 327. *et extremæ resonant navalibus Ægæ.* Sic enim legendum puto: non *externæ*. Stephanus: Αἰγαὶ πολλαί. πόλις Κιλικίας, etc. Plinius 5, 22. *oppidum Ægæ liberum, amnis Pyramus, Portæ Ciliciæ.* Philostratus de vita Apollon. 1, 12., Καὶ εἶνα τῆς ἐν Αἰγαῖς διατριβῆς.... Ὁ δὲ ἐῤῥῶσθαι φράσας, οἷς ἔπραττεν (ἐν Ταρσοῖς ἅρα ἀγορὰν ἦγεν) ἐξορμᾶν εἰς τὰς Αἰγάς. Idem Vit. 2, 4. in Antiocho: Ἀντίοχον τὸν Σοφιστὴν αἱ Κιλίκων Αἰγαὶ ἤνεγκαν. Apud Dionem 47, 30. est: καὶ τοὺς Ταρσίας ἰσουσίους προσλαβὼν φρουροὺς τινας αὐτοῦ ἐν Αἰγίαις ὄντας ἐνίκησε. Sed ibi quoque Xylander mavult ἐν Αἰγαῖς. Quare vereor, ne et Strabo scripserit: Μετὰ δὲ Μαλλὸν Αἰγαί. Et mox Μετὰ δὲ Αἰγὰς Ἰσσός. Gron. *Ægeas* tamen MSS. Flor. Reg. Agr. Guelf. ed. pr. Unde merito receptum. Ern. Bud. *Egeas.*

Specie inanium validus. Restitui, meo animo, vere. Corbulo, inquit, non solum vera virtute sapientiaque magnus, sed etiam animos allicere peritus specie inanium; id est, gestibus, verbis, habituque externo. At nostri censores quam hic mente, ut ait ille, exsensa! Beatus legit, *spe animum validus*, pro animorum, inquit. Vertranius, *spe immanium*, scilicet rerum. Cum bona gratia, abite, quæso, et cucurbitas pingite. Lips. *Specie* MSS. Flor. (sed deinde *inanimum*, ut ed. pr.) Guelf. ed. Puteol. Beroald. Alciat. Sed ed. pr. *spem.* ceteræ *spe.* Sic ed. pr. etiam ante *spem pietati* pro *specie*: ac sæpe istæ voces confusæ. Caussa est, quod cum per compendium scriberetur *spē*, ut in ed. pr. c. 31. signum compendii omissum est. Sensus est: etiam alia inerant viro, quæ quidem ad bellum et remp. gerendam nil valent, ceterum magnam vim habent ad animos imperitorum conciliandos. Ern. Bud. habet *spe in animum validus.* Bip. legunt *specie in animum validus*, quomodo 3, 24. *valida* dicitur *Augusti in remp. fortuna.* Mihi potior lectio Puteolani, Beroaldi etc. eademque Veneti cod. teste Pichena, et a Lipsio restituta, ab Ernestio bene exposita. *Inania* dicuntur, ut H. 2, 30. *inanis favor.*

Ex æquo modo. Nisi fallor, τὸ

pararet, an, ut æmulationis suspectos, per nomen obsidum, amoveret, tradit nobilissimos ex familia Arsacidarum. Accepitque cos centurio Histeius, ab Ummidio missus forte priore de caussa, adito rege. Quod postquam Corbuloni cognitum est, « ire » præfectum cohortis, Arrium Varum, « et reciperare obsides » jubet. Hinc ortum inter præfectum et centurionem jurgium, ne diutius externis spectaculo esset, arbitrium rei obsidibus legatisque, qui eos ducebant, permissum. Atque illi ob recentem gloriam, et inclinatione quadam etiam

9. *Forte prior ea de caussa, adito rege.* Locus mendosus. *fortuito* forte, ut sæpe alias. — 10. *Spectaculo esset. Essent* cod. Agric. deinde *mutarat.* — 11. *Inclinatione quadam etiam hostium.* Lege *hostes.* Præfert ad emendationem Boxhornius.

modo παρίλκει : aut certe cum Mercero legam, *ex commodo.* Lips. *Ex commodo*, quod voluerant Muretus et Mercerus, recte Pichena recepit, e vestigiis MS. Fl. *ex quo modo.* Antiqui in nonnullis verbis QU. pro C. scribebant, quod librarii antiquarii interdum imitati sunt. Sic in nobili SCto contra Bacchanalia, *Indoquoltod*, pro *in oculto* : hæc enim vera ibi lectio, non *indovolgod*, ut vult ill. Maffeus in Historia dipl., p. 124. Ceteri libri habent *ex æquo modo.* Sensus est, ut majorem opportunitatem belli parandi nanciscerctur, laxamento belli accepto. Ern. Bud. a 1. m. videtur habuisse *æquo modo.*

Centurio Hostorius. Vat. cod. *Centurio Histius.* Parum, aut nihil est; tamen infra post triennium in his locis *Istius Capito* est, *cdstrorum præfectus.* Lips. Cod. Flor. *Histeius.* Reg. Guelf. Agr. ed. pr. ceteræque *Histerius*, usque ad Rhen. qui *Hostorius* dedit cum seq. Ryckius putat *Insteius* e. c. 39. recepit Lallemannus. Ern. Brot. *Histæius.*

Priore de caussa. Mureto accedo, *prior ea de caussa*, legenti. Lips. Sed sic interpungendum, ut nunc est, non post *missus.* Ern. Bud. *priore de caussa.* Quod non debebat mutari. Planus sensus, ob aliud negotium forte missus erat ad regem, quem nunc adiit, ut acciperet obsides. Sic et Bip.

Reciperare obsides. Sic. Flor. edd. pr. Pich. seqq. Ceteræ edd. *recipere*, ut et Guelf. Illud melius. Volebat obsides sibi præreptos auferri Ummidio. Ern.

Ne diutius externis. Sic. MSS. Flor. Bud. ed. pr. Rhenan. et seqq. Ast Ven. Guelf. Puteol. Beroald. Alc. *quod ne.* quod melius puto. Sic mox : *Unde discordia inter duces.... Nero, quo componeret diversos.* Ubi *diversi* sunt discordes, simultatem exercentes. Post *inclinationem quandam* (Bud. Ven. Guelf. Puteol. etc. Sed ablativi meliores e consuetudine Taciti. Ern. In Bud. *quod* a 2. m. superscriptum est. Melius id putat Rhen. et post *jurgium* punctum locat. Parum referre arbitror.

hostium, Corbulonem prætulere. Unde discordia inter duces : querente Ummidio, « prærepta, quæ suis consiliis patravisset : » testante contra Corbulone, « non prius conversum regem ad offerendos obsides, quam ipse, dux bello delectus, spes ejus ad metum mutaret. » Nero, quo componeret diversos, sic evulgari jussit : « Ob res, a Quadrato et Corbulone prospere gestas, laurum fascibus imperatoriis addi. » Quæ, in alios consules egressa, conjunxi.

X. Eodem anno, Cæsar « effigiem Cn. Domitio patri, consularia insignia Asconio Labeoni, » quo tutore usus erat, petivit a senatu : sibique « statuas, argento vel auro solidas, » adversus offerentes prohibuit. Et, quam-

12. *Argento vel auro. Auro, argento vel auro* cod. Agr. Forte *ære, argento vel auro.*

Fascibus imperatoriis. De fascibus imperatorum sive principum (nec enim alios hic intelliges) docebo juvenes : fors fuit, et quosdam senes. Olim non nisi magistratus populi romani, aut qui cum imperio in provinciis, fascibus usi. Quid ergo princeps in urbe, si nullum gereret ordinarium magistratum ? Nihilo secius fasces duodecim illi. Origo rei ab Augusto ; cujus honori senatus decrevit a. U. 735. uti consulari potestate semper esset, fascibusque duodecim uteretur. Dio 54, 10., Ὁ δὲ Αὔγουστος τὴν τῶν ὑπάτων ἐξουσίαν διὰ βίου ἔλαβεν· ὥστε καὶ ταῖς δώδεκα ῥάβδοις ἀεὶ καὶ πανταχοῦ χρῆσθαι, καὶ ἐν μέσῳ τῶν ἀεὶ ὑπατευόντων ἐπὶ τοῦ ἀρχικοῦ διφρου καθίζεσθαι. Eumque morem tenuerunt principes secuti : ita ut laurum tamen fascibus non adderent, nisi in victoria : uti hic factum. At statim per adulationem irrupit, ut omnium principum fasces, et semper laureati essent. Eaque nota maxime distinctus a vulgo princeps. Herodianus de Gordiano 7, 14., Εἵπετο δὲ αὐτῷ πᾶσα ἡ βασιλικὴ τομπὴ, τῶν μὲν στρατιωτῶν καὶ.... ναυίσκων, ἐν σχήματι τῶν κατὰ Ῥώμην προϊόντων δορυφόρων. αἵ τε ῥάβδοι διαφηνφόρουν, ὅπερ ἐστὶ σύμβολον εἰς τὸ διαγνῶναι τὰς βασιλικὰς ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν. Capitolinus in Maximinis 14. *Inde Carthaginem venit cum pompa regali et protectoribus et fascibus laureatis.* Quando id cœperit, ignoro : paullatim quidem non solum laureati admissi fasces, sed et aurati. Claudianus in 6. Cons. Honorii 644.... *agnoscunt rostra curules Auditas quondam proavis : desuetaque cingit Regius auratis fora fascibus Ulpia lictor.* Lips.

Consularia insignia. Cod. Flor. et Bud. *et Cons. ins.*

quam censuissent patres, « ut principium anni inciperet mense decemb. » quo ortus erat Nero, veterem religionem kalendarum januariarum inchoando anno retinuit. Neque recepti sunt inter reos Carinas Celer, senator, servo accusante, aut Julius Densus, equester, cui favor in Britannicum crimini dabatur.

XI. Claudio Nerone, L. Antistio coss., cum in acta principum jurarent magistratus, « in sua acta collegam Antistium jurare » prohibuit: magnis patrum laudibus, ut juvenilis animus, levium quoque rerum gloria sublatus, majores continuaret. Secutaque lenitas in Plautium Lateranum, quem, ob adulterium Messallinæ ordine remotum, reddidit senatui, « clementiam suam » obstringens crebris orationibus, quas Seneca, testifi-

Recepti sunt inter reos. Sic MS. Flor. (Bud.) Guelf. et editi omnes veteres, non Beroaldus tantum et Aldus, ut tradit J. Gron. Lipsius habet *in*, nescio, an primus et operarum vitio. *Inter* restituit J. Gronovius. Sic noster loquitur etiam 3, 70. Ern.

Equester. Vide dicta ad 12, 60.

Acta principum. Non, ut receptum, *principis.* Jurabant enim in acta non unius, qui imperitabat, sed et priorum. Dicam multa ad 16, 22. Exc. A. Lips.

Ut juvenilis animus. Sensus est, ut, cum intelligeret, etiam e tam levi re tantam gloriam nasci, tantasque laudes, cupido injiceretur rebus majoribus patrandis porro majorem laudem petendi. Ern.

Plautium Lateranum. Supra 11, 36. Lips. Guelf. *Plantium.* Ern.

Ordine remotum. Simplex, *motum* malebat Acidalius. Sed Suetonius Vitell. 2. *Quintus caruit ordine, cum auctore Tiberio secerni minus idoneos senatores removerique placuisset.* Gron. Sed locus Suetonii non satis similis huic. An *ordine removere* quisquam dixerit, docendum erat: *senatores minus idoneos secernere et removere*, sive etiam *submovere*, quin dici possit, nulla dubitatio est. Et Gronovius ipse ap. Livium 45, 15. *tribu remoti* corrigit *moti*: idque non displicet Drakenb. qui tamen in textu servat *remoti*; ad quod defendendum loco Taciti uti poterat. In eodem loco Livii est etiam *senatu emoveri.* Ceterum ob locum Livii, et quia *removeri* in similibus, et sine præpositione, dicitur, ut ap. Suet. Tib. 34. *quæstura removere*: add. Burm. ad c. 42. h. l. vulgatum non tentandum puto, in quo omnes libri consentiunt: nisi quod a MS. Ox. abest *ordine.* Ern.

cando, quam honesta præciperet, vel jactandi ingenii, voce principis vulgabat.

XII. Ceterum infracta paullatim potentia matris, delapso Nerone in amorem libertæ, cui vocabulum *Acte* fuit : simul adsumptis in conscientiam Othone et Claudio Senecione, adolescentulis decoris : quorum Otho familia consulari, Senecio liberto Cæsaris patre genitus, ignara matre, dein frustra obnitente, penitus irrepserat per luxum et ambigua secreta : ne severioribus quidem principis amicis adversantibus, muliercula, nulla cu-

13. *Jactandi ingenii. Causa jactitandi* rectius cod. Agr. Paullo ante *ordine emotum* malo, quam *remotum*. Livius 6, 38., *lictores, qui plebem de medio emoverent, misit*. Sic idem et alibi; et Virgilius 6, 524 etc. — 14. *Cui vocabulum Acte fuit*. Lege *Actæ*. Dictum alibi 4, 72.

Vel jactandi ingenii. Contaminarant impuræ manus, *causa jactandi*. At vox ea eleganter abest Vatic. Lips. Item a Flor. Modus loquendi elegans. *Vulgabat jactandi ingenii*, quo usus noster etiam Hist. 4, 42. *accusationem subisse, nec depellendi periculi, sed in spem potentiæ videbatur*. Liv. 4, 30. *cernentes piacula pacis deum exposcendæ*. Et sæpe librarios cum in aliis, tum in hac formula *caussa* addidisse, sæpe docuerunt viri docti. V. Cort. ad Sall. Cat. 6. Sed tamen hic aliquid scrupuli residet ex eo, quod putem, librarios daturos fuisse *jactandi ing. caussa*, si vocem addidissent velut temere omissam, non, quod rarius est, *caussa jact. ing.* Ea forma passim tamen usus Livius. V. Gronov. ad 31, 12. Sic etiam Græci Xenoph. M. S. 4, 7. ὕπνου πορείας. *Caussa* addunt omnes vett. ed. *Vel* inde a Rhenano (e Bud.). *Caussa* primus omisit Lipsius. Ern. Bod. Budensi 2. m. adlevit *caussa*.

Cui vocabulum Acte. Ex Asia oriunda mulier : cujus genus Nero (ut splendorem ei adstrueret) ad Attalum regem porrigebat. Xiphil. 61, 7. Lips. Suet. 28. *Submissi consulares, qui regio genere ortam pejerarent*.

Obnitente. Ita Rhen. bene ex Bud. *obmittente*. Prius legebatur *obtinente*.

Penitus irrepserat. Scribe, *irrepserant*. ad Senecionem enim pertinet et Othonem : non ad Acten. Lips. Recepit Pichena. MSS. et edd. vett. omnes *irrepserat*. Nec video, cur singularis hic tantopere displiceat, cum etiam c. 15. sit *nox et lascivia exemerat. Ambigua secreta* pertinent ad rem amatoriam. Ern. Adde 12, 45. *Præfectus..... centurio præerat*.

Ne severioribus quidem. Libri scripti, *senioribus*. Lips. Etiam Flor. ed. pr. MS. Guelf. Ern. Sic et Bud. et Agr. Cf. etiam 14, 54. Pichena tamen vulgatum præfert.

Muliercula, nulla. Qui attenderit,

jusquam injuria, cupidines principis explente; quando uxore ab Octavia, nobili quidem et probitatis spectatæ, fato quodam, an quia prævalent illicita, abhorrebat: metuebaturque, ne in stupra feminarum illustrium prorumperet, si illa libidine prohiberetur.

XIII. Sed Agrippina « libertam æmulam, nurum ancillam, » aliaque, eundem in modum, muliebriter fremere. Neque pœnitentiam filii aut satietatem opperiri: quantoque fœdiora exprobrabat, acrius accendere, donec, vi amoris subactus, exueret obsequium in matrem, Senecæque permitteret. Ex cujus familiaribus

15. *Uxore ab Octavia nobili quidem et probitatis spectatæ.* Lege *nubilique eidem et.* De nobilitate nugæ. Possis etiam *nubili pridem.* — 16. *Senecæque permitteret.* Lege *seque Senecæ.* Senecæ enim se totum ex illo permittebat Nero, non adhibita matre in partem consilii.

observabit, hic nimis crebram esse constructionem per ablativos consequentiæ. Sensit quidem Heinsius, correxitque *mulierculæ explenti*. Ego suspicarer, Tacitum scripsisse *mulierculam explere*: pro, quo minus expleret: quod ei non insolens. Sed vulgatum ferri potest. Ern.

Nurum ancillam. De *Acte* sermo, quæ liberta. Sic ap. Sall. in Fragm. Hist. 1. *Tarrula et Scyrus servi* audiunt, qui liberti.

Senecæque permitteret. Hærere me jubent libri. Nam Farnes. *seque neci permitteret.* Vatic. *seque permitteret*, addito superius, *neci*. E quibus, *seque Senecæ*, occurrebat: nisi aliud latet. Tamen de Seneca fuisse, verba subsita statim dicunt. Lips. Pichena, meo judicio, εἰς αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν τὸν κάλαμον βάψας, *Senecaque permitteret.* In re ancipiti et dubiæ interpretationis artifici brevitate defungitur, ne in alteramutram partem pronior appareat. Seneca, etsi jam ab initiis imperii Neronis unum cum Burro certamen habuisset adversus crudelitatem et superbiam Agrippinæ, semper tamen in filio aluerat debitam matri pietatem. Et, quoties ab ea se ille insolentius asperiusque tractatum doleret, quamvis instigantibus haud dubie statim assentatoribus, non permiserat eum matri diu irasci, nedum frenum mordere, sed gravibus et honestis monitis exulceratam mentem sanaverat. Nunc per ipsius impotentiam eo res erat redacta, et sic commota ferocia sævi adolescentis, ut necessario esset silendum de matre, aut expectandum, ut ipse, cum illa quateretur foras, qui solus, aut cum altero illo, in aula verum dicebat, et in posterum et ad hæc mitiganda et omnibus bonis totique reipublicæ fieret inutilis. Ergo *permisit*, hoc est, tacuit, desiit, obniti, et hac parte veri molles auriculas radere, nec retinuit palam responsantem, et, quæ adhuc

Annæus Serenus, simulatione amoris adversus eandem libertam, primas adolescentis cupidines velaverat, præbueratque nomen, ut, quæ princeps furtim mulierculæ tribuebat, *ille* palam largiretur. Tum Agrippina, versis artibus, per blandimenta juvenem adgredi, « suum potius cubiculum ac sinum » offerre, « contegendis,

clam fecerat, oculis ingerentem. Quod nec laudare voluit Tacitus, et accusantur frustra, quæ cogunt, tempora. Ideo sic transmittit. Nam, quod sequitur de Annæo Sereno, non accipiendum, quasi faverit amori Neronis Seneca contra matris voluntatem suæ gratiæ caussa : sed, quum judicaret, hunc ei ludum dandum majoris mali evitandi ergo, eo ipso, quod comparaverat personam, cujus nomine liberalitas Neronis velaretur, fovebat reverentiam matris, et filium retinebat, ut cum aliqua verecundia indulgeret ætati. Sed salubre consilium austeritas Agrippinæ et æmulatio vana irritum reddidit. Gron. Farnesiano consentit Reg. et ed. pr. Flor. *seque nece permitteret*. Agr. *seque nec ei*. Editi præter pr. omnes *Senecæque p.* nisi quod Ryckius dedit *seque Senecæ p.* quod secutus sum. *Senecæque* est mera conjectura Puteolani : *seque* cum in omnibus scriptis sit, nullo modo repudiandum. In *Senecæ* prima syllaba exciderat, ob mox præcedens *seque*. Et primæ syllabæ in propriis omissæ exemplum supra habuimus *Iochum* pro *Antiochum* c. 7. Antea Nero in potestate Agrippinæ fuerat. V. supra c. 1. Nunc se Senecæ permittit, ut ille remp. curaret, seque adjuvaret consilio, opera : illi obsequi potius cœpit, quam matri. Ern. Bud. *Seneceque permitteret*, quod retinuit Rhen. sed notavit se malle *se Senecæque p.* Non ergo est ista mera Puteolani conjectura. In margine quoque Flor. idem istud legitur. Recepere Bip. quasi absolute positum, ut ap. Ter. Adelph. 5, 9, 38., *Tibi pater permittimus*. Mihi ellipsis videtur adesse, subaudito *se*. Auribus sane gratior est lectio et Tacito digna. De re ipsa cf. Dio 61, 3. et infra 14, 1.

Annæus Serenus. Qui præfectus vigilum Neronis. Plinius 22, 47., *Fungi familias nuper interemere et tota convivia, Annæum Serenum, præfectum Neronis vigilum et tribunos et centuriones. Quæ voluptas tanta ancipitis cibi?* De hoc amico suo capiendus Seneca epist. 63. *Hæc tibi scribo, is, qui Annæum Serenum carissimum mihi tam immodice flevi, ut, quod minime velim, inter exempla sim eorum, quos dolor vicit*. Et inscripsit eidem libros suos de Tranquillitate, monumentum amoris. Lips. Mox *celaverat* ed. pr. et sic correxerat manus docta in marg. Gryph. Fortasse verum. Sed tamen et 6, 29. *culpam invidia velare* : idque h. l. melius. Ern.

Ille palam largiretur. Sine dubio corrigendum *ipse*, quia opponitur *principi*. *Princeps* largiebatur, *ipse* palam dabat. Confusionis hujus et alia exempla sunt, etiam supra notatæ. Ern.

quæ prima ætas et summa fortuna expeterent. » Quin et fatebatur « intempestivam severitatem, » et suarum opum, quæ haud procul imperatoriis aberant, copias tradebat : ut nimia nuper coercendo filio, ita rursum intemperanter demissa. Quæ mutatio neque Neronem fefellit, et proximi amicorum metuebant, orabantque, « cavere insidias mulieris, semper atrocis, tum et falsæ.» Forte illis diebus Cæsar, inspecto ornatu, quo principum conjuges ac parentes effulserant, deligit vestem et gemmas, misitque donum matri, nulla parcimonia, cum præcipua, et cupita aliis, prior deferret. Sed Agrippina, « non his instrui cultus suos, sed ceteris arceri, » proclamat, « et dividere filium, quæ cuncta ex ipsa haberet. » Nec defuere, qui in deterius referrent.

XIV. Et Nero infensus iis, quibus superbia mulieris innitebatur, demovet Pallantem cura rerum, quis a

17. *Demovet Pallantem cura.* Cod. Agric. *Demoliri Pallantem a cura rerum.* Non male. *amoliri Octaviam* 14, 59. Hist. 1, 13.

Summa fortuna. Hoc se dare jactat Rhen. (e Bud.). At ita et edd. pr. Puteol. In ed. Beroaldi irrepserat vitio operarum *forma*, quod servarat Frobenius s. Alciatus, ut cetera. Nam *fortuna* et *forma* etiam in scriptis permutantur. Ern. Similia v. ad 11, 6.

Orabantque cavere insidias. Sic e Flor. restituit Pichena pro vulgato *caveri*. Recte. Malebat idem *caveret* cum Rhenano. Frustra. Vid. ad 11, 1. *Cavere* etiam ed. pr. Guelf. Mox *domum matri* edd. vett. usque ad Rhen. et Guelf. Ern. Bud. *cavere* ..... *donum*. Infinitivi is usus frequens nostro. Sic 12, 46. *monet celerare*. 16, 11. *nuntiat abjicere*. H. 2, 46. *jubebant habere*.

Superbia muliebris. MS. Guelf. et alii ap. Broterium *ferocia mulieris*: fortasse melius. Libenter enim eo verbo utitur Tacitus, ut de Agrippina Germanici. Ern.

Demovet Pallantem cura rerum. A rationibus Claudii fuit ex Sueton. 28. et lapide, in quo sculptum: PALLANS. CAES. N. SER. ADIVTOR. A. RATIONIBVS. Lips. Mox *arbitrium* MSS. Flor. (Bud.)Guelf. nec modo Beroaldus, ut J. Gron. ait, sed ante Puteolanus, e quo ille sumpsit, post Alciatus. At ed. pr. coteræque omnes *arbitrum*. Similiter variatur H. 4, 21. ubi tamen ed. pr. *arbitrium*, Puteol. contra *arbitrum* cum Beroaldo et seqq. Utrumque eodem redit. Utrum Tacitus dederit, non dicam. Ern.

Claudio impositus, velut arbitrum regni agebat: ferebaturque, degrediente eo, magna prosequentium multitudine, non absurde dixisse: « Ire Pallantem, ut ejuraret. » Sane pepigerat Pallas, « ne cujus facti in præteritum interrogaretur, paresque rationes cum repu-

18. *Ire Pallantem, ut ejuraret.* Lege *ejurarent.* Et refer ad multitudinem, quæ abeuntem comitabatur, quasi mox renuntiaturam ejus amicitiæ. *Ejurare Pallantem*, ut *ejurare imperium, magistratum, provinciam.* Adeo fortunam plerique sequuntur, pauci nos. Exemplum et infra habemus c. 19. de Agrippina: Seneca Ep. 9., *Florentes amicorum turba circumsedet; circa eversos ingens solitudo est.* Ubi plura ad rem. Epist. 70. de Libone Druso reo: *Cum æger a senatu in lectica relatus esset non sane frequentibus exequiis (omnes enim necessarii deseruerant impie non reum sed funus), habere cœpit consilium de consciscenda morte.*

A Claudio impos. Cf. 12, 53.

Digrediente eo. MSS. Fl. (Bud.) Reg. Bodl. *degrediente.* Si intelligendum est de palatio, ut J. Gronovius censet, nec dubitare sinunt sequentia, *magna prosequentium multitudine*: verum est. Vid. ad 4, 49. Adde Hist. 3, 67. *palatio degreditur*, ubi v. Gron. Ern.

Ire Pallantem. Ambigua et obscura verba, quia et post *ire*, et post *Pallantem* interpungere licet. Quibus hoc placet, ambigunt, quid intelligendum sit. *Procurationem* quidam, ut Ryckius. Sic H. 3, 68. *ejurare imperium.* supra 12, 4. *magistratum.* Sed ita nullum acumen apparet: nec convenit sequentibus, et quorsum deponeret, quod jam ademptum erat. Aurelius putat respici ad illud, *ejurare bonam copiam*: exire Pallantem aula, ut illam prosequentium multitudinem aliis cederet: quod paullo melius puto. Inest enim faceti quid. Sed cum eo quomodo conveniunt sequentia? Nam particula *sane*, e consuetudine Taciti, indicat, rationem reddi dicti, idque confirmari. Heinsius ep. ad Græv. t. 4. Coll. Burm. p. 515. volebat corrigi *ejurarent*: idque placebat Grævio: qui tamen vulgatum defendi posse putabat, si intelligeretur *multitudinem.* Sed ille ait, p. 517. se elegantiæ caussa sic corrigere; unde clarum, eum interpungi voluisse post *ire*: ire multitudinem illam, ut Pallantem ejurarent. Qui sensus et ipse commodus est: modo ita sequentia convenirent. Sed nihil melius habeo. Ed. pr. *evitaret.* Ern. Bud. *evitaret* et in marg. ab eadem manu *al. ejuraret.* Subintelligo cum Bip. *regnum.* Bahrdt subaudiendum putat *rationes.*

Ne cujus facti. Sic ed. pr. Rhenanus, ceteri. Intermedii Puteol. Beroald. Alc. *cujusque. Interrogaretur* est rationem redderc cogeretur, ut reus fieret, ut 14, 46. Cic. pro Domo 29. Mox *ad terrorem* etiam ed. pr. non *in*: item *posthac.* Ern.

Paresque rationes. Id est, (uti jurisconsulti loquuntur) ut pariator esset, sive ἀλοίπαστος: nec reliqua ulla haberet. Sic *parem rationem facere* Seneca dixit epist. 19. et de Benef. 6, 40. item Jurisc. l. ult. D. De doli except.... l. 22. D. De manum. testam. Lips. Colum. 1, 8, 13. *nec patitur villicum paria cum ra-*

blica haberet.» Præceps post hæc Agrippina ruere ad terrorem et minas. Neque principis auribus abstinere, quo minus testaretur, «adultum jam esse Britannicum, veram dignamque stirpem suscipiendo patris imperio, quod insitus et adoptivus per injurias matris exerceret. Non abnuere se, quin cuncta infelicis domus mala patefierent, suæ in primis nuptiæ, suum veneficium. Id solum diis et sibi provisum, quod viveret privignus. Ituram cum illo in castra. Audiretur hinc Germanici filia, inde vilis rursus Burrus et exsul Seneca; trunca scilicet manu, et professoria lingua, generis humani

tionibus domini facere. Sic et ib. 11, 1, 24., *Pallas compensandis operis reip. præstitis pares cum rep. rationes faciebat.* Bip.

Ad terrorem et m. Sic Flor. Bud. et edd. vett. alii *in*.

Inde vilis rursus Burrus. Vatic. *bibil.* Suspicari possis, num *debilis*, legendum. Debilitas enim loco probri, quia et sacris olim arcebantur, et decreto Augusti etiam senatu. Sequitur autem de hoc ipso Burro, *trunca scilicet manu.* Suspectum æque τὸ *rursus*, quod hic nulli rei. Puto fuisse, *rufus*: glossema scilicet ad cognomen Afranii, Burrhus. Nam Latini Burrhum, rufum dicebant, a græco. Glossæ: *Burrhum*, ξανθὸν, πυῤῥόν. Vide Festum. Lips. Scribo: *Audiretur hinc Germanici filia; debilis rursus Burrus et exsul Seneca.* Nam, cum inveniretur *devilis*, ut solet has inter se literas permutare manus vetusta, adjecit aliquis τὸ *in*, ut esset, quod τῷ *hinc* responderet. Sed particula *rursus* ejus vice fungitur, et est idem, quod inde vel vicissim. Gron. Verum vidit Gronovius. Quod si a lectione vetere *inde vilis*, quam primam reperi apud Puteolanum, estque etiam in cod. Agric. discedendum est, et conjectura ponenda, malo ponere *debilis*, ut voluit Gron. quam *inde debilis*, ut Lipsio placuit. Nam in hac *rursus* molestum est, ut e nota Lipsii apparet. Ei incommodo occurrit Broterius, delendo *rursus*. Syllaba *de* ex conjectura repetitur. In illa nihil est incommodi. *Indebilis* MS. Flor. (Bud.) Reg. ed. pr. et inde factum *inde vilis*. *In* natum est e terminatione præcedentis verbi *filia*. Non est prætereundum, J. Gronovium e vestigiis cod. Oxon. qui habet *inde mancinus rursus*, ut Guelf. legi velle: *hinc Germanici filia et Britannicus, rursus Burrus et exul Seneca.* Ern. In cod. Bud. ex *indebilis* 2. m. fecit *inde vilis*, quod egregie respondet sequenti *exsul Seneca.* Scil. *vilis rursus* est a pristina potentia dejectus. *Debilis* et *trunca manus* tautologiam offerret insolitam Cornelio. *Inde debilis*, quod et Pichenæ placebat et Ryckio, præterea ingrato sono peccat.

Trunca scilicet manu. Agricola ad-

regimen expostulantis.» Simul intendere manus, adgerere probra, «consecratum Claudium, infernos Silanorum manes» invocare, et «tot irrita facinora.»

XV. Turbatus his Nero, et propinquo die, quo quartum decimum ætatis annum Britannicus explebat, volutare secum, modo matris violentiam, modo ipsius indolem; levi quidem experimento nuper cognitam, quo tamen favorem late quæsivisset. Festis Saturno diebus, inter alia æqualium ludicra, regnum lusu sor-

19. *Ut quidem experimento.* Forte, *futili. Futilis* Servio, *qui commissa non reticet.* Similia peccata vide 5, 4. *et quidem* cod. Agr. — 20. *Ludicra regnum lusum.* Lege *de more regnum lusu sortientium.*

notavit *tunicata manu.* a sene, an a libris? Et sane videtur mollitiam Burrho objectare et tunicas manicatas. Lips. Frustra sudat hic Marcellus. *Trunca manu* omnino respicit Burrum, et *professoria lingua* Senecam. Nec necessum, totam ut manum præcisam habuerit: sufficit digito uno aut altero captum fuisse: idque incommodum accepisse, dum in acie sternit hostem, est verisimile. Ergo id insigne virtutis non magis arcuit eum præfectura prætorii, quam claudicatio ex vulnere Sp. Carvilium dehonestavit, quem mater, quoties gradum faceret, jubebat meminisse bellicæ gloriæ; aut herniæ, quam in equo dies noctesque persedendo nactus erat, M. Servilium pœnituit. Gron. *Professoria lingua* est hominis scholastici et declamatoris. In *irrita facinora* sine caussa hærebat Rhen. Dolet, se frustra tot facinora patrasse parandæ potentiæ. Ern. Quod Lipsius de mollitia Burro objecta adfert, stare nequit. Cf. 12, 42. 13, 2. 14, 51. Marcellus ridicule *trunca manu* reddebat: sine multitudine adhærentium. *Silanorum manes*, intellige *Junii et L.* Cf. supra c. 1. In Bud. sat clare adfuit *inrita*, nec video, cur dubitarit Rhen. Displicet id verbi Bip. qui substituere parant *jurare*, quod non satis capio. Magis quoque probant Acidalii conjecturam, qui *et tot irrita facinora* e superiori loco huc recidisse conjicit, verbis *suum veneficium* subjicienda. — * V. D. de Lamalle.

Quo quartum decimum etc. Adeoque togam virilem acciperet. Vid. dicta ad 12, 41.

Ut quidem experimento cognitam. Elegans est Freinshemii conjectura *levi quidem*: quale quid sequentia desiderant. MSS. Reg. et Agric. habent quidem *quo tum*, in qua lectione non opus foret illo epitheto: sed ita totus locus fit frigidus. Freinsh. verum vidit. *Quæsivisset* est conciliasset, parasset, ut sæpe. Ern. *Levi* probat et Brot. recepere Bip. Vix dubium est, quin sit vera lectio: vocis præcedentis ultima ejus vocis primam absorpsit. Acid. conjectabat *vili.*

Inter alia æqualium ludicra. Interpretes ad illustrationem loci ad-

tientium, evenerat ea sors Neroni. Igitur ceteris diversa, nec ruborem adlatura : ubi Britannico jussit, « exsurgeret, progressusque in medium, cantum aliquem inciperet, » irrisum ex eo sperans pueri, sobrios quoque convictus, nedum temulentos, ignorantis; ille constanter exorsus est carmen, quo, « evolutum eum sede patria

21. *Ille constanter.* Malim *incunctanter.* Ann. 4, 22., *Non cunctanter pergit Tiberius in domum.* Hist. 2, 52., *ne cunctanter excepisse victoriam crederentur.* c. 86, *haud cunctanter Vespasiano accessere.*

ferunt, quæ Pollux scribit 9, 7., Βασιλίνδα, inquit, ἐστὶν, ὅταν διακληρωθέντες, ὁ μὲν Βασιλεὺς προστάττῃ τὸ πρακτέον, ὁ δὲ ὑπηρέτης εἶναι λαχὼν πανταχόθεν ἀπεκπονῇ. Magis facit Arriani locus Diss. Epicteti 1, 25., Ἐν Σατορναλίοις λέλογχε Βασιλεύς. Ἔδοξε γὰρ παῖξαι ταύτην τὴν παιδιάν. Προστάσσει, σὺ πίε, συ κέρασον, σὺ ὦσον, σὺ ἄπελθε, σὺ ἐλθέ. Ὑπακούω, ἵνα μὴ παρ' ἐμὲ λύηται ἡ παιδιά. Et maxime Luciani in Saturnalibus: Ὁρᾷς ἡλίκον τὸ ἀγαθὸν, ἔτι καὶ Βασιλέα μόνον ἐφ' ἁπάντων γενέσθαι, τῷ ἀστραγάλῳ κρατήσαντα. Ὡς μήτε ἐπιταχθείης γελοῖα ἐπιτάγματα, καὶ αὐτος ἐπιτάττειν ἔχοις, τῷ μὲν αἰσχρόν τι περὶ αὐτοῦ ἀναβοῆσαι, τῷ δὲ γυμνὸν ὀρχήσασθαι, καὶ, ἀράμενον τὴν αὐλητρίδα, τρὶς τὴν οἰκίαν περιελθεῖν. Lips. In loco Pollucis nullus sensus, lege πᾶν τὸ ταχθὲν ὑπεκπονῇ.

Regnum lusu sortientium. Eo ritu, quo regna conviviorum, id est, talo. Ex Luciani supra verbis. Flor. etiam *ludicra R. regnum:* quod valet, *Romanum.* Lips. Ed. pr adeo *Rō.* MS. Reg. Guelf. *Ro.* Agr. *Rome.* Ern. Bud. etiam *R. regnum.* Videtur valere *Romæ.* De lusu v. Hor. Ode 1, 4, 18.

Ruborem allatura. Sic MSS. Flor. (Bud.) Guelf. non, ut J. Gronovius queritur, solus Beroaldus et Aldus, sed etiam auctores cujusque, Puteolanus, Rhenanus, et imitatores Rivius, Alciatus, Gryphius. Quo auctore MS. *illatura* invectum sit in Lips. Pichenæ etc. nescio. Ed. pr. adhuc exquisitius *oblatura*, quod mihi supra librariorum captum videtur, eique sæpe substituitur *afferre* in istis formulis, in quibus et *offerre* et *afferre* rectum est, ut *mortem*, *mœrorem*, *pudorem*, *luctum* etc. V. Drakenb. ad Liv. 34, 23. et quos ibi laudat. Interea unum illum librum sequi non sum ausus, sed *allatura* edidi. Mox pro *ubi* frustra Acidalius volebat *uni.* De constructione verbi *jussit*, qua hic noster utitur, supra satis dictum ad 11, 32. Ern.

Constanter exorsus est carmen. Vetus illud ex Ennio tritum (ap. Cic. Tusc. 3, 19.) : *O pater, o patria, o Priami domus Septum altisono cardine templum*, etc. Lips. *Constanter* est sine metu et hæsitatione, prompte : quo sensu sæpe apud nostrum *constantia* dicitur. *Carmen exorsus*, est phrasis Liviana. Deinde, etsi intelligo *summisque rebus*, et supra dictum est c. 13. *summa fortuna*, tamen hic vereor, ne vera Taciti manus sit *rebusque suis.* Nam nec dixit *sede Cæsarea*, aut simile

rebusque summis » significabatur. Unde orta miseratio manifestior, quia dissimulationem nox et lascivia exemerat. Nero, intellecta invidia, odium intendit: urgentibusque Agrippinæ minis, quia nullum crimen, neque jubere cædem fratris palam audebat, occulta molitur: « pararique venenum » jubet, ministro Pollione Julio, prætoriæ cohortis tribuno, cujus cura adtinebatur damnata veneficii nomine Locusta, multa scelerum fama. Nam, ut proximus quisque Britannico neque fas neque fidem pensi haberet, olim provisum erat. Primum venenum ab ipsis educatoribus accepit, transmisitque, exsoluta alvo, parum validum, sive temperamentum inerat, ne statim sæviret. Sed Nero, lenti sceleris impatiens, minitari tribuno, jubere « supplicium veneficæ, quod, dum rumorem respiciunt, dum parant defensiones, securitatem morarentur. » Promittentibus dein « tam

22. *Exemerat.* Cod. Agric. *exemerant.* Melius.

quid, sed tantum *patria*, ut indicaret, sibi erepta sua, quæ sibi deberentur. Nam in hoc proprie injuria est, ex illo miseratio. Pro *suus* librarios interdum dedisse *summus*, docebit præter alios Drakenb. ad Liv. 5, 11. extr. Mox *jubere* pro glossa deleri vult Acidalius. Verum videtur: cum præsertim statim sequatur *jubet*. Porro Heinsius malebat: *occultam molitur*. Bene. Item *pararique* dedi e cod. Flor. quod Broterius imitatus est. Editi omnes præter J. Gron. sine copula. Voluit tamen sic edere Pichena: sed operæ non paruerunt. Ern. *Constanter*, ut ap. Justin. 1, 5. Cf. Gron. ad Agr. 27. Bud. *rebus summis* absque copula, appositive, ut Rhenano placet. Idem *occulta... parari*. In edit. Pichenæ Frf. 1607. omnino legitur *pararique*.

Pollione Julio. Puto eum esse, qui postea præf. prætorio fuit, sub Othone. Vide Plutarch. in Othone 24. Lips.

Olim provisum. Vide 12, 41.

Quod dum. Bis *dum* in ed. pr. Put. non demum in ed. Rhen. Beroald. et Alc. edd. casu, ut opinor, omisere. *Securitatem* omnes præter pr. quæ habet *securitate*. Idem voluit dare Rhenanus, sed operæ non paruere. Itaque et Aldus, Gryph. illud habent, quod verum est. Ceterum saltem esse debebat *respiciant*, *parent*. Ern. Bud. bis *dum*: item *securitate*. Rhen. id explicat *ob securitatem*.

præcipitem necem, quam si ferro urgeretur,» cubiculum Cæsaris juxta, decoquitur virus, cognitis antea venenis rapidum.

XVI. Mos habebatur, principum liberos cum ceteris idem ætatis nobilibus sedentes vesci, in adspectu propinquorum, propria et parciore mensa. Illic epulante Britannico, quia cibos potusque ejus delectus ex ministris gustu explorabat, ne omitteretur institutum, aut utriusque morte proderetur scelus, talis dolus repertus est. Innoxia adhuc ac præcalida et libata gustu potio

Urgeretur. Agr. *necaretur*, manifesta glossa.

Cognitis venenis. Nempe experimentis factis in animalibus. v. Sueton. Ner. c. 33. Ern.

Sedentes vesci. Suet. super eodem ritu, Claudii 32. *Adhibebat omni cœnæ et liberos suos cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur.* Idem in Augusto 64. de nepotibus ejus, *Neque cœnavit una, nisi in imo lecto adsiderent.* Ubi scripserim, *nisi ut imo.* Ex quibus vides, pueros sedisse ad fulcra pedesque parentum. Sedisse, dico. Spernebant enim etiam tunc accubitum a pueris, a servis: quasi luxuriæ ritum illi ætati ordinive non decorum. De servis, Plautus Sticho 5, 4, 21., *Potius in subselliis Cynice accipiemur, quam in lecto.* Ib. 3, 2, 32., *Non postulo equidem med in lecto accumbere, Scis tu med esse imi subsellii virum.* Donatus in vita Terentii: *Jussus ante Cæcilio recitare, ad cœnantem cum venisset, quod erat contemptiore vestitu, subsellio juxta lectulum residens legisse dicitur: post paucos vero versus, invitatus ut accumberet, cœnasse una.* Senecam sic accipio de Tranquillit. 2, 15. (sive de Const. Sap. 15.) *Non accipiet sapiens contumeliam, si in convivio regis recumbere infra mensam vescique cum servis, ignominiosa officia sortitis, jubebitur.* Qua contumelia a Caio Pomponius Secundus adfectus: qui cibum cum eo capit, παρὰ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ κατήμενος, ait Dio 59, 29. Scilicet quasi Vejovis illius servus. Nec alio Plutarchus respexit, cum in Convivio suo c. 10. reliquos quidem accumbentes facit, at Æsopum, qui servus, sedentem in subsellio apud Solonem. Lips. De ritu isto v. Ciacconius de triclinio p. 5, et Ursinus in append. p. 252.

Quia cibos potusque. MSS. Vett. edd. omnes: *cibus p. e. d. e. ministri gustu explorabatur;* quod vitiosum esse omnes vident. Ursinus *ex* delendum putabat. Sed pariter delendum foret *delectus*, quod ad cibum potumque non commode refertur. Hodierna lectio est e correctione Danesii, ut puto. In qua tamen *delectus ex ministris* languidius est, quam pro celebrata Taciti brevitate. Ern.

Innoxia adhuc ac præcalida. Retuli ad calidæ potionem in Electis 1, 4. et velim ei capiti addi Arriani

traditur Britannico: dein, postquam fervore adspernabatur, frigida in aqua adfunditur venenum, quod ita cunctos ejus artus pervasit, ut vox pariter et spiritus raperentur. Trepidatur a circumsedentibus, diffugiunt imprudentes. At, quibus altior intellectus, resistunt defixi, et Neronem intuentes. Ille, ut erat reclinis, et nescio similis, « solitum ita, » ait, « per comitialem morbum, quo primum ab infantia adflictaretur Britan-

23. *Ut vox pariter et spiritus ejus raperentur.* Aut dele *ejus*, nam præcessit, aut lege *præclusi* vel *elusi*. 15, 64., *hausit frustra, clauso corpore adversus vim venen.* Livius 22., *Inventi sunt quidam mersis in effossam terram capitibus, quos interclusisse sibi spiritum apparebat.* — 24. *Resistunt defixi.* An *restant?* sed tantumdem est.

locum 1, 13., Ὅταν δὲ θερμὸν αἰτήσαντός σου μὴ ὑπακούσῃ ὁ παῖς, ἢ ὑπακούσας χλιαρώτερον ἐνέγκῃ, ἢ μηδ' οὑρεθῇ ἐν τῇ οἰκίᾳ, τὸ μὲν χαλεπαίνειν, μηδὲ ῥήγνυσθαι, οὐκ ἔστιν ἀρεστὸν τοῖς θεοῖς; qui simillimus illi Senecæ, quem adduxi, de Ira 2, 25. Ceterum ex hac potione gustasse etiam Titus credebatur *Britannicum juxta cubans*, ait Suet. Titi c. 2. Miror, cur *cubans* scripserit: nam ille vero *sedit*, ut hic in Tacito, cum Britannico scilicet *simul, ac paribus disciplinis, et apud eosdem magistros institutus*, ut ipse Suetonius ibi scripsit. Nec probabile, in pari ætate, Titum supra dominum honore affectum. Sed exciderit hoc Suetonio, pro vulgato more scribenti. Lips.

Frigida in aqua. Ita factum et Alexandro, ab eadem caussa et cautione. Justinus 12, 14., *In qua frigida venenum habuerunt, quam prægustatæ jam potioni supermiserunt.* Est error hac in re, opinor, Æliani in Hist. Anim. 5, 29. qui diserte vult, venenum ei in cibo datum, non potu. Μυρίοι γ' οὖν, inquit, καὶ πίνοντες τι καλὸν κατίδιον, ὡς Ἀλέξανδρος, καὶ ἰσθίοντες, ὡς Κλαύδιος ὁ Ῥωμαῖος καὶ Βριτανικὸς, ὁ τούτου παῖς. Atqui de potu et Tacitus et Suetonius adfirmant. Lips. *Affunditur* MS. Flor. ed. pr. quamquam ibi est *eff.* vitiose pro *aff.* Rhen. et seqq. At Puteol. cum sequacibus, Beroaldo et Alc. *infunditur*. Mox MS. reg. delet *ejus* post *spiritus*. Recte. Repetitum est temere e præcedentibus. Ern. Rhen. e Bud. *affunditur*. Ut 6, 28. H. 5, 23. Idem habet *vox ejus par. et sp. r.*

Trepidatur a circumsedentibus. Sic vett. edd. ante Rhenanum omnes: quod cur ab eo in *trepidatum* mutaretur, nulla gravis satis caussa erat. Et tamen omnes postea id secuti sunt. Ern. *Trepidatum* e Bud.

Quo primum ab infantia afflictaretur Britannicus. Primum corruptum esse omnes vident. Utrum corrigendum sit *prima*, cum Acidalio, an *plurimum* cum Freinshemio, non pro certo dicam. Illud consuetudini loquendi convenientius videtur. *Primum* et *plurimum* etiam alibi in MSS.

nicus, et redituros paullatim visus sensusque. » At Agrippinæ is pavor, ea consternatio mentis, quamvis vultu premeretur, emicuit, ut, perinde ignaram fuisse ac sororem Britannici Octaviam, constiterit. Quippe sibi supremum auxilium creptum, et parricidii exemplum intelligebat. Octavia quoque, quamvis rudibus annis, dolorem, caritatem, omnis adfectus abscondere didicerat. Ita post breve silentium, repetita convivii lætitia.

XVII. Nox eadem necem Britannici et rogum con-

confunduntur, ut ap. Liv. 5, 37., *Plurimum* pro sæpe dicitur. *Britannicus* sane supervacuum est; unde deleri volebat Muretus. (et Acid.) Sed, quia hæc nominis proprii redundantia jam aliquot locis observata est, incipio vereri, ne Tacitus ejus auctor sit. Ern. *Prima* habet cod. Agr.

Is pavor emicuit. An *eminuit?* id enim est verbum proprium de animi motibus vultu se prodeptibus, quamvis premantur. V. præter alios Oudend. ad Suet. Cal. 15. *Emicare* vix conveniat consternationi et terrori. Et confunduntur ista verba in libris. In loco etiam Cic. ap. Quintil. 9, 2, 40. in multis est *emicabat*, cum ap. Ciceron. sit *eminebat*. Ern.

Ac sororem B. O. Hoc ordine dedimus ex ed. pr. quamquam ibi omissum *ac*. Vulgo inde a Puteol. *Ac Octaviam. sor. Br.* Illum ordinem meliorem esse, primum per se, tum, ne *ac* durius cum vocali concurrat, facile apparet. Ita non opus conjectura Faerni *atque*. Broterius mallet deleri *Octaviam*. Ern.

Parricidii exemplum intelligebat. Scylla Ovidio Met. 8, 116., *Cives odere merentem, Finitimi exemplum metuunt.* Seneca Troad. 241. *Suique victor operis exemplum horruit, Didicitque Achilles et dea natos mori.* Gron.

Octavia quoque. Scribe, *Octaviæ*. Is pavor videlicet fuit. Lips. Dura conjectura. Ern.

Ita post breve silentium. Tale Statii Theb. 2, 262., *In regem conversi omnes formidine prima: Mox audisse negant.* Gron. Mox ed. pr. *communi* pro *convivii*. Quod confirmat lectionem a nobis Suetonio redditam in Ner. 38. ubi vulgo *sermone communi*: nos ex Cortianis Exc. dedimus *sermone convivii*: quod etiam e cod. Vindob. profert Oudend. sed pro glossa τοῦ *communi* habet. An hic quoque *convivii* est glossa ejus verbi? Ern.

Nox eadem. Miror ergo, quomodo vera, quæ Græci tradiderunt, Britannici corpus gypso multo oblitum a Nerone fuisse, ne livor appareret e veneno: sed pluviam coortam eluisse gypsum, dum cadaver per forum effertur, omniumque oculis scelus subjecisse. Hæc Zonaras 11, 12. hæc Dio 61, 7. Scite, sed parum vere: ut Taciti quidem narratio est. Nam hæc omnia operire nox potuit. Lips.

junxit, proviso ante funebri paratu, qui modicus fuit. In campo tamen Martis sepultus est, adeo turbidis imbribus, ut vulgus iram deum portendi crediderit adversus facinus, cui plerique etiam hominum ignoscebant, antiquas fratrum discordias et insociabile regnum æstimantes. Tradunt plerique eorum temporum scriptores,

25. *Cui plerique etiam hominum ignoscebant.* Non capio. Sed vide Gronovium. Malo *plerique tamen.*

Mox *paratu*, quod in MS. Flor. habet etiam ed. pr. Idem Rhenanus (e Bud.) edere voluit, sed operæ non paruerunt; itaque in sequentibus mansit *apparatu*, usque ad Pichenam. Etiam supra ista verba confusa vidimus. Ern.

In campo tamen Martis sepultus. Non tamen ibi combustus: sed reliquiæ ejus in urna illatæ, ut opinor, monumento Augusti. Lips. *Martis* ex Flor. edidit Pichena. vulgo, *Martio.* Sic et c. 31. Ern.

Cui plerique ignoscebant. Omnino *ignoscebant*, non *ingemiscebant*, ut vult Acidalius. Philo περὶ πρεσβείας, p. 1001. Ἀπιστοῦντες, εἰ οὕτως ἀθρόως ἀνδίκως τροπὴν, ὁ πρὸ μικροῦ χρηστὸς καὶ φιλάνθρωπος, ἴσός τε καὶ κοσμιστικὸς εἶναι νομισθεὶς Γάϊος, ἀπολογίας ἐσκόπουν. καὶ διερευνῶντες εὗρισκον. ἐπὶ μὲν τῷ ἀνεψιῷ καὶ συγκληρονόμῳ τοιαῦτα φάσκοντες, ἀποικάνητον ἀρχὴν, δεσμὸς φύσεως ἀκίνητος· οὗτος δὲ παθεῖν ἐμέλλησεν ἂν ὑπ' ἀδυνατωτέρου, προέθηκεν ἰσχυρότερος ἄν. ἄμυνα τοῦτ' ἐστιν, οὐκ ἀνδροφονία. τάχα δὲ καὶ προνοητικῶς ὑπ' ὠφελείᾳ τοῦ σύμπαντος ἀνθρώπων γένους τὸ μειράκιον ἐκποδὼν γεγένηται, τῶν μὲν τοῦτῳ, τῶν δὲ ἐκείνῳ προσκεκληρωμένων. ἐξ ὧν ταραχαὶ, ἐμφύλιοί τε καὶ ξενικοὶ πόλεμοι συνίστανται etc. Sic enim legendum, ubi editur: ἀμύνατο, τουτέστιν οὐκ ἀνδροφονία. Gron. *Etiam* abest a Guelf. Ern.

Insociabile regnum æstimantes. I. e. cogitantes, reputantes. Atque ita Puteol. Beroald. Alc. Sed Rhen. et Pichena e Fl. cod. edidere *existimantes*, decepti scriptura *extimantes*, quæ est etiam in cod. Agr. Guelf. et ed. pr. Puteolanus recte legit et edidit *estimantes:* nam *x* pro *s* scribi in vett. libris et edi, ante monuimus ad c. 6. et *extimare* pro *æstimare* olim scriptum esse, etiam Gesnerus monet in Thes. L. L. et sic est in ed. pr. 15, 2. *a diis extimatur.* Add. ad H. 1, 14. Alioqui non ignoro, *extimare* fere scribi pro *existimare*, et huic verbo alieno sæpe loco substitui *æstimare*, de quo pleni criticorum libri, quos laudat Drakenb. ad Liv. 34, 2. Sic *existimare* recte defenditur, ubi de judicio sermo est, quamquam etiam ibi *æstimare* defendit Cortius ad Sallustium, non dicam, quam bene: non, ubi cogitandi, reputandi significatio requiritur, ut h. l. Ignoscebant, qui reputabant antiquas discordias, quæ inter fratres illos fuissent, et regni societatem nullam esse posse: quod sane non est *existimare.* De insociabili regno sententia sumpta e Livio 1, 14., *Infida regni societas.* Ern. Bud. habet totidem literis *existimantes.*

« crebris ante exitium diebus, illusum isse pueritiæ Britannici Neronem : » ut jam non præmatura, neque sæva mors videri queat, quamvis inter sacra mensæ, ne tempore quidem ad complexum sorori dato, ante oculos inimici properata sit, in illum supremum Claudiorum sanguinem, stupro prius quam veneno pollutum. Festinationem exsequiarum edicto Cæsar defendit, a majoribus institutum referens, « subtrahere oculis acerba funera, neque laudationibus aut pompa detinere. Ceterum et sibi, amisso fratris auxilio, reliquas spes in republica sitas : et tanto magis fovendum patribus populoque

chena e Flor. dedit *extimantes*, additque *vulgo* (male scil.) *existimantes*. Neuter ergo deceptus.

Illusisse. Prisci aliquot, *illusum esse*. scribe, *isse*. *Ludere* autem et *illudere*, in re Veneris usurpant : sed hoc fere in fœda. Suet. Tib. 45. *Feminarum capitibus illudere*. (—* et Cæs. 22. *insultare capitibus*.) Lips. Kh. *Illusum esse* MSS. Flor. (Bud.) Reg. Agr. Guelf. etc. edd. pr. et ceteræ ante Rhen. e cujus correctione editum est *illusisse* usque ad J. F. Gron. qui Lipsii conjecturam recepit. Salmasium, qui *illusum esse* active capit, refellit Ryckius. Si *illusisse* libris scriptis adjuvaretur, sane præferrem : nunc sequar Gronovii exemplum. Alias *isse illusum* proprie est tentasse, instituisse illudere, omninoque conatum alicujus rei indicat magis quam effectum : ut 4, 73. *nec ultum iit* est *nec tentavit ulcisci*. Sed videtur h. l. *ire* dictum, ut in rebus amatoriis solet : *ire ad famosas, ad meretrices*. Gell. 3, 2. extr. *mulier, quæ ante d. IV. Kal. J. usurpatum isset* : i. e ad virum, ut usurparetur : sic h. l. isse ad Britannicum, ut ejus pueritiæ illuderet : intelligendumque cum effectu, ut ibi. Ern.

Ad complexum sorori. Sic omnes edd. nec e MSS. varietatem notatam reperi. Sola ed. princ. *sororum* : quod non spreverim. Nam et altera soror *Antonia* erat, quamvis non ὁμογάστριος, eaque adhuc viva. Mox *id a majoribus institutum* omnes libri. At ego non dubito, quin τὸ *id* natum sit e finali præcedentis verbi. Plane enim non friget modo, sed legibus dicendi repugnat. Sequi enim deberet *ut*. Itaque delevi. Ern. Modius in novant. ep. 99. legit *sororium*, quod probant Bip.

Subtrahere oculis acerba funera. Nota ritum. Acerba enim et immatura funera, quæ intra tirocinii diem, pompa funebri aut laudatione non dignata. Vide me ad Senecæ de Brevit. vitæ c. ult. Lips. Mox ed. pr. *neque laudationibus retinere*. Ern. Bud. *neque laud. aut pompam detinere preces effundere*. Hoc Rhen. putat emendandum : *præceps effundere* scil. funus e sandapila aut loculo.

principem, qui unus superesset e familia, summum ad fastigium genita. » Exin largitione potissimos amicorum auxit.

XVIII. Nec defuere, qui arguerent viros gravitatem adseverantes, « quod domos, villas, id temporis, quasi prædam divisissent. » Alii necessitatem adhibitam credebant a principe, sceleris sibi conscio et veniam sperante, si largitionibus validissimum quemque obstrinxisset. At matris ira nulla munificentia leniri, sed amplecti Octaviam : crebra cum amicis secreta habere : super ingenitam avaritiam, undique pecunias, quasi in subsidium, corripere, tribunos et centuriones comiter excipere : nomina et virtutes nobilium, qui etiam tum supererant, in honore habere; quasi quæreret ducem et partes. Cognitum id Neroni, « excubiasque militares, » quæ, ut conjugi imperatoris olim, tum et ut matri ser-

26. *Nec defuerunt. Defuere* cod. Agric. — 27. *Conjugi imperatoris olim.* Sic Lipsius, aliter scripti. *Imperatoris solitum et* cod. Agric. Forte *imperatoris solitæ, tum et ut matri. Solita regibus* Hist. 5, 8. *Solita inertia* Germ. 45. *solita alimenta* 4, 60. Sic *sueta bello, servitio, armis, regibus,* et similia noster. *alendis liberis sueti.* Ann. 14, 27.

Viros gravitatem asseverantes. In Senecam et Burrum criminatio spectat. Quam deluit tamen leviter ipse Tacitus, Senecæ ubique volens et amicus : aliter quam ille Bithynus, qui inimicitias cum Seneca indictas exercet, et ex professo. Lips. Dedi *defuere* ex Flor. ed. pr. *Domos, villas* pro *villasque* ex iisdem et MS. Agr. Guelf. *prædam* ex iisdem et MS. Reg. cum Ryckio et J. Gronovio pro *prædas. Asseverare* h. l. est præ se ferre. Ern. Bud. *defuere.... domos villas... predam.*

In subsidium corripiens. Vel *corripere.* Lips. Recte. Ern. Recepi cum Bip.

Quæ ut conjugi imperatoris. Emendavi verissime : *quæ ut conjugi imperatoris olim, tum.* Jampridem, inquit, excubiæ Agrippinæ : Claudio quidem vivo, ut conjugi principis : Nerone imperante, ut matri. Lips. Omnes MSS. ap. Ryckium et Guelf. *solitum ut.* nisi quod Agr. *et matri :* unde Ryckius rescripsit *quæ, ut conjugi imperatoris solitum, et matri servabantur,* ut Faerno placuerat, quod secutus est etiam Broterius, qui et in MSS. reperit *et ut.* Ego malim cum J. Gronovio *ut* retinere et lectionem MSS. sequi, bonam illam et intelligendam, etsi duriusculam, quam conjecturam Lip-

vabantur, «et Germanos,» super eundem honorem, custodes additos, «degredi» jubet. Ac, ne cœtu salutantium frequentaretur, separat domum, matremque transfert in eam, quæ Antoniæ fuerat: quotiens ipse

sii recipere, quam nec ipse in textum recepit. Hæsitatio orta est ex eo, quod in edd. esset vox divulsa *soli tum*. In ed. pr. est *soli cum ut matri*, sed in eo libro non semel ultima *tum* divellitur, et in *cum* mutatur. Puteolanus cœpit edere *et ut matri*, quod omnes secuti sunt. ERN. Sequor Lipsium et Pichenam. Bud. habet *soli tum ut*, sed 2. m. τὸ *ut* vertit in *ita*, quod ferri posse judicant Bip. Lall. *solitum et*.

Germanos super eundem honorem. Duplex ergo custodia Agrippinæ, uti et principi ipsi: prætoriani milites germanique. Suet. 34. *Abductaque militum et Germanorum statione, contubernio quoque ac palatio expulit.* Jampridem vero Germanis habitus is honos: et ante eos Hispanis. Nam Julius Cæsar Hispanorum cohortem habuerat custodiæ suæ. Sueton. in Jul. 86. et Calagurritanorum manum Augustus, Sueton. 49. Sed ii dimissi: et eorum vicem allecti Germani. Quos ipsos metu aliquo et suspicione ob Vari cladem (Sueton. l. c.) dimiserat; sed mox, ut opinor, recepit Augustus. Habuit certe eos inter initia principatus Tiberius, ex Tacito 1, 24., *Robora Germanorum, qui tum custodes imperatori aderant.* Aliique ad Galbam usque, *qui cohortem Germanorum, olim a Cæsaribus ad custodium corporis institutam atque multis experimentis fidelissimam, dissolvit.* (Cf. Suet. 12.) Sed et post eum iterum recepta, uti clarum ex historia inferiore. Immo et externi reges vitam suam commisere istis. De Herode quidem (apud Joseph. 17, 8.) lego Judææ, habuisse eum in satellitio Germanos. Faveo tibi, pugnacissima et fidelissima gens, faveo hanc laudem, quæ tamen propria quodammodo Batavorum. Uti enim hodie Helvetii, sic illi olim eximii visi ad hoc munus. Itaque indiscriminatim modo Batavi ii custodes appellati, modo Germani. Batavos Suet. Cal. 43. nominat, Plutarchus in Othone, Dio apertissime 55, 24. Ex cujus verbis etiam disces, equites pedites que in hac manu fuisse. Sicut et in Constitutione Hadriani inter Vexillationes Palatinas Batavos equites seniores junioresque recensitos reperies. Ad hos non dubie custodes illa Arriani spectant de oblongis gladiis, quorum et nunc Germanæ genti usus, Dissert. 4, 7., Δείκνυό μοι τὰς μαχαίρας τῶν δορυφόρων. ἰδοὺ, ἀλικαί εἰσι, καὶ πῶς ὀξεῖαι; τί οὖν ποιοῦσιν αἱ μεγάλαι αὗται μάχαιραι καὶ ὀξεῖαι; ἀποκτιννύουσι. Reperio et Frisios in hoc numero, vicinos scilicet Batavis ingenio situque. Lapis Interamnæ (ap. Grut. p. 600.) HILARIVS. NERONIS. CÆSARIS. CORPORIS. CVSTOS. NATIONE. FRISIO. LIPS. Mox *degredi* pro *digredi* legendum sc. de statione. Vid. dicta ad c. 14. et 54. Sic *statio cohortis demoveri* dicitur c. 24. certe, cum abeunt custodia et statione milites, *degrediuntur*. Itaque sic correxi. ERN.

Antoniæ. Majoris, ut opinor, quæ avia Neronis. ERN.

illuc ventitaret, septus turba centurionum, et post breve osculum digrediens.

XIX. Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quam fama potentiæ, non sua vi nixa. Statim relictum Agrippinæ limen. Nemo solari, nemo adire, præter paucas feminas, amore an odio, incertum. Ex quibus erat Junia Silana, quam matrimonio C. Silii a Messallina depulsam, supra retuli. Insignis genere, forma, lascivia, et Agrippinæ diu percara: mox occultis inter eas offensionibus, quia Sextium Africanum, nobilem juvenem, a nuptiis Silanæ deterruerat Agrippina, «impudicam et vergentem annis» dictitans; non ut Africa-

28. *Diu percara. Præcara* cod. Agr.

Non sua vi n. Omnes vett. edd. MS. Guelf. (et Bud.) *nixa:* quod sine caussa ac tacite mutatum est in *nixæ* in Lips. ed. forte non a Lipsio: monuisset enim. At hinc in omnes alias venit. Mox *amore an odio incertas.* MS. Bud. et ed. pr. *Incertum* verum. Idem *Julia* omnes vett. vitiose. Nam *Silani* sunt e *Juniis*, et *Junia* dicta est 11, 12. Ern.

Supra retuli. 11, 12. Credo, sororem esse Marci Luciique Silanorum. Lips. Contra, ex mente Reinesii et Ryckii, filia fuit M. Junii Silani, CS. a. 772. de quo ad 2, 59. 13, 1. soror Juniæ Claudillæ, prioris conjugis Claudii imp.

Forma, lascivia. Romana vetus editio, *forma, lascivia*, non displicet. Lips. MSS. Flor. Guelf. ed. pr. et veteres omnes ad Rhen. ed. in qua *forma lasciva* videtur esse vitium operarum, quod Aldus ceterique fideliter, ut alia, expresserunt. Pichena *lascivia* restituit. Mox MS. Guelf. *præcara*, sed scriptum *precara*. Laudatur hoc verbum e Ter. Phorm. 3, 3, 25. sed ibi libri meliores *perc.* exhibent. Itaque de hoc verbo adhuc dubitandum videtur. Ern. *Forma lasciva* ap. Rhen. non est vitium operarum; e Bud. desumpsit, et sic se emendare profitetur. Male. Mox Bud. *percara.*

Sextium Africanum. Scribe, *Sex.* ut prænomen sit 14, 46., *Census per Gallias a Q. Volusio et Sex. Africano Trebellioque Maximo acti sunt, æmulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano.* Nobilitatem hanc Africani repetendam arbitror a Julo Antonio, Marcellæ marito, cui cognomen Africano. Ei filius L. Antonius 4, 44. supra: et hic, ut opinor, nepos. Lips. Frustra: ut bene docet Ryckius. Ern. T. Sextius Africanus occurrit in fragm. Fratrum Arvalium ap. Grut. p. 119. et ap. Phlegontem Mirab. 25. Cf. et Spanh. de Præst. NN. Diss. 10. t. 2, p. 65.

num sibi seponeret, sed ne opibus et orbitate Silanæ maritus potiretur. Illa, spe ultionis oblata, parat adcusatores ex clientibus suis, Iturium et Calvisium, non vetera et sæpius jam audita deferens, « quod Britannici mortem lugeret, aut Octaviæ injurias evulgaret; » sed, « destinavisse eam, Rubellium Plautum, per maternam originem pari ac Nero gradu a D. Augusto, ad res novas extollere; conjugioque ejus et jam imperio remp.

29. *Ex clientibus suis. Clientulos* cod. Agric. lege *clientelis. Clientelæ* sæpe pro *clientibus*. Sic *servitia, matrimonia, obsidia* pro *obsidibus* infra. — 30. *Et sæpius jam audita deferens. Differens* cod. Flor. Lege *disserens*, infra c. 21. in fine. Sic passim noster. Mox scribo *pari ac Neronem gradu. Ac Nero* vix latinum est. V. Gronov. c. 55., *quasque vacuas, eas publicas esse.* — 31. *Conjugioque ejus etiam imperio.* Omnino legendum *conjugio fretam et suetam imperio.* Vide indicem in *suescere.* Infra c. 42., *studiis inertibus et juvenum imperitiæ suetum.* Vel *assuetam.* Just.

Ne opibus et orbitate Sil. Explicari et ferri posse scio: sed tamen non celabo, mihi in mentem venisse *ne opibus ex orbitate s. m. potiretur.* Ern.

Spe ultionis obl. Caussa addunt vett. omnes inde a Puteolano: quod Faernus corrigebat *casu*. Quorum librorum auctoritate sublatum sit, non reperio. Ego non reperi in ed. pr. in qua corrupte *speculationes* pro *spe ultionis* ut in Guelf. qui tamen et ipse *caussa* habet. Ern. Bud. *speculationis caussa oblata.*

Iturium. Verius, *Titurium*, atque ita scribunt libri veteres 14, 12. Simile mendum ad Q. Fratrem 3, 7., *Ad Labienum et ad Ligurium literas dabo.* Malim, *Titurium*, qui in Cæsaris legatis. Lips. Mox cod. Fl. *differens.* Ceterum v. Interp. ad Valer. Fl. 1, 753. Ern. Bud. a 1. m. *differens*, a 2. *deferens.*

Rubellium Plautum. Recte *Plautum.* Noster 14, 22., *Et omnium ore Rubellius Plautus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Julia familia.* Iterum 57. *Compertoque Plautum et Syllam maxime timeri.* 16, 10., *Interfectum esse Rubellium Plautum, generum L. Veteris.* Græcisque constanter semper Πλαῦτος. Ubi ergo frons, *Plancus* aut *Blandus* substituentium? At enim pater illi fuit Rubellius Blandus. Homo inconspecte, an nescis plerosque filiorum cognomine a patribus diversos fuisse hoc ævo? Taciti una aut altera pagina tibi testis. In Juvenali ergo corrige Sat. 8, 39 ... *tecum est mihi sermo, Rubelli Plaute, tumes alto Drusorum sanguine.* Suetonius, qui A. Plancium quemdam juvenem nominat, non tibi imponet: alius est ab isto, ut dicam 14, 59. ubi de morte hujus Plauti. Quod ait Tacitus, pari eum gradu a D. Augusto fuisse ac Neronem, id clarum. Rubellius Blandus maritus Juliæ Drusi filiæ fuit, ex iis genitus hic Rubellius Plautus. Tabulam nostram adi. Lips. Tangit Torrentii notam ad Suet. Ner. 35. quem excusat Ryckius ad h. l. Ern. V. et 16, 10.

Conjugioque ejus etiam imperio

rursus invadere.» Hæc Iturius et Calvisius Atimeto, Domitiæ, Neronis amitæ, liberto, aperiunt. Qui, lætus oblatis (quippe inter Agrippinam et Domitiam infensa æmulatio exercebatur) Paridem histrionem, libertum et ipsum Domitiæ, impulit, « ire propere, crimenque atrociter deferre. »

XX. Provecta nox erat, et Neroni per vinolentiam trahebatur; cum ingreditur Paris, solitus alioquin id temporis luxus principis intendere. Sed tunc compositus

31, 1., *Negantes, eum æquo animo sub legibus vivere, assuetum imperio.* Ubi vide Berneggerum. Flor. *etiam perio*: unde perperam etiam Pichena *etiam pacto*. Cod. Agr. *etiam imperium et rempubl.*

remp. rursus invadere. Faernus legebat: *Conjugio ejus etiam imperium rursus*. Ursinus vero: *Conjugioque petito remp. rursus invadere*. Et sic fere Muretus, qui tamen relinquit *ejus etiam*. Pichena *pacto*: quo verbo sæpe utitur in hac re Tacitus. Sed in hac lectione friget *etiam*. In MSS. est vel *perio*, ut in Fl. et Reg. vel *potiri ac*, ut in Oxon. Guelf. vel *imperium*, ut in Agr. Vulg. est in omnibus edd. J. Gronovius corrigit: *conjugioque ejus clam petito*. Lenissimum est J. Fr. Gron. in Obs. 1, 22. p. 171. *conjugioque ejus, et jam imperio*, i. e. mox vel statim. Ern. Bud. habebat *imperio*, ex quo 2. m. fecit *potiri*. Emendatio Gron. vix dubia esse potest. Hill. Rac. 37. legit: *conjugioque ejus etiam imperium potiri ac R. inv.*

Atimeto, Domitiæ. Ætas non abnuit, quin sit ille libertus, de quo hodie inscriptio in ædibus Cæsiorum (ap. Grut. p. 607.) ATIMETVS. PAMPHILI. TI. CÆSARIS. AVG. L. L. ANTEROTIANVS. cum carmine romano græcoque, in mortem Homonœæ conjugis. E domo enim Pamphili Tiberiani liberti transire ad hanc Domitiam potuit. De eodem fortasse Scribonii Largi locus est, sed vitiatus, §. 119. *Cassii medici*, inquit, *colice bona, multis nota propter effectus, vera hæc est: ut ab ejus servo Atimeto accepi, legato Tiberii Cæsaris*. Quomodo enim servus legatus Cæsaris sit? Scribam, *legato Tiberio Cæsari*. hac mente, ut a Cassio moriente legatum relictus sit Tiberio. Lips.

Atrociter deferre. H. e. tempore et modo, quo maxime commoveret Neronis animum. Sic apud Ciceronem, *atroces literæ*. Ern.

Lusus principis intendere. Nec male, *luxus*. Lips. *Lusus* edidit Rhen. e cod. ut puto Bud. quod secuti sunt omnes, usque ad Pichenam. Ante Rhen. omnes *luxus*. Ea res me in hac voce non movet, propter ea, quæ dixi ad c. 6. et quod sæpe hæ literæ in MSS. confusæ. Deinde *lusum intendere* convenit histrioni, non *luxum int.* Porro *lusus* opponitur *mœstitiæ et terrori*, non *luxus*. Non autem intelligendus lusus puerilis, ut Pichena

ad mæstitiam, expositoque indicii ordine, ita audientem exterret, ut non tantum matrem Plautumque interficere, sed Burrum etiam demovere præfectura destinaret, tanquam Agrippinæ gratia provectum et vicem reddentem. Fabius Rusticus auctor est, « scriptos esse ad Cæcinam Tuscum codicillos, mandata ei prætoriarum

putabat, sed lætitia convivantium, comessantium, quæ augebatur ab histrionibus, scurris, aretalogis, et similibus. Opponuntur lusus et seria. Lusus est, quicquid fit voluptatis atque hilaritatis caussa, etiam Venus, ut sæpe docuere viri docti. Histrio facit, ut hilariores sint homines, non ut luxuriosiores. Si dixisset *luxus exhilarare*, nihil dubitarem. Similiter ap. Livium 1, 5. pro *per lusum et lasciviam*, multi *luxum*, ubi v. Gron. et Drakenb. Idem 40, 13. *tempus lusus, convivii et comessationis*. Adde c. 24. init. Ern. Eud. habet *luxus*, quod Rhen. mutavit ex ingenio. Bip. recepere *luxus*, pro epularum lætitia, quod placet.

Fabius Rusticus. Historias eorum temporum scripsit: de quo elogium nostri, in Agr. 10. *Livius veterum, Fabius Rusticus recentium, eloquentissimi scriptores*. Lips.

Ad Cæcinam Tuscum codicillos. Bene et ad ritum ejus ævi, codicillos. Nam officia omnia administrationesque dari a principe moris in codicillis. Tacitus in Agr. 40. *Credidere plerique missum e secretioribus ministeriis libertum codicillos, quibus ei Syria dabatur, tulisse*. Sidonius Ep. 1, 11., *Vacante aula turbataque repub., solus inventus est, qui ad Gallias administrandas fascibus prius, quam codicillis, ausus accingi*, etc. Ingerit idem non conniventi lectori Suet. Claud. 29. *Suppositos, aut etiam palam immutatos, datorum officiorum codicillos*. Et Arrian. Dissert. 3, 7., Ἀλλὰ καὶ κριτὴς εἶμι τῶν Ἑλλήνων. Οἶδας κρίνειν, τί σε ἐποίησεν εἰδέναι; Καίσαρ μοι κωδίκελλον ἔγραψε. Γράψατε σοι, ἵνα κρίνῃς περὶ τῶν μουσικῶν, καὶ τί σοι ὄφελος; Zeno imp. l. 1. C. t. 49. Ut omnes judices: *Aut codicilli alterius administrationis oblati*. et l. 12. C. De Dignitat. *Judices, qui se furtis et sceleribus fuerint maculasse convicti, ablatis codicillorum insignibus et honore exuti*, etc. Lampridium vere interpretemur ex istis, in Alexandro 49. *Pontificatus et quindecimviratus et auguratus codicillares fecit, ita ut in senatum allegerentur*. Codicillares, id est, tribuit eos ipse per codicillos: cum antea cooptari a collegis, partim a plebe, solerent. De hisdem codicillis interpretor Suetonii locum Tib. 42. *Alteri Syriam provinciam, alteri præfecturam urbis confestim detulit; codicillis quoque jocundissimos et omnium horarum amicos professus*. Cæcina Tuscus, quem hic nominat, est ille, qui postea præf. Ægypti a Nerone relegatus est. Suet. 35. *Tuscum nutricis filium relegavit, quod in procuratione Ægypti balneis in adventum suum exstructis, lavisset*. Dionem corrige 63, 18., Τί δῆ, ὅτι καὶ Κίννα Τοῦσκον ὑπερώρισεν, ὅτι τῆς Αἰγύπτου ἄρχων ἐλούσατο ἐν τῷ βαλανείῳ, ὃ ἐκείνῳ, ὡς καὶ εἰς τὴν Ἀλεξανδρίαν

cohortium cura : sed ope Senecæ dignationem Burro retentam. » Plinius et Cluvius, nihil dubitatum de fide præfecti, referunt. Sane Fabius inclinat ad laudes Senecæ, cujus amicitia floruit. Nos consensum auctorum secuti, quæ diversa prodiderint, sub nominibus ipsorum trademus. Nero trepidus, et interficiendæ matris avidus, non prius differri potuit, quam Burrus necem ejus pro-

ἔξοντι ἐποιήθη; et scribe, τί δὲ ὅτι Καικίναν. Superfuit tamen Neroni, et nominat iterum noster H. 3, 38., *Apud Cæcinam Tuscum epulari multos, præcipuum honore Junium Blæsum, nuntiatur.* Lips.

Plinius. In libris Historiarum, quos a fine Aufidii Bassi composuit triginta et unum. Ipse in præf. ad Titum: *Nos quidem omnes, patrem, te, fratremque diximus opere justo : temporum nostrorum historiam orsi a fine Aufidii Bassi.* Eosdem libros intelligit, 2, 85., *Nec minus mirum ostentum et nostra cognovit ætas, anno Neronis principis supremo, sicut in rebus ejus exposuimus.* Et 106. *Amnes retro fluere et nostra vidit ætas, Neronis principis supremis, sicut in rebus ejus retulimus.* Credo autem, scripsisse Aufidium a bellis civilibus ad res Claudii aut paullum infra. Certe vixit ea ætate, et viri optimi (ita appellat) constantiam in lenta morte Seneca describit epist. 30. Citantur bina ejus fragmenta in Suasoria 7. pro Cicerone. Lips.

Cluvius. Non *Clivius.* Est Cluvius ille Rufus, vir consularis, qui hujus inferiorisque ætatis historiam scripsit. Plinius ep. 9. 19., *Ita secum aliquando Cluvium locutum, scis, Virgini, quæ historiæ fides deheatur : proinde, si quid in historiis meis legis aliter ac velles, rogo ignoscas.* Emenda Plutarchum in Othone, apud quem sub initium male Κλαύδιος Ῥοῦφος scriptum et versum. Nominat aliquotiens noster ut 14, 2. et Sueton. Ner. 21. Lips. *Clivius* omnes vett. edd. Ern.

Nos consensum. Omnes edd. sequuntur lectionem inductam a Puteolano: *n. c. a. secuturi quæ diversa prodiderint, s. n. i. trademus.* At primum MS. reg. ed. pr. *secuti*, sicque correxerat vir doctus in margine Gryph. idque haud dubie verum. Nam jam tradidit, in quibus auctores hactenus consensere. Et apud Livium, nostrum, aliosque in talibus locis perfectum reperitur. Sed *trademus* fecit ut futurum poneretur. Post omnes scripti (in his Bud.) et ed. pr. *qui diversa pr.* quod recte correctum *quæ :* nam res dicuntur tradi, non scriptores : denique aut *tradimus* vel *tradidimus* scripsit Tacitus, aut simul indicat, quid in reliqua historia facturus sit. Sed videtur hic potius loqui de re ea, quam tradiderat, in eaque quid fecerit monere, ut solent scriptores rerum gestarum. Et in talibus locis sæpe temporum confusio. Sic 14, 64. pro *memoravimus* MS. Guelf. *memorabimus:* male. Ern. In Bud. *secuti* deest; 2. m. addidit *secuturi.*

Non prius differri potuit. I. e. adduci, ut cædem matris differret. *Dif-*

mitteret, si facinoris coargueretur : « sed cuicumque, nedum parenti, defensionem tribuendam : nec adcusatores adesse, sed vocem unius ex inimica domo adferri. Refutare tenebras et vigilatam convivio noctem, omniaque temeritati et inscitiæ propiora. »

XXI. Sic lenito principis metu, et luce orta, itur ad Agrippinam, ut nosceret objecta dissolveretque, vel pœna lueret. Burrus iis mandatis, Seneca coram, fun-

ferri cum accusativo personæ optimi scriptores dicunt. V. ad Sueton. Vesp. 23. etc. Ern.

Sed vocem unius ex inimica domo. Hæsito, num scrib. *vocem mimi ex mimica domo.* De Paride enim : et fatalis quidam librariorum in iis vocibus error. Lips. Præter necessitatem locus tentatur. Et fatum est verbi *mimus* et *mimicus*, ut auctoribus obtrudantur, ut observat Burm. ad Suet. Tib. 24. quamquam ibi alieno loco. Ern.

Refutare tenebras. Hæret sententia : quam explicari posse puto, si legas, *reputaret tenebras.* Lips. Veram esse credo Lipsii correctionem. Si de insidiis illa nocte ab Agrippina structis detulisset Paris, rectum esset *refutare*, videreturque Tacitus in animo habuisse, quæ Demetrius apud Livium 40, 15. refellendi criminis a fratre impacti caussa, dicit. Nunc nihil tale est, et clarum, Burrum suadere, ne alieno tempore, cum cogitandi et judicandi recte facultas non sit, aliquid gravius in matrem statuat. *Refutare* et *reputare* confunduntur in libris, ut *refellere* et *repellere*. Mox MSS. Oxon. Guelf. *inscientiæ* pro *inscitiæ*. Similiter ap. Liv. 22, 25. pro *temeritatem et inscitiam* libri quidam *inscientiam*, quod præferebat J. Fr. Gronovius: quem vide ibi et Drakenb. sæpe sane, *inscientiæ* substituta *inscitia*. Ern. Lamp. e Mir. dabat *hanc ref. ten.* quod probat Lips. si ita verus vetusque liber. Huetius exponit ita : tenebras et noctem convivio vigilatam etc. adcusationem refutare. Id enim temporis delegisse adcusatores, ne a sobriis et vigilantibus falsitas agnosceretur. Bip. *refutare* scil. *se ten.* vel *refutaret* (ipse Nero) *ten.* pro rejicere, rejiceret, ut ap. Cic. pro Rabirio 44. et Quinctil. 10, 6, 6. Cf. Gesner. in Thes. — * D. Delamalle *reputaret.*

Et luce orta. Non bene videtur *luce orta* conjungi cum præcedentibus. Puto *et* delendum, *luce orta itur ad A.* Ern.

Pœnas lueret. MS. Reg. Ed. pr. *pœna lueret;* quod non spernam. Est enim exquisitius, et in hac forma peccatur non raro a librariis. Liv. 30, 37. *pecunia luere Karthaginienses :* scr. et edd. multi *pecuniam.* Ceteri omnes *pœnas.* Recepit etiam Broterius. *Nosceret* ante est cognosceret, audiret. Mox *et* ante *a Burro*, quod delevit Rhen. (e Bud.) non est in ed. pr. alterum ante *Agripp.* est, ut in cod. Fl. et Guelf. Ern. Bud. *penas.*

gebatur. Aderant et ex libertis arbitri sermonis. Deinde a Burro, postquam crimina et auctores exposuit, minaciter actum. Agrippina ferociæ memor, « Non miror, inquit, Silanam, nunquam edito partu, matrum adfectus ignotos habere. Neque enim perinde a parentibus liberi, quam ab impudica adulteri mutantur. Nec, si Iturius et Calvisius, adesis omnibus fortunis, novissimam suscipiendæ adcusationis operam anui rependunt, ideo aut mihi infamia parricidii, aut Cæsari conscientia subeunda est. Nam Domitiæ inimicitiis gratias agerem, si benevolentia mecum in Neronem meum certaret : nunc, per concubinum Atimetum et histrionem Paridem quasi scenæ fabulas componit. Baiarum suarum piscinas extollebat, cum meis consiliis adoptio, et proconsulare jus et designatio consulatus et cetera apiscendo imperio præpararentur. Aut existat, qui cohortes in

Neque enim perinde. Primum ed. pr. *proinde.* Deinde sensus est, parentes amorem erga liberos non ita transferunt in alios, liberosque adeo odisse incipiunt, ut impudicæ amorem ab adultero uno ad alium, etiam levi de caussa. Verbum *mutari* magis convenit adulteris quam liberis, sed utrisque jungitur : cujus generis plura jam observavimus. Verum *mutare* elegans in re amatoria. Propert. 1, 12, 18., *Si despectus potuit mutare calores, Sunt quoque translato gaudia servitio.* V. Gron. Diatr. in Stat. c. 35, p. 224. ubi hunc Taciti locum afferre non neglexit. Mox quod Gruterus ait in omnibus edd. fere esse vitiose *anni* pro *anui* : id falsum est. Vett. edd. omnes, quas inspexi, *anui.* Ern. Sic et Bud.

Quasi scenæ fabulas. Eleganter. Livius in oratione Demetrii 40, 15. quam ante laudavi, itidem *nocturnam fabulam* de crimine insidiarum nocturnarum. Ern. Lact. de M. pers. 30. *Componitur scena, qua manifesto facinus teneretur.*

Piscinas excolebat. Codd. Flor. Guelf. (Bud.) Oxon. ed. pr. Puteol. *extollebat.* unde restitui. *Excolebat* ceteræ edd. A Beroaldo, an ab operis, primum mutatum venit in ceteras. *Extollere hortos* habuimus 11, 1. Mox *apiscendo* e MSS. Flor. Agr. pro *adipisc.* cum Ryckio et J. Gron. Ern. Ut 3, 27. 4, 59. 6, 3, 45. Bud. *adipiscendo.*

Aut existat. Sic Rhen. edidit (e Bud.). Superiores *at* : item post Aldus. Rhenanum sequuntur Pich. Lips. etc. Gryphius *ut*, quod laudat et in notulis Ferretus. Sed est vitium haud dubie operarum pro *at.* Utrumque commodum est. Sed *aut* fortius. Ser-

urbe tentatas, qui provinciarum fidem labefactam, denique servos vel libertos ad scelus corruptos arguat. Vivere ego, Britannico potiente rerum, poteram? at, si Plautus, aut quis alius, remp. judicaturus obtinuerit, desunt scilicet mihi adcusatores, qui non verba, impa-

32. *Remp. judicaturus.* Puto *vindicaturus*, sc. *sibi*; et deinde *deerunt.* At codex Agr. *invasurus.* Sed *judicaturus* bene se habet de me, scil. *deerunt* omnino lege.

vit enim hortationi, præsertim cum irrisione, aut minis, aut saltem indignatione. Mox ed. pr. *labefactam.* Ern. Bip. præferunt *at* cum Acid.

Vivere ego Britannico. Lege nota interrogandi. *Vivere e. B. p. r. poteram?* Sequentia scripserim, *Remp. judicaturusve obtinuerit.* Id est, si Plautus rerum judiciorumve potiretur. Rodolphus legit *remp. invasurus* Lips. Quid de vexatissimo loco mihi videretur, exposui Observ. 1, 22. Gron. Quæ probare non possum, quia primum cum Lipsio interrogative capit; deinde responderi sumit his ad crimen de luctu super Britannici morte. Nam Tacitus clare dicit c. 17. hoc non objectum esse. Ergo nec dilutum est defensione. Nec de hoc jam quærebatur. Sensus est: quorsum ego dejicere imperio filium tentem? quo dejecto, et Plauto, vel alio quo imperante, ne illud quidem boni habitura sum, quod imperante Britannico habuissem, nempe securitatem. Quod est maxime solenne argumentum in defensionibus omnibus. Satis scio, esse apud Livium locum persimilem, quem jam reperire non possum. Jam, quod ad verba attinet, difficultas quæritur in verbo *judicaturus;* quod varie tentatum est. Lipsii *judicaturusve* non placet, quia potestas judicandi jam est in *remp. obtinere.* Nec *vindicaturus* Salmasii I. A. R. p. 375. probo, quod placuit etiam Rutgersio Venus. Lect. p. 415. Non credibile est, voluisse pungere filium. Nec Agricolæ *invasurus* verum puto. Alienum enim futurum in hoc verbo. Dixisset *adortus*, aut simile quid, in perfecto. *Judicaturus* verum putabo, dum melius quid e libris scriptis proferatur, idque additum verbo *obtinuerit* ἐξηγητικῶς. Si Plautus remp. obtinuerit, adeoque potestatem judicia exercendi nactus fuerit: quod sequentibus optime convenit. Nisi quis malit prorsus pro glossa deleri, cujus sane speciem habet, quando, ut dixi, judicandi potestas per se intelligitur: idque placuisse video viro docto in margine ed. Gryph. Ceterum ab initio MS. Guelf. ed. pr. pro *potiente* habent *potito:* deinde edd. vett. (et cod. Bud.) *ac si*, vitiose. Denique MS. Flor. ed. pr. non habent *mater* post *a filio:* estque sane frigidum ibi verbum illud: unde delevi. Demetrius ap. Livium 40, 15. *quid mihi spei esset, nisi patrem judicem haberem.* Ern. Salmasii *vindicaturus* rejicit Des. Heraldus in anim. ad Salmas. p. 365. sed is multo magis aberrat, dum legit, *remp. obtinuerit, judicata res est.* Bud. *judicaturus.* Post *poteram* cum Lips. Gron. et Bip. interrogandi signum posui.

tientia caritatis aliquando incauta, sed ea crimina objiciant, quibus, nisi a filio, absolvi non possim.» Commotis, qui aderant, ultroque spiritus ejus mitigantibus, «colloquium filii» exposcit: ubi nihil pro innocentia, quasi diffideret; nec beneficiis, quasi exprobraret, disseruit; sed ultionem in delatores et præmia amicis obtinuit.

XXII. Præfectura annonæ Fenio Rufo; cura ludorum, qui a Cæsare parabantur, Arruntio Stellæ; Ægyptus C. Balbillo permittuntur. Syria P. Anteio destinata: sed variis mox artibus elusus, ad postremum

33. *Et variis mox artibus. Sed.* Deinde distingue *At, Silana in exilium acta, Calvisius quoque etc. relegantur.*

Quasi diffideret. Rodolphus adnotavit *quasi defenderet.* Lips. Immo *diffideret*, hoc est, paveret, sollicita esset, laboraret, defensionis egere caussam suam putaret. Id enim anceps, et apud malignos venit in suspicionem culpæ. Justinus de Alexandro et Philippo medico 11, 8., *Oculos in vultum legentis intendit. Ut securum conspexit, lætior factus est.* Suet. Oct. 55. *Etiam sparsos de se in curia famosos libellos nec expavit.* Gron. Post *beneficiis* aut addendum, aut intelligendum *de.* Ern.

Senio Rufo. Fenius illi nomen: atque ita semper infra, Lips. Cf. 14, 51. Rarius gens Fenia occurrit. Extat tamen ap. Vaill. in NN. Aug. FENIVS IIVIR. CALAGVRR. t. 1, p. 25. et L. FENIVS ACHILLEVS ap. Grut. p. 782. alibi *Fœnius* apud eundem.

Cura ludorum Arruntio Stellæ. Inter dignitates ergo ea res fuit. Sic 11, 35., *Sulpicius Rufus ludi procurator.* In lapide prisco Tibure (ap. Grut. p. 489.) CVRAT. MVNERIS. PVBLICI. GLADIATOR I. Apud Sueton. Cal. 27. *Curator munerum ac venationum.* Lips. Add. Guther. Off. D. A. 3, 35. Ern.

Ægyptus C. Balbillo. De hoc Seneca Nat. Quæst. 4, 2., *Balbillus virorum optimus, in omni literarum genere rarissimus, auctor est, cum ipse præfectus obtineret Ægyptum,* etc. etsi male vulgo, *Babillus.* Corruptum et in Plinio idem nomen l. 19. procemio. *Galerius a freto Siciliæ Alexandriam septima die pervenit, Babilius sexta, ambo præfecti.* scribe, *Balbillus.* In lapidibus nominatur quidam TI. IVLIVS. BALBILLVS. SACERDOS. SOLIS. Lips.

Syria P. Anteio. Inepte vulgo, *Pantello.* Errore duplici. Conjectura nostra certo firmatur e 16, 14., *Simul annuam pecuniam a P. Anteio ministrari cognoscit; neque nescium habebat Anteium caritate Agrippinæ invisum Neroni.* Lips. Commodius foret: *Syria P. Anteio destinata, qui variis.* Gron. Malim *sed* cum Heinsio, sive *at.* sed v. ad 5, 3. Ern. Bud. *et.* Præstat *sed*, non *at*, quod

in urbe retentus est. At Silana in exsilium acta. Calvisius quoque et Iturius relegantur. De Atimeto supplicium sumptum, validiore apud libidines principis Paride, quam ut pœna adficeretur. Plautus ad præsens silentio transmissus est.

XXIII. Deferuntur dehinc « consensisse Pallas ac Burrus, ut Cornelius Sulla, claritudine generis et adfinitate Claudii, » cui per nuptias Antoniæ gener erat, « ad imperium vocaretur. » Ejus adcusationis auctor exstitit Pætus quidam, exercendis apud ærarium sectionibus famosus, et tum vanitatis manifestus. Nec tam grata Pallantis innocentia, quam gravis superbia fuit: quippe, nominatis libertis ejus, quos conscios haberet, respondit: « nihil unquam se domi, nisi nutu aut manu, significasse, vel, si plura demonstranda essent, scripto usum, ne vocem consociaret. » Burrus, quamvis reus, inter judices sententiam dixit. Exsiliumque accusatori

mox sequitur. *Anteius* quondam e legatis Germanici 2, 6.

Cornelius Sulla. De hoc v. 12, 52.

Cui per nuptias. Sic Rhenanus legi voluit, sed non recepit: unde post etiam in edd. *qui* mansit, usque ad Lipsium, ni fallor. *Qui* et *cui* sæpe in libris confunduntur. Adde supra ad c. 9. Ern. In edit. Rhen. a. 1544. omnino receptum *cui*, et quidem ex ingenio, nam Bud. *qui*.

Apud ærarium sectionibus. Emendis bonis, quæ a præfectis ærarii sub hasta venderentur. Tales enim auctiones sunt *sectiones*; qui emunt bona, *sectores*.: de quibus videant tirones dicta in Clave Ciceron. Sic Claudii bona sub edicto præfectorum venalia apud ærarium pependerunt. Suet. Claud. c. 9. Mox *vanitatibus* omnes edd. ante Rhen. Vitiose. *Vanitas* est falsa dicentis, calumniantis. Sic ap. Cic. Tusc. 3, 1. *vanitati* opponitur *veritas*. Nisi quis malit de studio captandæ gratiæ accipere, de qua apud eundem Ciceronem *vanitas* dicitur. Post a cod. Bud. afuit *tam*, quod placet Rhenano, ut intelligatur *magis* ante *quam*. *Tam* omitti ante *quam*, vidimus 3, 8. Ern. Bud. *vanitatis*. Bene, unde Rhen. *manifestus* frequenter sic cum genitivo. V. Ind.

Ne vocem consociaret. Idem, quod Cicero dicit *sermonem communicare*. In hoc superbia, non dignari libertos, quibuscum loquare, cum ipse libertus sis. Frustra Marcilius *consauciaret*. Ern.

irrogatum, et tabulæ exustæ sunt, quibus obliterata ærarii nomina retrahebat.

XXIV. Fine anni, statio cohortis, adsidere ludis solita, demovetur, quo major species libertatis esset: utque miles, theatrali licentiæ non permixtus, incorruptior ageret; et plebes daret experimentum, an, amotis custodibus, modestiam retineret. Urbem princeps lustravit, e responso haruspicum, quod Jovis ac Minervæ ædes de cælo tactæ erant.

XXV. Q. Volusio, P. Scipione coss., otium foris,

Monimenta retrahebat. Diximus *obliterata ærarii nomina* legendum videri de Pecunia 4, 3: Zonaras de Romano Argyropulo 17, 12: Ἵνα γὰρ τῶν ἀπολωλότων ἰσοστάσια κτήσεται, πράκτωρ ἀντὶ κρατοῦντος ἐγίνετο καὶ σιτηρὸς λογιστὴς, παῖδας πατέρων γεγραμένους χρέα πραττόμενος, καὶ πυρκαϊὰς ἀνάπτων κατὰ τῶν ὑπηκόων, ὅσπερ ὁ χρόνος ἤδη πολὺς πρισβεύσας κατίσβεσεν, ἢ τίσις κατίχωσεν ὑπὸ συνηθείᾳ. Ἐντεῦθεν πολλοὶ τῶν πατρώων οἰκιῶν καὶ ἀγρῶν ἀπηλλοτριοῦντο, καὶ τὴν πρὶν εὐπλουτίαν ἐκδιδυσκόμενοι, εἰς πενίαν λαμπρὰν συνηλαύνοντο. Gron. Rectissime. Nam tabulæ, in quibus vetera nomina, sunt illa quidem monumenta ærarii, sed non solæ. Itaque verba latius patent, quam sensus patitur: et *tabulæ* jam commemoratæ sunt. *Nomina ærarii obliterata*, sunt veteres ærarii debitores apud Suetonium. Res est ita clara et certa, ut recipere non dubitaverim. Imitatus est *Lallemand*. Nam quod J. Gronovius, nimia veneratione cod. Fl. in quo non credit tot literas frustra scriptas, vult *emolumenta*; id nihil est. *Emolumenta* sunt reditus, vectigalia, de quibus nuspiam sermo, quam de quadruplatoribus agitur. Ern. *Monumenta* cod. Flor. Bud. Reg. Agr. etc. Emendationem Gronovii recepere et Bip.

Statio cohortis. Non repeto, quæ scripsi Epistolic. Quæst. 3, 18. Lips.

Utque miles. Bud. *ut miles*.

Urbem pr. lustravit. Ejusdem ritus mentio H. 1, 87, et apud Livium sæpe. Facta lustratio prodigiorum causa, amburbiali sacrificio, h. e. circumducta circa urbem victima expiatoria. V. Duker. ad Liv. 35, 19, qui laudat Salmas. ad Vopisc. Aurel. c. 19. Ern.

Q. Volusio, P. Scipione. Ita mei libri, idque Fasti comprobant. Lapis Neapoli (ap. Grut. p. 9): Q. VOLVSIO. SATVRN. P. CORNELIO. SCIP. COS. AVGVSTALES. QVI. (NERONI.) CLAVDIO. CAESARI. AVGVST. ET. (AGRIPPINAE.) AVGVSTAE. I. O. M. ET. GENIO. COLONIAE. LVDOS. FECERVNT. XIII. XII. K. MART. Nominat et Phlegon in Admirandis c. 27, Q. Volusium, P. Scipionem coss. Lips. *P. Scipione* ed. pr. At Puteol. et seqq. usque ad Lipsium *Cepione*, ut est et in Guelf. vitiose. Atque etiam in duabus inscriptionibus ap. Gudium, p. 19 et 24, est *P. Cornelius Cepio*. Sed veretur Wesselingius ad Simsoni

fœda domi lascivia; qua Nero itinera urbis, et lupanaria, et diverticula, veste servili in dissimulationem sui compositus, pererrabat, comitantibus, qui raperent venditioni exposita, et obviis vulnera inferrent, adversus ignaros adeo, ut ipse quoque exciperet ictus, et ore

34. *Acciperet ictus. Exciperet* rectius cod. Agr. Sic *vulnera adverso pectore excipere.* Cicero Verr. 5, 3, *tunicamque ejus a pectore abscidit, ut cicatrices populus Rom. judicesque aspicerent adverso corpore acceptas.* Diximus ad Vellei. 2, 116. Deinde idem codex, *et ore perferret:* et mox *feminasque illustres.* Quomodo et alii. Denique *adagnitum oraverat*, non *agnitum*, quomodo et Budensis liber.

Chron. p. 1654, ne ea scriptura e corruptela hujus loci nata sit. Ern.

* *Veste servili.* Aliter Suet. Ner. 26. Cf. Reiz. ad tabb. rit. rom.

Ad venditionem exposita. An ergo interdiu id factum? Nam noctu non merces sunt expositæ. Immo noctu. Verbum non nimis urgendum est. Tabernæ effractæ sunt, in quibus res venales. Vid. Sueton. Ner. 26. Ceterum *ad* abest a Flor. unde Gron. conjicit *venum.* In ed. pr. est *venditioni:* quod mallem. An in venerabili illo codice tot literæ frustra scriptæ sint? Consentit Guelf. Ern. Bud. *ad venditionem.* Sed præstat lectio ed. pr. absque dubio ex cod. quodam hausta.

Exciperet ictus. Sic MSS. Flor. Guelf. Reg. (Agr. Bud.) Edd. pr. Puteol. Beroald. Alc. ceteræque veteres usque ad Lips. qui cum sequentibus habet *acciperet*, quod propagatum est. J. Gron. adscribit Rhenano. At in prima ejus ed. a. 1533, quam expressere Aldus, Gryphius, est *exciperet.* Unde patet, in posteriores edd. Bas. vitio operarum irrepsisse. Restituit vetus J. Gronovius. Ern.

Et ore præferret. Vera lectio. Beatus Maurusque frustra adlaborant in scriptura codicis Budensis, quem ex hoc aliisque locis scias fuisse non optimæ notæ. Legunt tamen illi, *et ore se Cæsarem præferret.* Inepte. Hoc noster voluit clare, exspisse eum ab ignaris ictus, et læsa facie prætulisse. Plinius 13, 43, de Thapsia: *Nero Cæsar claritatem ei dedit initio imperii, nocturnis grassationibus converberatam faciem illinens sibi cum thure ceraque, et secuto die contra famam cutem sinceram circumferens.* Lips. Non pugnant inter se Tacitus et Plinius, ut Acidalius putat. Tacitus narrat id, quod fiebat, quodque fit naturaliter: Plinius, quemadmodum id, quod factum erat, celaretur ac dissimularetur. Sed et plerumque inter existentia mala et inventa remedia temporis aliquid intercedit. Gron. *Et ore præferret* ed. pr. ut cod. Flor. quod recte omnes servant. Lectio cod. Bud. est etiam in Oxon. Guelf. Liber Agr. *perferret.* E lectione Oxon. J. Gronovius conjiciebat *ore cicatricem præferret.* Vir doctus in margine Gryphii verba *ore præ* delevit. Ceterum vulgatam lectionem defendit (nisi quod et ipse vult *exciperet*) et copiose illustrat N. Heinsius ad Vellei. 2, 116. Ern. Bud. vitiose:

præferret. Deinde, ubi « Cæsarem esse, qui grassaretur, » pernotuit, augebanturque injuriæ adversus viros feminasque insignes, et quidam, permissa semel licentia sub nomine Neronis, inulti propriis cum globis eadem exercebant; in modum captivitatis nox agebatur. Julius Montanus, senatorii ordinis, sed qui nondum honorem

et fore se Cæs. præf. unde Rhen. fecit *et ore se C. p.* Non ergo multum laborat. Ryckius *Cæsarem* e seq. membro huc illatum putat. Lectionem Flor. recentiores editores certatim sequuntur. De auctoritate codicis Bud. in præfatione dictum.

Deinde, ubi C. Hæc periodus exitum non habet. Apparet, copulam ubi ubi esse delendam. Acidalius primam delet: *augebantur:* ut sit punctum post *insignes.* J. Gron. ultimam, ante *in modum.* Illud magis placet. Ern. Omnino, ultima deleta, apodosis bene se habet.

Feminasque insignes. Farn. *illustres.* Lips. Sic et Agr. Ern.

Et quidam permissa semel licentia. Sic MS. Flor. ed. pr. Pichena, Gron. uterque, Ryckius. Ceteri *quidam simili lic.* Ern.

Multi propriis. Melius, *inulti.* Lips. Sic MS. Flor. Pich. Ryck. Ern. Bud. *multi.*

In modum captivitatis. Divino scribend. *in modum captæ civitatis.* Ea enim facies potius, quam carceris custodiæve. Lips. Immo *captivitatis* verum: quo verbo utitur noster etiam 11, 23. 16, 16. ubi *captivitas urbium.* Et deberet esse *captæ urbis,* non *civitatis.* Ern.

Julius quidem Montanus. Si memoria mihi firma, poeta quidam eo nomine apud Senecam patrem laudatur. Lips. Locus est controv. 16. sed diversus ille ab hoc. *Quidem* abest a MS. Bud. et Guelf. a man. pr. quod non omnino displicet. Nam *quidem* addi solet exemplis, quæ superiorum confirmandorum caussa adferuntur: quod hic non esse videtur. Quidam editi exhibent *quidam*, sed non e scriptis: melius tamen est vulgato. Ceterum hujus generis nominibus non solet addi, sed obscuris. Ern. Hill. Rac. 37. defendit *quidem* e loco simili Cic. de Sen. 9. *Cyrus quidem.* Mihi rectius abesse videtur.

Sed qui nondum honorem. Suet. 26. laticlavium vocat: tu scito. Ante et sub hoc ævum mos, ut liberi senatorum lato clavo induerentur una cum virili toga, curiæque interessent. Ab Augusto institutum, qui *liberis senatorum, quo celerius reip. adsuescerent, protinus virili togæ latum clavum inducere et curiæ interesse permisit.* (Suet. 38.) A quo more Ovidius Trist. 4, 10, 28., *Liberior fratri sumpta, mihique toga est: Induiturque humeris cum lato purpura clavo.* Iidem ergo laticlavii: iidem capessendis honoribus destinati. Noster 14, 40., *Valerius Fabianus capessendis honoribus destinatus.* Statius Silv. 3, 124., *Notus adhuc tantum majoris munere clavi.* Alii sunt tribuni laticlavii, de quibus hæc non capio. Julius ergo Montanus senatorii quidem loci, sed qui magistratum adhuc nullum cepisset, et tantum laticlavius. Lips.

capessisset, congressus forte per tenebras cum principe, quia vi attentantem acriter repulerat, deinde agnitum oraverat, quasi exprobrasset, mori adactus est. Nero autem, metuentior in posterum, milites sibi et plerosque gladiatores circumdedit, qui rixarum initia modica et quasi privata sinerent: si a læsis validius ageretur, arma inferrent. Ludicram quoque licentiam et fautores

35. *Nero autem metuentior.* An *metu cautior? metu intentior* Boxhorn. Vide nos ad Ann. 1, 20. *metu occultior* 14, 22. — 36. *Et plerosque gladiatorum.* Itane? *tot gladiatores?* Forte *peritissimosque gladiatorum.* Artis gladiatoriæ peritissimos, quo certior esset. Hist. 2, 8., *mancipiorum valentissimum quemque armavit.* An *promptissimum?* Ann. 14, 7., *iret propere duceretque promptissimos ad jussa.* H. 2, 35., *plures transgressos per promptissimos gladiatorum aggreditur.* — 37. *Arma inferrent.* Cod. Agr. *inserebant.* Quod verum opinor. *inserere se dubitantibus* 5, 4. *fortunæ* Hist. 2, 61. Lucanus 9, 1071., *secreta quod arma Movit et inserit nostro*

Quia vi attentantem. MSS. Flor. Reg. Bud. *via temptantem*, quod est etiam in ed. pr. MS. Guelf. *qui avia tent.* Cod. Agr. *vi attentantem.* Et sic volebant Rhenanus, Danesius. Hoc cum J. Gron. recepimus. Nam consentit vitiosis MSS. lectionibus. Vulgo inde a Puteolano *vim tentantem.* Ern. Bud. *qui avia t.* unde suum Rhen. quem recte editores plurimi secuti.

Deinde agnitum oraverat. Miror hic silere, qui manu exaratorum codicum fuere compotes. Videtur enim scripsisse Tacitus: *deinde et agnitum oraverat.* Huc pertinet illud M. Senecæ: *Nihil est crudelius, quam sic offendere, ut magis sis offensurus, si satisfecerit.* Gron. Rhen. e Bud. notavit *adagnitum.* Ryck. idem e suo: habet et ed. pr. Ryckius probat correctionem Gronovii. Ap. Tertullianum est *adagnitio.* Mox MS. Flor. (Bud.) ed. pr. *plerosque gladiatores*, quod restitui pro *gladiatorum*: quamquam hoc quoque recte dicitur. J. Gron. nescit, unde Beroaldus genitivum sumpserit. Scil. e Puteolano, quem in his libris secutus est. Tacitus non semper *plerique* cum genitivo dixit. Post frustra Muretus (e conjectura) *sererent.* Nero serebat certamina; milites resisti sinebant modice. Sed *inferrent* a Puteol. Beroald. Alc. editum, a Pichena (e Ven.) restitutum est, cum Rhenanus cum sequacibus, Aldo, Gryphio, Lipsio *inferebant* edidisset, quod est in Guelf. Credo, in MS. Rhenani fuisse *inserebant.* Nam sic est in ed. pr. quod elegantius videri potest, quam ut sit vitium librariorum aut operarum. Ita sensus foret: non uno impetu adoriebantur resistentes Neroni, sed paullatim se immiscebant certamini. Neque necessarium est, conjunctivum esse, quem puto correctioni Puteolani deberi. Sed huic rei obest *si.* Nam *cum* in hac lectione et sententia esse debet, ut opinor. Ern. Bud. clare habet *inferebant.*

Fautores histrionum. Legit *favores* Acidalius. Immo eleganter Tacitus

histrionum velut in prœlia convertit impunitate et præmiis, atque ipse occultus et plerumque coram prospectans: donec, discordi populo, et gravioris motus terrore, non aliud remedium repertum est, quam ut histriones Italia pellerentur, milesque theatro rursum adsideret.

XXVI. Per idem tempus actum in senatu de « fraudibus libertorum, » efflagitatumque, « ut adversus male meritos revocandæ libertatis jus patronis daretur. » Nec deerant, qui censerent. Sed consules, relationem inci-

sua tela labori. Inserere nomen famæ de Orat. 10. *Inserere querelas* Hist. 1, 23. *inserit se terris mare* Vita Agric. 10. — 38. *Milesque theatro rursum assideret. Theatra* scribe: de quo nos ad Valer. Flacc. 5, 536. nam plura in urbe theatra. *theatris corrupti, emolliti, milites* H. 2, 21. 3. 2.

idem verbum duabus rebus diversa significatione attribuit. Quo in genere frequentissimus Ovidius, neque infrequens noster. *Licentia ludicra in prœlia converti* recte dicitur: paullo audacius, nec minus recte *fautores histrionum*: ut *versus in furorem, versus in pœnitentiam. In misericordiam naufragi versi* Justino; nostro *diuturnitate in superbiam mutans*. Quin etiam (de eodem, alio modo, ut in formulis erat) verbis in istis, *licentiam ludicram et fautores histrionum*, potest intelligi figura, quam ἐν διὰ δυοῖν vocant: ut apud Justinum 2, 2. *Lanæ usus ac vestium*, quod est vestium e lana usus, *laboribus et belli*, pro laboribus belli. Sic *licentiam ludicram et fautores histrionum* est licentiam ludicram fautorum histrionalium. Gron. Cf. 1, 77. et mox c. 28. Histriones sunt pantomimi de q. 14, 21.

Et gravioris motus terrore. Rhen. (e Bud.) *ex gravioris motus terrore* edidit, cum sequacibus. Sic Guelf. Putavit *discordi populo* esse dativum: quod si esset, mallem *terrori*. Mox Groslotius volebat *milesve*: cur enim milites theatro assidere, si histriones Italia pulsi? Verum videtur. Ern.

Revocandæ libertatis jus. Non ergo ratum Claudii judicium, qui *ingratos, et de quibus patroni quererentur, revocavit in servitutem*: Sueton. 25. In quo Claudius exemplum Atheniensium secutus videri potest, apud quos *convictus a patrono libertus ingratus jure libertatis exuitur*, ait Valerius 2, 6, 6. et Plutarch. in Solone. Judicavit ergo quidem ita Claudius, sed in legibus et more romano aliud fuit, uti audiemus. Lips. Sic mihi quoque placere ostendi ad Sueton. l. c. *Patronis* abest MS. Reg et ed. pr. Ern. De Claudii constitutione v. l. 5. D. de jure patron. Apud Plut. l. c. ne γρὺ quidem, sed v. Petiti LL. Att. p. 181. de act. ἀπροστασίου.

Relationem incipere non ausi. Nempe intelligendum, ea, de quibus

pere non ausi ignaro principe, perscripsere tamen consensum senatus: « ille auctor constitutionis fieret, » ut inter paucos, ei sententiæ adversos: quibusdam, coalitam libertate irreverentiam eo prorupisse, frementibus, « vine, an æquo cum patronis jure agerent, sententiam

39. *Consensum senatus illi, an auctor.* Sic cod. Agr. quomodo Lipsius castigandum censebat. Florent. *ille an auctor. illi* sc. senatui. Tum puto, *ut nequaquam æquo cum jure.* Mox cod. Agr. *intenderent impudentes vel pœnarum.*

dictum, prolata per egressionem relationis, et a coss. postulatum, ut de ea re referrent ad senatum; quod illi facere dubitaverant. *Relationem incipere* est etiam 5, 4. V. in pr. Gron. Obs. 1, 22. nos ad Suet. Cæs. c. 20. Ern.

Perscripsere tamen consensum senatus: ille auctor. Puto leg. interpungendumque, *perscripsere tamen consensum senatus illi, an auctor constitutionis fieret, ut inter paucos et sententiæ diversos.* Firmant illa Taciti 14, 19., *At consules perficere senatus decretum non ausi, de consensu scripsere Cæsari.* Lips. Favent MSS. Flor. Bud. Guelf. edd. pr. Put. et reliquæ vett. omnes, quæ habent *ille an. An* casu omissum puto, quod non habent Pich. Lips. et seqq. At cod. Agr. plane *illi, an a. c. f.* unde recepit Ryckius, quem sequimur. Nam id saltem est in scripto: *ille auctor* clare est vitium operarum, posteris propagatum editoribus. Broterius e MS. Reg. dedit, *ille jam auctor.* Mox credo vere Freinshemium corrigere *ei sententiæ*: quod placebat etiam Ryckio. Nam, si capias *et* cum J. Fr. Gronovio Obs. 1, 22. p. 177. pro *etiam*, ut 1, 4. *ægro et corpore*: tamen friget, ut opinor. Nam haberet vim augendi, quæ huic loco non convenit. An enim mirum est, sententiæ per egressionem relationis dictæ adversari quosdam? Minimum in tali re est sententia, tali modo dicta. Ceterum, nullo modo potuerunt coss. postulare, quod videtur Gropovio l. c. ut, quod pro sententia dictum erat a senatoribus, relationem egressis, ratum habeat, et constitutionem esse sineret sine relatione. Nullæ tum constitutiones factæ sine relatione. Ergo quærunt, an sententia illa placeat, velitque relationem fieri. Cf. 15, 22. Ern. Bud. male *in consensum sen.* Bip. jure extrudunt *an*, rejectum jam ab aliis, ex sequenti *auctor* huc irrepsit. Sensus sic planus. Similis fere locus 14, 49. Totum hunc locum quomodo refingere laboret Jac. Gothofredus, v. ad Cod. Theod. 2, 22. de hæred. petit.

Coalitam libertate. I. e. confirmatam et auctam, ut 14, 1. *coalita vetustate imperii audacia.* Adde Hist. 4, 55. sumpta metaphora ab arboribus et plantis, quæ *coalescere* dicuntur, cum radicibus adhæserunt terræ, nec convelli possunt. Ern.

Vi an æquo cum patronis. Occisus locus, ita vivam et sentiam ego. Ecce tamen vespillones aliquot (non enim medicos) ad hoc funus. Est qui legat: *Vi an æquo cum patronis jure agerent, sententiam eorum confuta-*

eorum consultarent, ac verberibus manus ultro intenderent, impulere vel pœnam suam dissuadentes. Quid enim aliud læso patrono concessum, quam ut vicesimum

rent, ac verberibus ultro manus intenderent, implere vel pœnam suam dissuadentes. Alius: *ut ne æquo cum p. j. a. s. e. conculcarent: ac v. u. m. intenderent, implerentve p. s. d.* Parcite boni viri; non vos, non ego restituemus sine libris; a quibus nihil hic juvor. Ludibria tamen mea hæc: *ut jam nec æquo cum patronis jure agerent. Sententia eorum consultari, an verberibus manus ultro intenderent, impune vel pœnam suetam dissuadentes.* Ad manuum intentionem facit aliquid locus e 3, 36., *Libertique etiam ac servi, patrono vel domino, cum voces, cum manus intentarent, ultro metuebantur.* Lips. Ego hæc sic lego: *vine an æquo cum patronis jure agerent? sententiam coram confutarent, an verberibus manus ultro intenderent? impellere pœnam suam dissuadentes.* H. e. parum abesse, quin dubium facerent, vine cum patronis agere, an æquo jure, ut pares cum paribus, velint: parum abesse, quin irrumperent in curiam, non modo, ut sententiam contra se dictam arguant, sed etiam ut manus intentent sententiæ auctoribus: denique quid aliud agere adversantes, quam ut arcessant pœnam suam, et in se ruinam trahant. Vid. Obs. 1, 22. p. 178. Gron. De corrupto misere, et tam varie tentato loco vix attinet dicere. Illud video, ab initio *ut* necessarium esse, propter verba: *irreverentiam eo prorupisse.* Deinde, non potuisse timere, ne in curiam irrumperent liberti etc. Nam cum hæc per egressionem relationis dicerentur, non potuere illi scire: adeoque hoc valde improbabiliter diceretur. Sed facilius hic est, alius sententiam refellere, quam ipsum quid certi proferre. Vir doctus in exemplo Gryph. sic correxerat: *Ut nec æquo c. p. j. a. sed jam coram insultarent, ac verberibus manus ultro intenderent, impune vel pœna sua gaudentes.* Broterius sequitur correctionem Huetii, *ut æquo j.* i. e. ut jam se æquarent patronis, et cum iis jure agerent. *Insultarent*, et *impune* arbitror verum esse, et de contemptu pœnæ a dominis timendæ sermonem esse in extremo, ratio subjecta plane docet. Ern. Quæ leguntur in textu, ea sunt, quæ Pichena e cod. Flor. repræsentat. Bud. plane sic, nisi quod habeat *vi an equo*, omisso *ne*, a 2. m. adjecto, quod nihil ad rem. In ed. Ven. apud Juntas pro *vi* est *ut*. Restituendi locum desperatum spes nulla. Conjecturas variorum dant Bip. suamque addunt, quæ sic habet: *eo pr. fr. ut vine an æquo c. p. j. ag. s. coram cons. ac v. m. u. int. impuniti* (vel *mulctam*) *v. p. diss.* Addo Hill. Rac. 12. *ut ne æquo quidem c. p. j. ag. ac s. eorum cons. sed v. m. ultro int. inhibere vel p. s. diss.* — Ex variis aliorum conjecturis ita hunc locum concinnavit D. de Lamalle: *perscripsere tamen consensum senatus, ille jam auctor constitutionis fieret, ut inter p. ei s. adv. . . . ut jam nec æquo cum p. jure agerent, s. eorum conculcarent, ac v. m. u. int. impudenter vel p. s. diss.* — * Gron. in diat. ad Statii Silvas c. 33. p. 213. *vi an æquo.*

Læso patrono concessum. Quando

ultra lapidem in oram Campaniæ libertum releget? Ceteras actiones promiscuas et pares esse. Tribuendum

id, aut qua lege patrono concessum, quærimus. Suspicor esse ab Augusto, qui, ut Dio ait, 55, 13. constituit Τὰ δικαιώματα οἷς οὔτε ἄλλοι πρὸς τοὺς ἐλευθερουμένους, καὶ αὐτοὶ οἱ δεσπόται σφῶν γενόμενοι χρήσοιντο. Id est, *jura, quibus erga libertos cum alii, tum ipsi patroni uterentur.* Et relegatio quidem est ab exemplis ævi prisci. Ut enim patres olim filios rus relegabant pœnæ et molestiæ caussa, (uti Roscius Amerinus, uti Torquatus a patribus relegati leguntur:) sic patronis relegandi libertos jus nunc tribuit sive quis alius, sive Augustus. Sed in numero num qua ratio? et cur non ultra XX. lapidem? Nihil reperio. Præfectus quidem urbi intra centesimum lapidem cognoscebat: ultra, præfectus prætorio: ut notat Ulpianus in fragm. Pithœanis tit. de plagiariis et l. 1. De off. præf. Urbis. l. 9. De offic. procons. Eoque exemplo Severus imp. prætorianos milites ultra centesimum lapidem abesse ab urbe jussit, apud Herodianum 2, 43. Et Prosper Aquit. de Symmacho: quem, cum aram Victoriæ restitui postulasset, *iratus princeps statim a suis aspectibus pulsum in centesimo lapide, rhedæ non stratæ impositum, ea die manere præcepit.* Dio tamen 52, 21. ubi de præfecto urbis, jurisdictionem ejus angustius terminat, ἔξω τῆς πόλεως μίχρι πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίων σταδίων: ea essent milliaria circiter 87. nisi in Dione rescribendum sit, ἑπτακοσίων; quod puto. Sane ad præf. urbis pertinuisse, audire patronos querentes de libertis, ex Ulpiano clarum l. 1. De off. præf. urbis. Sed Tacitus patrono ipsi hanc relegationem, ut apparet, tribuit: nec tamen videtur usurpari potuisse, sine auctoritate majori. Lips. Locum Dionis ex ipso Dione emendari potuisse, Reimarus docet.

In oram Campaniæ. Oram Campaniæ novi ex H. 3, 60., *Jam Misenensem classem et pulcherrimam Campaniæ oram descivisse. Moram* autem *Campaniæ*, ut corrigit Petitus (in Leg. Att. p. 183.) latine quid hic sit, ignoro. *Centesimum ultra lapidem* scribendum, vicisse mihi videntur Lipsius et Camillus Peregrinus in opere docto de Capua diss. 1, 6. Mirum tamen, *in oram Campaniæ* libertos relegari. Sed sciendum, neminem relegatum proprie in Campaniam; nedum omnes, et nusquam alio. Relegatio fiebat ultra centesimum. At locum ultra centesimum quilibet sibi legebat ipse, qui solum vertebat. Ex his igitur aliquos, præcipue lautiores, Campaniam prætulisse, atque huic invidiæ occasionem dedisse, satis est verisimile. In exemplo est Etruscus apud Statium Silv. 3, 162. *molles Campani litoris oras. Et Diomedeas concedere jussus in arces.* Itaque isthæc ἐπεξηγήσεις ita explicanda est: *centesimum ultra lapidem*, puta *in oram Campaniæ*: verbi gratia *in oram Campaniæ*: quæ pœna quanta sit, ex eo noscas licet, quod profugi delicati in Campania subsidere possunt, et subederunt quidam. Nam et ora Campaniæ ultra centesimum est. Gron. Sic etiam Gothofred. ad Cod. Theod. L. 2, t. 22. de lib. ademptione t. 1, p. 217. ed. Lips. Ern. Conf. et Ryck.

aliquod telum, quod sperni nequeat. Nec grave manumissis, per idem obsequium retinendi libertatem, per quod adsecuti sint. At criminum manifestos merito ad servitutem retrahi, ut metu coerceantur, quos beneficia non mutavissent. »

XXVII. Disserebatur contra : « Paucorum culpam ipsis exitiosam esse debere : nihil universorum juri derogandum : quippe late fusum id corpus. Hinc plerumque tribus, decurias, ministeria magistratibus et sacerdotibus, cohortes etiam in urbe conscriptas. Et plurimis equitum, plerisque senatoribus, non aliunde originem

At criminum. Sic cod. Fl. Guelf. ed. pr. Pichena et seqq. *Ac* Puteol. cum ceteris ad Pich. quod ab h. l. alienum esse, facile intelligitur. Mox *mutavissent* ed. pr. Rhen. (e Bud.) et seqq. Puteol. autem cum Beroald. Alc. et MS. Guelf. *commutavissent.* Parum refert. Sed utrumque vitiosum et sine sensu esse puto. An Tacitus scripsit *quos beneficia non continuissent*, aut simile quid : ut sit imitatio sententiæ Ciceronianæ : *ut quos honestas in officio continere non posset, metus coerceret.* Nisi malis *non* deleri, natum e *com.* Ern.

Decurias. Judicumne decurias intelligit, an potius scribarum ? Puto, scribarum. Qui ordo late fusus Romæ, et non inhonestus. Liberti autem ordinem cum pretio certo emebant, uti e Cicerone haurias in Verrem 3, 79., *Ad eos me scribas revoca : noli hos colligere, qui numulis corrogatis de nepotum donis ac scenicorum corollariis, cum decuriam emerunt, ex primo ordine explosorum in secundum ordinem civitatis se venisse dicunt.* Et p. p. de iisdem : *Mirabimur, turpes aliquos esse in eo ordine, quo cuivis pretio licet pervenire?* Scribæ ii, divisi per decurias. Sueton. in Claudio 1. *Corpus ejus per municipiorum coloniarumque primores, suscipientibus obviis scribarum decuriis, ad urbem devectum.* Reperiesque sparsim quæstorios scribas, ædilitios, prætorios, item scribas ærarii prætorii, etc. Lips. Non erat dubitandum, sed pro certo ponendum, intelligi decurias scribarum atque etiam viatorum, præconum, lictorum etc. Nam ii quoque in decurias descripti. v. nos ad Suet. Aug. 57. ubi itidem *decuriæ* hoc sensu occurrunt. Nam, quod ministeria magistratuum separatim memorantur : etiam scribæ sunt ministri magistratuum. Sed tamen scribarum decuriæ in primis honestæ. Unde *decuriam emere* de scriba ap. Cicer. l. c. Ern.

Ministeria magistratibus. Lictores, viatores, præcones, calatores, præcias. Lips.

Cohortes etiam in urbe. Cohortes vigilum, quæ scriptæ primo ex milite libertino. Strabo 5, p. 235. Dio 55, 26. Lips.

trahi. Si separarentur libertini; manifestam fore penuriam ingenuorum. Non frustra majores, cum dignitatem ordinum dividerent, libertatem in communi posuisse. Quin et manumittendi duas species institutas, ut relinqueretur pœnitentiæ aut novo beneficio locus. Quos

Si separentur. Sic inde a Rhenano editur. Priores, a Puteolano, *separarentur:* quod nescio cur a Rhenano repudiatum sit, cum non minus h. l. rectum sit. Cod. Reg. Ed. pr. *separantur.* Videntur dare voluisse *separarentur.* Quare cum et codd. Fl. Guelf. *separarentur* habeant, restitui. Ern. Perinde est. Rhen. Budensem erat secutus.

Manumittendi duas species. Libertas duplex, justa, non justa. Justa, quæ vindicta, censu, testamento data; non justa, quæ inter amicos, in convivio, per epistolam. Seneca de Vita beata c. 24. *Hominibus prodesse natura jubet, servi liberive sint; ingenui an libertini; justæ libertatis an inter amicos datæ.* Recteque libri veteres aliquot in Suetonii Aug. 40., *Servos non contentus multis difficultatibus a libertate, multoque pluribus a libertate justa, removisse.* Justa illa qui manumissi, plane pleneque liberi; qui altera, vinclo adhuc quodam, ut Tacitus ait, attinebantur servitutis. Immo retrahi poterant in servitutem. Fragmentum quoddam JC. veteris a Puteano., *Hi, qui domini voluntate in libertate erant, manebant servi: et manumissores audebant in servitute denuo eos per vim ducere. Interveniebat prætor, et non permittebat manumissum servire.* Et addit post: *Sed nunc habent propriam libertatem, qui inter amicos manumittuntur, et fiunt Latini Juniani.* Scite ergo ob hunc iteratæ (hæ sunt iterationes, quarum mentio Justin. Novell. 78.) servitutis metum Messenio servus apud Plautum, qui inter amicos manumissus subjicit Men. 5, 9, 88., *Sed meliore est opus auspicio, liber perpetuo ut siem.* Lips. De retractione in servitutem mox quæretur. Ern.

Pœnitentiæ, aut novo beneficio. Pœnitentiæ, ut retraheres in servitutem: beneficio, ut vindicta liberares. Ita apud Plinium epist. 7, 16., *Facile deflectet ad te, si voles vindicta liberare, quos proxime inter amicos manumisisti.* Lips. Non adsentior magno Lipsio, nec illo fragmento Puteaneo, quod ante ab ipso prolatum est, mihi persuaderi patior, ut tum patronis jus fuisse credam, libertatem, etiam non justam, adimendi. Libertorum coercitio tempore Augusti facta ap. præfectum Urb. ex lege Ælia Sentia, ut patet e fragmento ejus ap. Ulpian. l. 30. ff. qui et a quibus manumiss. Genera pœnarum traduntur in tit. ff. de præf. Urb. in primis §. 10. Sed in his nulla libertatis ademptio. Atque hæc ratio mansit, donec Claudius cœpit revocare ingratos in servitutem, sed decretis, non lege, ut ante dictum. Nam, si lex fuisset, frustra jam demum ea peteretur. Atque etiam alii imperatores post subinde duriora in libertos decrevere: nulla lege de libertatis amissione sancitum ante Commodi tempora. Is initium fecit statuendi, quæ ad libertatis amis-

vindicta patronus non liberaverit, velut vinculo servitutis adtineri. Dispiceret quisque merita, tardeque concederet, quod datum non adimeretur. » Hæc sententia valuit. Scripsitque Cæsar senatui, « privatim expenderent causam libertorum, quotiens a patronis arguerentur: in commune nihil derogarent. » Nec multo post ereptus

sionem vim facerent, l. 6. ff. §. 1. de agnosc. et alend. liberis. *Primum eos in potestatem patronorum redigi et ministerium dominis præbere cogi: sin autem nec hoc modo admoneantur, vel a præside emptori addicentur et pretium patronis addicetur.* Quæ contra disputat Cujacius Obs. 10, 33. refellit Gothofr. ad Cod. Theod. l. c. qui et alia loca legum affert, e quibus patet, post Commodi tempora libertatis ademptionem valuisse. Maxime perspicuus est locus, Paulli l. 10. ff. de manum. testam. §. 1. laudatus Schultingio in Jurispr. Ante-Just. p. 573. ed. Lips. *cum hodie placeat, libertatem adimi posse.* Atqui is vixit sub Severo et Caracalla. Si ergo Commodus *primum* sanxit, in potestatem patronorum redigi vendique libertos ingratos, et sui temporis id jus demum fuisse testatur Paullus, non potest jam Neronis tempore libertatis ademptio jure inducta fuisse. Quæ igitur est ista *pœnitentia?* Nempe, quæ opponitur *novo beneficio.* Qui libertatem non justam dat, spem tamen dat plenæ, sibique locum relinquit novi beneficii tribuendi. Itaque libertus patrono manet quodammodo obnoxius, et, ut post ait Tacitus, vinculo servitutis attinetur, nempe ob cupiditatem justæ libertatis. Pœnitentiæ est, non dare unquam justam libertatem, cujus spem feceris. Quod fit, si prioris beneficii pœnitet. Ern.

Quos vindicta patronus non liberaverit. Cur *vindictæ* tantum mentionem facit? Nempe, quia primo manumissionis per testamentum nulla hic ratio habenda erat, quod; qui sic manumissi sunt, post mortem patroni demum liberi fiunt, erga eum adeo ingrati esse non possunt: deinde manumissio per censum rarissime contingebat, cum census raro ageretur. Nam propterea censum omissum esse, quod, ut ap. Ciceronem Crassus ait de Or. 1, 40., *Ex jure civili potest esse contentio, cum quæritur, is, qui domini voluntate census sit, continuone, an ubi lustrum conditum, liber sit?* non puto. Per calumniam id quæri potuisse, credo: juris recepti id fuisse, ut revocari voluntas domini posset, cum jam census esset servus, sed nondum lustrum conditum, nego. Ern. L. un. C. de Latin. lib. toll. *Persona in quam simul et libertas et servitus concurrunt.* Qui proinde et servis et liberis accenseri poterant, eorum sortem Justin. *mediam* nominat. Canneg. de mut. Rom. nom. sub princ. rat. p. 36.

In commune nihil derogent. Muretus (et Acid.) *derogarent.* Recte: nam ante dixerat, *expenderent:* pendetque utrumque a *scripsit.* In hoc genere sæpe peccatum. V. ante not. 4. Recepit et Broterius. Ern. Codd. in his Bud. *derogent.* Bene Pichena: in his Tacitus non adeo religiosus.

amitæ libertus Paris, quasi jure civili; non sine infamia principis, cujus jussu perpetratum ingenuitatis judicium erat.

XXVIII. Manebat nihilominus quædam imago reip. Nam inter Vibullium prætorem et plebei tribunum Antistium ortum certamen, quod immodestos fautores histrionum, et a prætore in vincula ductos, tribunus « omitti » jussisset: comprobavere patres, incusata «Antistii licentia.» Simul prohibiti tribuni, « jus prætorum et consulum præripere, aut vocare ex Italia, cum quibus lege agi posset.» Addidit L. Piso, designatus consul, « ne quid intra domum pro potestate animadverterent: neve multam ab iis dictam quæstores ærarii in publicas

40. *Cum quibus lege agi possit. Quibuscum* cod. Agr. mox idem, *contentiones proprias exercere*, non *exercuit.*

Ereptus amitæ libertus. Zamiam ergo aliquando in nos molitus Ulpianus, cum scripsit l. 3. De condict. cau. data: *Neratius etiam libro Membranarum refert, Paridem pantomimum a Domitia Neronis filia, decem, quæ ei pro libertate dederat, repetisse per judicem.* Filiamque eam Neroni fecit, quæ est amita, magna sua librariive culpa. Sed librarium id peccasse, clementius est: scribendumque, *Neronis amita:* aut potius, *Neronis consilio*, quod firmat Tacitus, qui Neronis jussu patratum id ingenuitatis judicium ait. Lips. Brot. pro *amitæ* scribendum conjicit *Domitiæ.*

Vibullium. Vett. edd. omnes *Bibulium:* sed idem nomen est. Mox *et a prætore* omnes edd. Sed τὸ *et* supervacuum, quod et a MS. ap. Broterium abest. Ern.

Comprobavere patres. Int. prætoris factum, non tribuni, ut Muretus voluit, corrigens propter ea *non probavere*, quod placet Broterio. Ern. Item Ursino. Acid. volebat *composuere*, quod non plane displicet Lallem. Verum, puncto ante *comprobavere* posito, nil mutandum.

Prohibiti tribuni. Non mirum. Quippe qui nec Romæ vocationem habuerint, auctore Varrone: cujus verba in Agellii Noct. 13, 12. in Italia multo minus, quippe cum potestas eorum urbis duntaxat finibus terminaretur. Vide Dionys. 8, 87. Lips.

Quæstores ærarii. Redundat *ærarii:* sed tum sic mos loqui. Sic 1, 75. habuimus *prætores ærarios.* Nempe, ut non omnes prætores ærarii curam habent, nec omni tempore habuerunt, ita nec quæstores. Itaque discriminis caussa sic dicti. Ern.

tabulas ante quatuor menses referrent : medio temporis contra dicere liceret; deque eo consules statuerent. » Cohibita artius et ædilium potestas, statutumque, « quantum curules, quantum plebei pignoris caperent, vel pœnæ irrogarent. » Eo Helvidius Priscus, tribunus plebis adversus Obultronium Sabinum, ærarii quæstorem, contentiones proprias exercuit, « tanquam jus hastæ adversus inopes inclementer augeret. » Dein princeps curam tabularum publicarum a quæstoribus ad præfectos transtulit.

XXIX. Varie habita ac sæpe immutata ejus rei forma. Nam Augustus permisit senatui, deligere præfectos : dein, ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero prætorum, qui præessent. Neque id diu mansit, quia sors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius quæstores rursum imposuit, iisque, ne metu offensionum segnius consulerent, extra ordinem honores permisit. Sed deerat robur ætatis eum primum magistratum capessentibus. Igitur Nero prætura perfunctos et experientia probatos delegit.

XXX. Damnatus iisdem consulibus Vipsanius Lænas,

Medio temporis. Sic cod. Bud. alii *tempore*. Cf. Index.

Eo Helvidius. Sic libri omnes. J. Fr. Gron. *et* volebat. Recte. Mox *Obultronium* MSS. Flor. Bud. Guelf. *Oblutr.* At edd. vett. omnes ante Rhen. *Obutronius.* Jac. Gron. putat verum esse *Autronius.* Ern.

Varie habita, ac sæpe immutata. Quam varietatem breviter exposui, cum temporum luce, in Excurs. B. Illinc ad variam Taciti, plures locos pete. Lips.

Honores permisit. Sic omnes edd. vett. E cod. Fl. Pichena notat *promisit :* quod tacite recepit J. F. Gron. itemque Ryckius et J. Gron. estque et in Guelf. Ego *permisit* melius puto. Voluit enim dicere, dedit, mandavit, pro quo est *permisit.* Ern. Bud. quoque a 1. m. habebat *promisit.*

Igitur Nero prætura perfunctos. Omnes libri *præfectura :* quod vitiosum esse, omnes agnovere scribendumque *prætura :* primum recepit Pichena. Suet. Claud. 24. *Prætura functos* vocat, ubi v. Torr. Ern.

«ob Sardiniam provinciam avare habitam.» Absolutus Cestius Proculus repetundarum, cedentibus adcusatoribus. Clodius Quirinalis, « quod præfectus remigum, qui Ravennæ haberentur, velut infimam nationum, Italiam luxuria sævitiaque adflictavisset, » veneno damnationem antevertit. C. Aminius Rebius, ex primoribus peritia legum et pecuniæ magnitudine, cruciatus ægræ senectæ, misso per venas sanguine, effugit: haud creditus sufficere ad constantiam sumendæ mortis, ob libidines muliebriter infamis. At L. Volusius egregia fama concessit: cui tres et nonaginta anni spatium vivendi,

41. *Damnationem antevertit. Anteiit* bene cod. Flor. et Bud. — 42. *Misso per venas sanguine.* Lege *emisso.* Sic apud Lucanum 7, 625., *Quis cruor emissus perruperit aera venis.*

Antevertit. Bud. *anteiit.* Sic et Flor. teste Pichena.

Aminius Rebius. Libri vett. *C. Aminius.* Nescio an *Caninius Rebilus?* Certe (et doleo) ignotus mihi, quicumque hic laudatus jurisconsultus. Lips. Ed. pr. *Caminius Robius*, quod favet conjecturæ Lipsii. Ern. Bud. *Amminius Rebius.* Agr. *C. Annæus Rebius.* Si *Rebilus* legendum, erit *Caniniæ* gentis, ut ap. Liv. 42, 28. (*Cæs. B. civ. 1, 26.) Cf. Sen. de Benef. 2, 27. ubi *Rebilus* dives et infamis occurrit.

L. Volusius. De hujus senio Plinius 7, 49., *Nuper L. Volusius Saturninus omnium, quos in consulatu sententiam rogaverat, superstes fuit.* Præfectum eum urbi fuisse colligas ex altero Plinii loco ib. 12., *Nuper L. Volusio Saturnino in præfectura urbis exstincto, notum, e Cornelia Scipionum gentis, Volusium* (intellegit Plin. Q. Volusium, qui cos. a. 809.) *Saturninum, qui fuit consul, genitum post* 62. *annum.* Et de divitiis ejus Tacitus 14, 56., *Et, quantum Volusio longa parcimonia quæsivit, tantum in te mea liberalitas explere non potest.* Sed et tota Volusiorum domus dives. Tacitus 3, 30., *Volusio vetus familia, neque tamen præturam egressa; ipse consulatum intulit.... opumque, quis domus illa immensum viguit, primus accumulator.* Lips. Mox Lipsius malebat *amicitia* pro *malitia.* Alias sane noster loquitur sic, pluriumque impp. amicitia floruisse homines dicit. Vellem viri docti, qui contra Lipsium disputarunt, unum locum attulissent, quo probassent, *offensam malitiam* latine dici, et hoc sensu, quem hic locus desiderat. Si vera est lectio vulgata, intelligenda est sic: inoffensis tot principibus, qui tanta malitia essent, ut a viro bono facile offenderentur. Ern. De Volusio adde Colum. 1, 7. Lipsii *amicitia* probat Lallem.

præcipuæque opes bonis artibus, inoffensa tot imperatorum malitia fuit.

XXXI. Nerone secundum, L. Pisone consulibus, pauca memoria digna evenere: nisi cui libeat, laudandis fundamentis et trabibus, quis molem amphitheatri apud Campum Martis Cæsar exstruxerat, volumina implere: cum ex dignitate populi romani repertum sit res illustres annalibus, talia diurnis urbis actis mandare. Ceterum coloniæ, Capua atque Nuceria, additis veteranis firmatæ sunt: plebeique congiarium quadringeni numi viritim dati, et sestertium quadringenties ærario illatum est,

43. *Præcipuæque opes.* Puto, *quæsitæque opes bonis artibus, inoffensa tot imperatorum avaritia malitia fuere.* Cod. Agr. *militia.* — 44. *Repertum sit.* Cave mutes. Vide nos 1, 10. Deinde cod. Agr. *res illustres scribendas annalibus.*

Molem amphitheatri. Quod totum e ligno struxit. Sueton. c. 12. Vide librum nostrum, si placet, de amphitheatro. Lips. *Extruxerat* cod. Flor. (Bud.) Agr. Guelf. Edd. pr. Rhen. et seqq. At Puteol. cum sequacibus, h. e. Rivio, Beroaldo et Alc. *extruserat;* quod erat in Put. vitium operarum. *Adstruxerat*, quod est in ed. J. F. Gron. servavitque Ryckius, simile vitium puto, cum J. Gronovio. Sed videtur etiam corrigendum *extruxerit.* Alias quidem sic noster, eaque est legitima ratio. Supra c. 20. *Nos quæ diversa prodiderint, sub nominibus ipsorum trademus*. et sic alibi. Mox ed. pr. post *res illustres* addit *scribendas.* Ern. De amphitheatro v. Plin. 16, 40.

Diurnis urbis actis. Cf. de his 16, 22.

Quadrageni numi. Illiberalis liberalitas. Corrigo, *quadringeni:* et do auctorem Suet. 10. *Divisis populo viritim quadringenis nummis, senatorum nobilissimo cuique.* Lips. Altera summa decem Philippos vel ducatones, altera unum facit. Gron. Sic cod. Fl. Guelf. edd. pr. Puteol. et seqq. omnes: nisi quod fere *quadrigeni* exhibent: ex quo male factum *quadrageni*, quod est in Lips. Etiam ap. Suet. Ner. 10. in eadem re sic variatur, ut *quadrigeni* sit in scr. pro *quadringenis.* V. Oudend. Ern. Bud. *quadrigenti.*

Sestertium quadringenties. Alciatus subintelligi vult *centena millia.* Quadringenties centena millia nummum, summa quadringenties sestertio eadem est. Et tamen quum dicitur, *quadringenties sestertium*, non intelliguntur *centena millia*, sed tantummodo *centenum.* Nam in omnibus, quæ per adverbia sic enuntiantur, a *decies* usque in infinitum siletur intelligiturque *centenum.* Vocabulum autem *sestertium* significat pondus mille numorum; quot scilicet numi sestertii in argentum sestertium vel libram argenti sestertiam, hoc est, duas et selibram, imputa-

ad retinendam populi fidem. Vectigal quoque quintæ et vicesimæ venalium mancipiorum remissum, specie magis, quam vi : quia, cum venditor pendere juberetur, in partem pretii emptoribus accrescebat. Edixit Cæsar, «ne quis magistratus aut procurator, qui provinciam obtineret, spectaculum gladiatorum aut ferarum, aut quod aliud ludicrum ederet.» Nam ante non minus tali largitione, quam corripiendis pecuniis, subjectos adfligebant; dum, quæ libidine deliquerant, ambitu propugnant.

bantur. Igitur *quadringenties sestertium*, et *quadringenties centena sestertia*, et *quadringenties centena millia numum sestertium*, idem. Errat non minus Alciatus, cum *decies æris* dici breviter pro decem millibus æris probat ex loco Livii, in quo cum scribitur, *qui supra CCC. millia usque ad decies æris*, ex proximo subaudiendum, quod deest, nemo non videt. Vide Pecuniam Vet. 2, 5. Gron.

Vectigal quoque quintæ et vicesimæ. Ampla populi rom. vectigalia : nullum, censeo, amplius eo, quod e servis, libertisque. Rem eam paullo uberius a capite mihi tractanti, aut gratia aut venia esto. Antiquissimum vectigal vicesimæ reperio, quæ ad libertos. Institutum a. U. 397. C. Marcio, Cn. Manlio coss. Livius 7, 16., *Ab altero consule* (Cn. Manlio) *nihil memorabile gestum, nisi quod legem novo exemplo ad Sutrium in castris tributim, de vicesima eorum, qui manumitterentur, tulit. Patres, quia ea lege haud parvum vectigal inopi ærario additum esset, auctores fuerunt.* Ea vicesima semper exhinc exercita, ad tempora principum inferiorum. Itaque non infrequens memoria in libris. Ab hac aurum vicesimarium derivo, quod in sanctiore ærario : de quo Livius 27, 10., *Consulibus aurum vicesimarium, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus servaretur, promi placuit.* Plura ad hoc vectigal, in Excursu C. et quæ ad Tacitum faciunt, vide. Lips. Ubi etiam vide a nobis notata. Ceterum remissum est hoc vectigal in gratiam civium rom. qui fere emptores : venditores externi : ut bene monet Pichena. Ern. De *Vicesima* v. Cujacii observ. 6. 28.

Qui provinciam. Sic correxit Rhen. ex ingenio. Ante erat *in provincias*, vitiose, ut in Guelf. Ern. In Bud. erat a 1. m. *in provincia*, omisso *qui*. Sic et Puteol.

Tali largitione. Int. ludis edendis, in quibus pecuniæ profusio et largitio; quia sumptus fit in gratiam populi. Hanc ipsam largitionem vocat mox *ambitum*, h. e. benevolentiæ et gratiæ aucupationem, per quam consequuntur, ut ab adcusatione tuti sint. Per *libidinem* intellige non modo Venerem improbam, sed etiam injustitiam, sævitiam, maxime avaritiam. Ern.

Propugnant. Ven. *propugnabant*. Sic et Bud. a 2. m.

XXXII. Factum et S. C. ultioni juxta et securitati, « ut, si quis a suis servis interfectus esset, ii quoque, qui testamento manumissi sub eodem tecto mansissent, inter servos supplicia penderent. » Redditur ordini L. Varius, consularis, avaritiæ criminibus olim perculsus. Et Pomponia Græcina, insignis femina, Plautio, qui ovans se de Britanniis retulit, nupta, ac « superstitionis externæ » rea, mariti judicio permissa. Isque prisco instituto, propinquis coram, de capite famaque conjugis cognovit,

45. *Qui ovasset de Britannis, nupta.* Sic cod. Agr.

Factum SC. Quod Pisonianum dictum, in l. senatus. De SC. Silan. et Neronianum a Paullo, Sentent. 3, 5. Certe conditum vulgatumque est Nerone II. et Pisone coss. Latum ea de re et antea sub Augusto, P. Cornelio Dolabella, et C. Silano coss. unde nomen SC. Silaniani; sed minus plene. Dixerunt plura ante me Vertranius hoc loco, et J. Cujacius Observ. 1, 18. Lips.

Lurius Varius. MS. Flor. (Bud.) Guelf. edd. omnes ante Rhen. *Lurius.* Rhen. dedit *Lusius* forte ex 11, 31. 12, 42. Credo, cum Ursino et Mureto, legendum *L. Varius.* ut est in MS. Agr. Interim antiquam scripturam restitui cum J. Gronovio, qui fallitur, cum Beroaldum primum sic edidisse dicit. *Lurii* in inscr. antiquis passim occurrunt, sed est nomen gentile, ut *Variorum.* Ern. Nullum dubium, quin cod. Agr. veram lectionem habeat, quod et Acidalio visum.

Pomponia Græcina. Soror filiave Pomponii Græcini, qui consul sub Augusto: et ad quem Elegiæ Ovidii. De Ponto 1, 6. 2, 6. 4, 9. Lips. Filiam Ryckius putat. Ern.

Qui ovans se de Britanniis retulit. Virg. Georg. 4. 180., *Fessæ multa referunt se nocte minores.* Et Æn. 7. 286., *Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis Sæva Jovis conjux.* Horat. Sat. 1, 6, 114., *Inde domum me Ad porri et ciceris refero laganique catinum.* Gron. Hæc Alciato opposita, corrigenti *quem de Britannis ovasse retuli.* Groslotius e libro edito laudat *ovationem*, sed et illud probat. MS. Guelf. *Britannis.* Ern.

Superstitionis externæ rea. Christianismi credo accusatam hanc feminam, sive, ut tunc confundebant, Judaismi. Non ergo superstitionis, sed religionis. Etsi universe fateor, genus hoc ad θρησκείαν et inanem externumque cultum nimis pronum. Strabo l. 7. p. 297. pulchre et ex Veri adyto: "Απαντες γὰρ τῆς δεισιδαιμονίας ἀρχηγοὺς οἴονται τὰς γυναῖκας. Αὗται δὲ καὶ τοὺς ἄνδρας προκαλοῦνται πρὸς τὰς ἐπιτελέσεις θυσιῶν τῶν θεῶν καὶ ἑορτὰς καὶ φοιτισμούς· σπάνιον δ' ἐστὶ ἀνὴρ καθ' αὑτὸν ζῶν εὐρίσκεται τοιοῦτος. Lips. Sic censent et alii, Rhenanus, Agricola, Ryckius. Ern. Christianæ religioni tum frequens ista macula inusta. V. 15,

et insontem nuntiavit. Longa huic Pomponiæ ætas, et continua tristitia fuit. Nam post Juliam, Drusi filiam, dolo Messallinæ interfectam, per quadraginta annos, non cultu, nisi lugubri, non animo, nisi mæsto, egit. Idque illi, imperitante Claudio, impune, mox ad gloriam vertit.

XXXIII. Idem annus plures reos habuit. Quorum P. Celerem, adcusante Asia, quia absolvere nequibat Cæsar, traxit, senecta donec mortem obiret. Nam Celer, interfecto, ut memoravi, Silano, proconsule, magnitudine sceleris cetera flagitia obtegebat. Cossutianum Capitonem Cilices detulerant « maculosum fœdum-

46. *Traxit, senecta.* An *senatus-consultum?*

44. Suet. Ner. 16. Plin. ep. 10, 97.

Insontem nuntiavit. Ita libri omnes: nisi quod Ursinus e cod. vet. laudat *pronunciavit.* Fides sit penes auctorem, ut aiunt. Ceterum ita legendum et alii censent. Forte *judicavit* fuit. Sed vulgatum defendi potest sic: Neroni et senatui, caussa cognita, nunciavit, insontem repertam esse. Ern. *Pronuntiavit* probant Mur. Acid. Brot. Contra Hill. Rac. 38. malit *enuntiavit.*

Post Juliam Drusi filiam. Duas enim Julias Claudius sustulit, suasu sive jussu Messallinæ: alteram Drusi, alteram Germanici prolem. Suet. 29. et Dio 60, 8. et 18. Seneca in Ludo. Lips.

Per quadraginta annos. Luctus hic, ut clarum, ob Juliam interfectam. Ab ejus ergo cæde quadraginta anni? Falsum. Nam et cæsa paullo ante expeditionem Claudii in Britanniam; uti e Dione liquebit tibi. Scribe fidejubente me, *quatuordecim annos.* Mors enim Juliæ in annum incidit urbis 716. a quo ad hunc Neronis consulatum justi 14. anni. Lips. At bene Gruterus et Freinsh. monent, non tempus intelligi, quod a cæde illa ad hunc usque annum effluxerit, sed usque ad mortem feminæ, quam longævam fuisse dicit. Male ergo *quatuordecim* in textum recepit Pichena. Ern.

Ad gloriam vertit. Sic absolute, ut alias.

Traxit senecta. Faernus corrigebat *sententiam*, probante Ursino. Male: cum clarum sit, *traxit* referri ad *P. Celerem.* Immo interpunge: *traxit, senecta donec.* Ern. Interpunctum ita in Bud.

Ut memoravi. Supra c. 1.

Cossutianum Capitonem Cilices. Hunc aut alium sui ævi intelligi Juvenalis voluit sat. 8, 9. 2. *quam fulmine justo Et Capito et Tutor ruerint damnante senatu, Piratæ Cilicum.* Sed magis certo Fabius 6, 1, 14., *Egregie nobis adolescentibus dixisse adcusator Cossutiani Capitonis vide*

que, et idem jus audaciæ in provincia ratum, quod in urbe exercuerat.» Sed pervicaci adcusatione conflictatus, postremo defensionem omisit, ac lege repetundarum damnatus est. Pro Eprio Marcello, a quo Lycii res repetebant, eo usque ambitus prævaluit, ut quidam adcusatorum ejus exsilio multarentur, « tanquam insonti periculum fecissent. »

XXXIV. Nerone tertium consule, simul iniit consulatum Valerius Messalla, cujus proavum, oratorem Corvinum, D. Augusto, abavo Neronis, collegam in eo magistratu fuisse, pauci jam senum meminerant. Sed nobili familiæ honor auctus est, oblatis in singulos annos quingenis sestertiis, quibus Messalla paupertatem innoxiam sustentaret. Aurelio quoque Cottæ et Haterio Antonio annuam pecuniam statuit princeps, quamvis per luxum avitas opes dissipassent. Ejus anni principio,

47. *A quo Lycii res repetebant. A quo Ligures repetebant*, cod. Agr. recte, ut opinor. Sic repetundarum crimen.

batur, græce quidem, sed in hunc sensum : Erubescit Cæsarem timere. Lips. *Maculosum fœd.* v. ad Hist. 2, 30. Ern.

Eprio Marcello. Ad hunc Eprium Marcellum Seguinus sel. NN. p. 103. Recte refert numum, in quo hinc ΘΕΟΝ ΣΥΝΚΛΗΤΟΝ, illinc ΕΠΙΡΙΩ ΜΑΡΚΕΛΛΩ Γ. ΑΝΘΥ. in area ΚΥ. quem Cypriis tribuit. Verum Eckhel. D. NN. vet. vol. 2, p. 493. ostendit, ad Cymen spectare Æolidos.

Insonti periculum fecissent. Sic loquitur etiam 16, 19. Mox Puteol. cum Ber. et Alc. *init.* Ed. Rhen. etc. *iniit.* Ern. Cf. et 14, 28. Alios *facessere per.* ut 1, 74. H. 4, 43.

Iniit consul. Sic Rhen. e Bud. Puteol. *init.*

Val. Messalla. Pater ejus cos. a. 773. avus a. 751. proavus Corvinus a. 723. Cf. 3, 2.

Cujus proavum oratorem. Vulgo *auctorem*, pessime. Lips. Ed. pr. et sequentes omnes veteres *oratorem.* In Gryph. primum reperi *auctorem*, quod unde ductum sit, nescio. Ern. Bud. *oratorem.*

In singulos annos quingenis sestertiis. Hunc ergo Suet. intellexit 10. *Senatorum nobilissimo cuique annua salaria, et quibusdam quingena constituit.* Lips.

Aurelio Cottæ. Cos. is a. 773. Cf. 3, 2. et 17.

Haterio Antonio. Cos. a. 806. Cf. 13, 58.

Avitas opes. Vulgo, *habitas*, ut-

mollibus adhuc initiis prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter sumitur: quia nec Vologeses sinebat, fratrem Tiridaten dati a se regni expertem esse, aut alienæ id potentiæ donum habere: et Corbulo dignum magnitudine populi romani rebatur, parta olim a Lucullo Pompeioque recipere. Ad hæc Armenii, ambigua fide, utraque arma invitabant, situ terrarum, similitudine morum Parthis propiores, connubiisque permixti, ac libertate ignota, illuc magis ad servitium inclinantes.

XXXV. Sed Corbuloni plus molis adversus ignaviam militum, quam contra perfidiam hostium erat. Quippe Syria transmotæ legiones, pace longa segnes, munia Romanorum ægerrime tolerabant. Satis constitit, fuisse in eo exercitu veteranos, qui non stationem, non vigilias inissent: vallum fossamque, quasi nova et mira, viserent; sine galeis, sine loricis, nitidi et quæstuosi, militia

48. *Acriter sumitur.* Præstat *resumitur.* — 49. *Munia Romanorum.* Lege *romano more.* — 50. *Quasi nova et mira. Quasi et nova et mira*, cod. Agr. Forte, *ut nova ita mira.*

rore tralatitio. Lips. Vid. ad 11, 35. Ern.

Mollibus adhuc initiis prolatatum. Restituisse se (e Bud.) *prolatatum* pro vulg. *prolatum* dicit Rhen. At illud ed. pr. Puteol. Sed ed. Beroaldi, forte operarum vitio, et Alciati *prolatum*. Sic tamen et MSS. Agr. Guelf. Ern.

Illuc magis. Sic ed. pr. ceteræque omnes: Rhen. *illic* malebat, Lipsius *illud*. Immo *illuc* verum est. *Illuc*, ad Parthos, hoc est, *ad servitium*. Sed aut *ad servitium* spurium est, aut addendum *et*, vel *adque* legendum. Ern. Bud. *illuc*.

Munia Romanorum. Freinsh. corrigit *armorum*: probatque Ryckius. Jac. Gronovius putat fuisse *Ro. armorum*, inde factum *Romanorum*. *Militia*, *disciplina*, sane *romana* sæpe occurrit, asperitatis indicandæ caussa. Horat. Serm. 2, 2, 10., *Si romana fatigat militia adsuetum græcari.* Ern.

Nitidi et quæstuosi. Compti et ornati more urbanorum et molliorum. Quamquam Cæsar etiam suos milites *nitere* posse dicebat. Dein negotiantes in oppidis, de more Romanorum, qui in provincia essent. Mox Guelf. *Galatiamque.* Ern. Flor. *Galiciam.* Bud. a 1. m. *Galitiam.* Gron. forsan *Ciliciam.* Sed v. 15, 6.

per oppida expleta. Igitur dimissis, quibus senecta aut valetudo adversa erat, supplementum petivit. Et habiti per Galatiam ac Cappadociam delectus. Adjectaque ex Germania legio, cum equitibus alariis, et peditatu cohortium : retentusque omnis exercitus sub pellibus, quamvis hieme sæva adeo, ut obducta glacie, nisi effossa humus, tentoriis locum non præberet. Ambusti multorum artus vi frigoris, et quidam inter excubias exanimati sunt. Annotatusque miles, qui fascem lignorum gestabat, ita præriguisse manus, ut oneri adhærentes, truncis brachiis deciderent. Ipse cultu levi, capite intecto, in agmine, in laboribus, frequens adesse : laudem strenuis, solatium invalidis, exemplum omnibus ostendere. Dehinc, quia duritiam cæli militiæque multi abnuebant, deserebantque, remedium severitate quæsitum est. Nec enim, ut in aliis exercitibus, primum alterumque delictum venia prosequebatur, sed, qui signa reli-

51. *Ipse cultu levi. Cultu avi* cod. Agric. *cultu vili* lege. Sic Ovidius Her. Ep. 15, 75., *Veste tegor vili, nullum est in crinibus aurum. Vilis vestis* etiam est apud Lucanum *levis cultus.* Contra Ovid. Am. 2, 10, 5., *operosæ cultibus ambæ. Levis cultus, levis armatura*, Lucan. 7, 508. — 52. *Signa reliquerat. Reliquerant* et *luebant* cod. Agr.

Senecta. Flor. et Bud. *senectus.*

Ambusti m. artus vi frig. Sic *frigus adurere* dicitur Virg. Georg. 1, 93; et *nives urere.* Lucan. 4, 52. Cf. Aristot. Meteor. 4, 5.

Ita præriguisse manus. Significat, ipsas manus, frigore præmortuas, una cum fasce devolutas vel abjectas. Negat aut ridet vir quidam, scriptis et genere nobilis, (Mich. Montanus) olim mihi serio inter amicos. Atquin et Dio notat in illo tractu vim frigoris esse (49, 31. actis a. 718.) et Annales Turcici (ex vers. Leunclavii ad a. mox cit.) *Supra Trebizium Soleimanni milites, cum Parthos insequerentur, tanto frigore oppressos, ut plurimi manus pedesque amitterent.* Hoc nostro ævo factum a. 1535. neque igitur sic mirandum illud Taciti, aut ridendum. Scio, et a gnaris similia aut majora asseri, qui in septemtrione fuerunt. Lips. *Deciderent* ed. pr. Rhen. (e Bud.) et seqq. At Puteol. Ber. Alc. *recciderent*, male. Ceterum, *præriguisse* non cohæret præcedentibus, scribendumque videatur: *annotatumque, militi, qui* etc. nisi ex *annotatus* intelligas, *notatum est ei*, vel simile

querat, statim capite pœnas luebat. Idque usu salubre et misericordia melius adparuit. Quippe pauciores illa castra deseruere, quam ea, in quibus ignoscebatur.

XXXVI. Interim Corbulo, legionibus intra castra habitis, donec ver adolesceret, dispositisque per idoneos locos cohortibus auxiliariis, ne pugnam priores adirent, prædicit. Curam præsidiorum Pactio Orphito, primipili honore perfuncto, mandat. Is, quamquam incautos barbaros, et bene gerendæ rei casum offerri scripserat, « tenere se munimentis, et majores copias opperiri, » jubetur. Sed rupto imperio, postquam paucæ e proximis castellis turmæ advenerant, pugnamque imperitia poscebant, congressus cum hoste funditur. Et damno ejus exterriti, qui subsidium ferre debuerant, sua quisque in castra trepida fuga rediere. Quod graviter Corbulo accepit : increpitumque Pactium et præfectos militesque « tendere omnes extra vallum » jussit. Inque ea contu-

quid ; quod sane durius est. Ern.

Priores adirent, prædicit. Probum, quod in romano libro est, *priores auderent.* Vellem etiam *edicit.* Lips. MS. Fl. *audirent.* Agr. Guelf. *adirent.* et sic edd. omnes ante Pichenam. Nam Lipsius *auderent* non in textum recepit : quem imitatus sum. Cum *inire pugnam*, *adire labores*, *discrimen* et similia dicantur, cur non etiam *adire pugnam ?* Non necessaria periculi significatio in tali edicto. Liv. 8, 6. *edicunt consules, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret :* et si esset, in verbo *adeundi* quoque exprimeretur. Nec juvat cod. Flor. Nam *adire* et *audire* in MSS. confunduntur, ut supra notatum, et alii notarunt. Porro *edicere* est quidem verbum ordinarium in tali re, sed etiam *prædicere.* Liv. 23, 19. *quia prædictum erat dictatoris, ne quid absente eo rei gereret.* Quod recte defendit Gronovius, hoc ipso Taciti loco allato. Ceterum romanum librum intelligo MS. Vaticanum. Nam ed. pr. quam alibi vocat romanum librum, habet *adiret.* Ern. Bud. *adirent.* Pichenæ *auderent* recepere Lall. Brot. Bip. Probat et Mod. ep. 99.

Pactio Orphito. Paccii et *Pacciæ* satis frequentes in vetustis lapidibus. Gron. Muretus volebat *P. Attio.* Ern.

Tendere omnes extra vallum. Quod pœnæ militaris genus antiquum. Livius 10, 4., *Cohortes, quæ signa amiserant, extra vallum sine tentoriis destituit.* Valerius 2, 7, 15., *Neve quis eorum intra castra ten-*

melia detenti, nec, nisi precibus universi exercitus, exsoluti sunt.

XXXVII. At Tiridates, super proprias clientelas, ope Vologesi fratris adjutus, non furtim jam, sed palam bello infensare Armeniam, quosque fidos nobis rebatur, depopulari, et, si copiæ contra ducerentur, eludere, huc quoque et illuc volitans, plura fama, quam pugna, exterrere. Igitur Corbulo, quæsito diu prœlio, frustra habitus, et exemplo hostium circumferre bellum coactus, dispartit vires, ut legati præfectique diversos locos pariter invaderent. Simul regem Antiochum monet, « proximas sibi præfecturas petere. » Nam Pharasmanes,

53. *Inque ea contumelia. Quin ea in contumelia* præstiterit puto. — 54. *Huc quoque et illic volitans.* A Cornelii manu esse opinor *hucque et illuc volitans.* — 55. *Præfecturas petere. Péteret.* Tum *proditore sui.* Tò *sui* abest ab Agr. Medic. et aliis scriptis. Puto *proditionis reo.*

deret, neve locum extra assignatum vallo aut fossa cingeret, neve tentorium ex pellibus haberet. Vide et Polyb. 6, 36. Sed proprie de hac ipsa re sic Frontinus Strat. 4, 1, 20., *Domitius Corbulo in Armenia duas alas et tres cohortes, quæ ad castellum initio hostibus cesserant, extra vallum jussit tendere.* Lips. Mox Rhenano placet *diuque ea contumelia:* sufficere videtur *detenti*, quod moram indicat. Suspicio tamen corruptelæ nascitur ex ed. pr. quæ exhibet *quandoque.* Ern. Bud. receptam lectionem habet. Similis struendi ratio 11, 2. 15, 44.

Huc quoque et illuc volitans. Lego primum *hucque et illuc* deinde, ut in libro opt. *pugna exterrere.* Vera sententia, scriptioque. Nam hoc ait, Tiridatem ostendisse potius arma, quam intulisse: et plura exterruisse adventus sui fama, quam pugna. Lips. Optime Lipsius: *hucque et illuc volitans, plura fama quam pugna exterrere.* Sic 15, 38. *arctis itineribus hucque et illuc flexis.* Nam in illo *extrahere* nihil sani sensus, quicquid conetur Salinerius. Gron. *Exterrere* MS. Flor. Guelf. edd. pr. Put. Ber. Alc. *Extrahere* recepit Rhen. (e Bud.) et seqq. usque ad Pich. MS. Corb. *exercere*, quod placet Broterio. Ern. Rhen. putabat *extrahere* temporis moram indicare.

R. Antiochum. Commagenæ regem, ut supra dictum 13, 7. Lips. Hoc ordine MS. Fl. edd. vett. ante Rhen. in cujus ed. casu transposita verba. Veterem ordinem J. Gron. restituit. Sed leve hoc, nec audax error, ut ille ait, suetus in minutiis tragœdiari. *Præfecturæ* autem sunt partes Armeniæ, quibus sui præfecti, satrapæ, ut supra jam vidimus 11, 8. Adde mox c. 39. Ern.

Pharasmanes. Rex Iberiæ 11, 8.

interfecto filio Rhadamisto, « quasi proditore, » quo fidem in nos testaretur, vetus adversus Armenios odium promptius exercebat. Tuncque primum illecti Insechi, gens ante alias socia Romanis, avia Armeniæ incursavit. Ita consilia Tiridati in contrarium vertebant. Mittebatque oratores, qui suo Parthorumque nomine expostularent; « cur datis nuper obsidibus, redintegrataque amicitia, quæ novis quoque beneficiis locum aperiret, vetere Armeniæ possessione depelleretur? Ideo nondum ipsum Vologesen commotum, quia caussa, quam vi agere mallent. Sin perstaretur in bello, non defore Arsacidis virtutem fortunamque, sæpius jam clade romana expertam. » Ad ea Corbulo, satis comperto, Vologesen defectione Hyrcaniæ adtineri, suadet Tiridati, « precibus Cæsarem adgredi: posse illi regnum stabile et res

56. *In contrarium vertebantur. Vertebant* puto. Sic infra c. 46.

Proditore suo. Scribo, *sui.* Lips. Pronomen abest a MS. Fl. Et potuit nasci e sequente *quo.* Ern. *Suo* non habet cod. Agr. habet Bud. Rectius abest.

Tuncque primum illecti Insechi. Copula est e Flor. addita a Pichena: est etiam in Guelf. Priores edd. omnes *quoque.* In nomine variant libri. MS. Vat. *Insechi:* Flor. *Insochi,* auctore J. Gron. Pichena legit *Insechi.* Ed. pr. *Insichi.* Ceteræ omnes ante Pichenam *Isichi.* J. Gron. recepit *Insochi,* quod verbum etiam inseruit Melæ 1, 19. 79. nescio, quam bene. Apud Stephanum quidem male e Ταύχοις facit Ἰνσύχους, ut eum inspicienti facile patebit. *Insechi* et *Insichi* idem nomen. Ern. Pontici populi ap. Steph. — * Cf. St.-Martin. *Mém. sur l'Arménie, p.* 127. Paris, 1818. 8. N. E.

Ante alias socia. Nostro scilicet tempore socii et fidi super alios: etsi tunc illecti. Ita possis capere, fateor: nec displicet tamen meum vetus: *gens haud alius.* Lips.

In contrarium vertebant. Sic MS. Fl. Agr. ed. pr. ut voluerat Muretus. Et sic sæpe Tacitus. Ceteræ edd. usque ad Ryck. (it. cod. Bud.) *vertebantur.* Mox edd. ante Pichenam omnes (et Bud.) *mallet. Mallent* est e Fl. Item post additum ex eodem *jam,* ut Mureto placuerat. Idque est etiam in ed. pr. et MS. Corb. (et Bud.) Ern.

Redint. amicitia. Huc advocat Vaill. in NN. Col. sub M. Aurelio, t. 1, p. 180. numum Carrharum Mesopot. quo se cives ejus Φιλορωμαίους prædicant. Cf. et

incruentas contingere, si, omissa spe longinqua et sera, præsentem potioremque sequeretur. »

XXXVIII. Placitum dehinc, « quia, commeantibus invicem nuntiis, nihil in summam pacis proficiebatur, colloquio ipsorum tempus locumque destinari. Mille equitum præsidium, » Tiridates, « adfore sibi, » dicebat; « quantum Corbuloni cujusque generis militum adsisteret, non statuere, dum, positis loricis et galeis, in faciem pacis veniretur. » Cuicumque mortalium, nedum veteri et provido duci, barbaræ astutiæ patuissent. Ideo artum inde numerum finiri, et hinc majorem ad-

57. *Ideo arma non numerum finiri.* Cod. Agr. *tum, et hinc majorem inferri.* Bene.

Eckhel D. N. N. vet. vol. 3, p. 506.

Nihil in summa pacis. Faernus (probante Urs. Acid.) volebat *in summam pacis.* Muretus *in summam* (deleto *pacis*). *In summam pacis* verum est, idque non dubitavi recipere. Liv. 3, 61. *parvaque certamina in summam totius profecerant spei:* ubi plures codd. *in summa.* V. ibi Drakenb. qui pluribus exemplis illustrat. Adde Gron. ad Senec. Controv. 1. præf. Potest quidem etiam dici *in re aliqua proficere*, sed de re præsenti, ut *in literis proficere:* ubi de re futura sermo, accusativus necessarius est. Adde etiam Hist. 2, 16. ubi *in summam* recte recepit Freinsh. et seqq. Vide ergo inconstantiam virorum doctorum. Ern. Bud. *in summa.*

In faciem pacis ven. I. e. ut esset species et imago quædam pacis, non belli. Sic *facies* sæpe, et tota constructio Tacito frequens. Ern.

Veteri et provido duci. Cujus eruditionis etiam et studii in literis signum, quod Plinius aliquotiens Corbulonem inter auctores laudat, quorum opera usus, uti iudice lib. 5. et 6. Patrem egregio viro fuisse suspicor Pomponium, aut Orfitum, suadente Plinio 7, 4., *Vestilia, C. Herdicii ac postea Pomponii Orfiti* (scribe ex libris, *Pomponii atque Orfiti*) *clarissimorum civium conjux, ex his quattuor partus enixa, Sempronium septimo mense genuit, Suilium Rufum undecimo, Corbulonem septimo, utrumque consulem: postea Cæsoniam Caii principis conjugem, octavo.* Lips. Mox *barbaræ astut.* more poetarum dixit, pro *barbari astutiæ.* Et similia jam vidimus, in quibus viri docti hæsere. Ern.

Majorem afferri. Si me audis, scribe *et hinc majorem ferri.* Hoc est, permitti, concedi, tolerari. Gron. MS. Agr. *offerri*, ut Danesius et Acidalius voluerant: idque recepit Ryckius. Ed. pr. locum sic exhibet: *ideo artum non numerum finiri, et huic majores afferri.* Gronovium sequor. Ern. Gron. tamen id *ferri* in textum non recepit. Ast Guerinus, Bahrdt, aliique interpretes expressere. Bud. *afferri.*

17.

ferri, ut dolus pararetur. Nam equiti, sagittarum usu exercito, si detecta corpora objicerentur, nihil profuturam multitudinem. Dissimulato tamen intellectu, « rectius de his, quæ in publicum consulerentur, totis exercitibus coram dissertaturos, » respondit. Locumque delegit, cujus pars altera colles erant, clementer adsurgentes, accipiendis peditum ordinibus; pars in planitiem porrigebatur, ad explicandas equitum turmas. Dieque pacto, prior Corbulo socias cohortes et auxilia regum pro cornibus, medio sextam legionem constituit; cui accita per noctem, aliis ex castris, tria millia tertianorum permiscuerat, una cum aquila, quasi eadem legio spectaretur. Tiridates, vergente jam die, procul adstitit, unde videri magis, quam audiri, posset. Ita, sine congressu, dux romanus abscedere militem, sua quemque in castra, jubet.

XXXIX. Rex, sive fraudem suspectans, quia plura simul in loca ibatur, sive, ut commeatus nostros Pontico mari ac Trapezunte oppido adventantes, interciperet, propere discedit. Sed neque commeatibus vim facere potuit, quia per montes ducebantur, præsidiis nostris insessos : et Corbulo, ne irritum bellum traheretur, ut-

58. *Procul astitit.* Cod. Agr. *abstitit.* Sic Virg. passim. Vide Rhenanum ad c. 56. — 59. *Abscedere militem.* Scribe *abscedere milites sua quemque in castra jubet.* Sic H. 4, 62., *paventes quisque. Vincti quisque* Ann. 1, 44. 15, 35. *objectantes* Hist. 2, 44.

Ut dolus pararetur. Sic MSS. Flor. Bud. Guelf. ed. pr. Pichena. Intermediæ omnes edd. *patraretur.* Sequentes *parar.* quod verum, et Tacito usitatum. Mox *nam* abest MSS. tribus ap. Broterium (et a Bud.) Ern. Rhen. laudat *pararetur*, nec tamen recepit.

Dissimulato tamen intellectu. Ad Taciti phrasim magis, *intellecta.* Lips. Acidalius : *intellectum.* Quasi necessarium, Tacitum semper eodem modo loqui. Immo *intellectu* exquisite dictum, nec *intellecta* mutasset librarius. Ern.

Quasi eadem legio. Int. cujus esset ista aquila : tertianorum. Sed in MS. Guelf. non est *eadem.* Melius fortasse. Ern.

que Armenios ad sua defendenda cogeret, exscindere parat castella. Sibique, quod validissimum in ea præfectura, cognomento *Volandum*, sumit; minora Cornelio Flacco legato, et Insteio Capitoni castrorum præfecto, mandat. Tum, circumspectis munimentis, et quæ expugnationi idonea, provisis, hortatur milites, « ut hostem vagum, neque paci aut prælio paratum, sed perfidiam et ignaviam fuga confitentem, exuerent sedibus, gloriæque pariter et prædæ consulerent. » Tum, quadripartito exercitu, hos in testudinem conglobatos, subruendo vallo inducit, alios scalas mœnibus admovere, multos tormentis faces et hastas incutere jubet. Libratoribus funditoribusque adtributus locus, unde eminus glandes torquerent; ne qua pars subsidium laborantibus ferret, pari undique motu. Tantus inde ardor certantis

60. *Paci aut prælio paratum. Sat paratum* malo. Mox cod. Agr., *sed perfidia et ignavia fuga confidentem.* Non male.

Sibique quod. MS. Guelf. non habet *quod.* Ern.

Cognomento Volandum. Sic ed. pr. ut e cod. Bud. edidit Rhen. et post eum omnes. Mediæ edd. *Vallandum*, ut MS. Guelf. Ern.

Isteo Capitoni. Ex lapid. *Insteio.* Mirum ni idem, qui supra Hostorius dicitur, ubi de recipiendis obsidibus actum. Certe Vatic. liber eo loci *Histeus*, non *Hostorius*, præferebat. Nec moveor, quod ibi centurio dicitur, hic præfectus castrorum. Potuit enim honore esse auctus. Lips. *Insteio* cod. Flor. ed. pr. *Isteo* a Puteolano fluxit. Ern. Bud. *Iustello.* Receptum *Insteii* nomen habet Vell. 2, 16. et lapis ap. Grut. p. 362 et 172. Cf. et Cujac. Obs. 10, 37. Respice ad c. 9.

Libratoribus. Hic quoque J. Gron. intrusit suum *libritoribus.* At vide ad 2, 20. MS. Guelf. ed. pr. et ceteræ edd. omnes *libratoribus*: idque verum est. Ern.

Unde eminus glandes torquerent. Libratores ergo glandes torquebant? immo tela, lapidesque. Integer locus, quod mirere, apud Calepinum legitur: *unde eminus lapides et glandes torquerent.* Lips. Potuit Calepinus in mente habere locum Sallust. Jug. 57. *pars eminus glande aut lapidibus pugnare.* Noster quoque Hist. 5, 17. jungit *saxa* et *glandes.* Verum arbitror etiam saxa illa, quæ a libratoribus mittuntur, *glandium* nomine intelligi posse. Nam etiam silices funda mittuntur, et libratores tantum majores lapides mittunt. Ern.

Pari undique motu. Ita MSS. Fl. (Bud.) Guelf. ed. pr. Puteol. Ber.

exercitus fuit, ut intra tertiam diei partem nudati propugnatoribus muri, obices portarum subversi, capta escensu munimenta, omnesque puberes trucidati sint, nullo milite amisso, paucis admodum vulneratis. Et imbelle vulgus sub corona venundatum : reliqua præda victoribus cessit. Pari fortuna legatus ac præfectus usi sunt, tribusque una die castellis expugnatis, cetera terrore, et alia sponte incolarum in deditionem veniebant, unde orta fiducia caput gentis, Artaxata, adgrediendi. Nec tamen proximo itinere ductæ legiones, quæ, si amnem Araxen, qui mœnia adluit, ponte transgrederentur, sub ictum dabantur : procul et latioribus vadis transiere.

XL. At Tiridates, pudore et metu, ne, si concessisset obsidioni, nihil opis in ipso videretur; si prohiberet, impeditis locis seque et equestres copias illigaret : statuit postremo, ostendere aciem, et dato die prœlium incipere, vel simulatione fugæ, locum fraudi parare. Igitur repente agmen romanum circumfundit, non ignaro duce

61. *In deditionem veniebant. Venere* cod. Agr. et mox *itinere deductæ legiones.* — 62. *Et dato die prœlium incipere.* Forte *et enato die*, vel *elato*. Vid. ad Claudian.

Alc. Rhen. Ald. Gryph. At Lips. et seqq. *metu*, quod sine libris, et operarum aut correctoris culpa, irrepsisse puto. J. Gron. e Flor. restituit. Ceterum etsi *motu* servavi, idque intelligi potest; *pari undique belli mole ingruente* : tamen *metu* facilius et usitatius in tali re est. Cum par undique periculum esset, distinebantur, (*ancipitem metum* vocat Livius) nec subsidium laborantibus ferri poterat. Itaque, si constaret e bonis libris esse *metu*, præferrem. Ern.

Caput gentis Artaxata. Conditam ab Artaxia rege, suasu Annibalis Pœni. Plutarchum adi in Lucullo c. 65. Lips.

Et dato die. Id est, primo die dato, cum illuxisset. Ita Annal. 4. *datoque tempore non reticebo* : id est, oblato. Lips. Pichena conjicit *claro die*. Frustra. Vir doctus ap. Ryckium *nato*, quod nimis poeticum. Mox *incedebat*. ed. pr. ut post (e Bud.) castigavit Rhen. In Puteol. ed. est *insedebat*, vitio operarum, ut facile intelligitur : tamen id expressere Rivius, Beroaldus et Alciatus. Ern.

nostro, qui viæ pariter et pugnæ composuerat exercitum. Latere dextro tertia legio, sinistro sexta incedebat, mediis decumanorum delectis : recepta inter ordines impedimenta, et tergum mille equites tuebantur : quibus jusserat, « ut instantibus cominus resisterent, refugos non sequerentur. » In cornibus pedes, sagittarius, et cetera manus equitum ibat, productiore cornuum sinistro, per ima collium, ut, si hostis intravisset, fronte simul et sinu exciperetur. Adsultare ex diverso Tiridates, non usque ad jactum teli, sed tum minitans, tum specie trepidantis, si laxare ordines et diversos consectari posset.

Mediis decumanorum dilectis. Miratur Grotius, non vidisse viros tot eruditos, nullum his verbis esse sensum : mutatione opus levi : *mediis decumanorum dilecti.* Mediis locis scilicet (præcessit enim latere dextro et sinistro) incedebant lectissimi legionis decimæ. Multo magis mirum, τὸν πάνυ non vidisse, *medios* esse, qui mediam aciem tenerent, qui in medio incederent : deinde *mediis decumanorum delectis* dici, verbi substantivi participio intellecto : perinde ac si esset : quum medii forent ex decuma legione delecti; quum medios haberent decumanorum delectos. Gron. Mox Guelf. *cominus insisterent.* Ern.

In cornibus pedes, sagittarius. Sic edd. omnes inde a Puteolano. Sed ed. pr. *pedites sagittariique.* Copulam quidem etiam Muretus et Acidalius addi volebant. Itaque recepissem lectionem ed. pr. nisi ceterorum MSS. auctoritas obstaret, e quibus nil varietatis notatum a quoquam video : unde suspicor, in iis vulgatum fuisse. Et id eodem redit, modo interpungatur post *pedes*, ut fecimus. Ern. Bud. etiam absque copula.

Productior cornu in sinistro. Expeditior omnino et verior erit lectio : *productiore cornuum sinistro.* E cornibus, inquit, productius erat sinistrum, et caussam addit. Lips. *Productiore cornu in s.* cod. Fl. (quamquam non satis consentiunt, qui inspexere) ed. pr. et seqq. ad Rhenanum, qui (e Bud.) dedit *productior*, quod est et in MS. Oxon. Guelf. MS. Agr. *productiore eorum sinistro.* Atque etiam ultima in *productiore* in cod. Flor. est inducta. Ego malui scripturam Rhenani sequi, quæ mihi commodissima videtur omnium, quam meram conjecturam. *Productior* int. manus equitum peditumque. Ceterum licet suspicari, *cornu* e margine irrepsisse. Brevitatis quidem si satis retinens Tacitus, non posuit. Ern. Parum quidem refert, utrum præferas. Planius tamen videtur *productius cornu* dici. Unde Lipsii lectionem restitui cum Bip. Ryckius Agr. cod. habere testatur *productiore cornu sinistro.* Cf. et Mod. ep. 99.

Si laxare ord. Si efficere posset, ut

Ubi nihil temeritate solutum, nec amplius quam decurio equitum, audentius progressus et sagittis confixus, ceteros ad obsequium exemplo firmaverat, propinquis jam tenebris abscessit.

XLI. Et Corbulo, castra in loco metatus, an expeditis legionibus nocte Artaxata pergeret, obsidioque circumdaret, agitavit, concessisse illuc Tiridaten ratus. Dein, postquam exploratores adtulere « longinquum regis iter, et, Medi an Albani peterentur, incertum, » lucem opperitur: præmissaque levis armatura, quæ muros interim ambiret, oppugnationemque eminus inciperet. Sed oppidani, portis sponte patefactis, se suaque Romanis permisere: quod salutem ipsis tulit. Artaxatis ignis immissus, deletaque et solo adæquata sunt: quia nec teneri, sine valido præsidio, ob magnitudinem mœnium; nec id nobis virium erat, quod firmando præsidio, et capessendo bello divideretur: vel, si integra et incustodita relinquerentur, nulla in eo utilitas, aut gloria, quod capta essent. Adjicitur miraculum, velut numine obla-

63. *Audentius progressus.* *Ardentius* cod. Agr. bene. Mox *obsidioque circumdaret.* Quod probo. *Obsidium* pro obsidione usitatum nostro. — 64. *Præmissaque levis armatura. Præmissa levi armatura*, ni fallor. Nam cod. Agr. *levi.* — 65. *Velut numine oblatum.* Puto *lævo velut numine.* Nam mox *quasi infensantibus deis.*

romani ordines laxarent, ac deinde ipse distractos persequi et urgere posset. Mox, quod e MS. Fl. dedit *obsidioque* pro *obsidioneque* Ryckius et J. Gronov. est etiam in ed. pr. Alterum induxit Puteol. non Beroaldus, illius imitator. *Obsidium* sæpius Tacitus, quam *obsidio.* Ern. *Obsidio* et Agr. Bud. *obsidione.*

Solo æquata. Ed. pr. *adæquata*, quod recipere non dubitavi, cum sit Tacito usitatum verbum. Vid. 12, 60. 15, 9. etc. Etiam Liv. 1, 29. *omnia tecta adæquat solo*, et alii. Ern.

Quia nec teneri. Verbum deest, unde pendeat *teneri:* unde Grotius malebat *tenere*, ut referretur ad *erat.* Sed potest intelligi *poterant*, quod in seqq. quodammodo latet. Ern.

Velut numine oblatum. Farnesiano superadditum, *velut deum numine.* Lips. Frustra. Nam simpliciter quoque dicitur *numine.* Ern.

tum. Nam cuncta extra, tectis tenus, sole illustria fuere; quod mœnibus cingebatur, ita repente atra nube coopertum, fulguribusque discretum est, ut, quasi infensantibus deis, exitio tradi crederetur. Ob hæc consalutatus *imperator* Nero: ex senatusconsulto « supplicationes » habitæ: « statuæque et arcus et continui consulatus principi: utque inter festos referretur dies, quo patrata victoria, quo nuntiata, quo relatum de ea esset, » aliaque, in eandem formam, decernuntur, adeo modum egressa, ut C. Cassius, de ceteris honoribus adsensus, « si pro benignitate fortunæ diis grates agerentur, ne totum quidem annum supplicationibus sufficere, » disseruerit: « eoque oportere dividi sacros et negotiosos dies, quis divina colerent, et humana non impedirent. »

66. *Nam cuncta extra tecta hactenus sole illustriora.* Sic cod. Agric. *tum quod repente mœnibus cingebatur, ita atra nube et disjectum est.*

Cuncta extra tecta hactenus sole illustria fuere. Puto, *cuncta extra, tecta tenus*: sive, quod in Flor. esse postea didici, *tectis*. Sententia. Extra urbem, usque ad tecta domusque, omnia sole liquida. Lips. Posteriorem correctionem recepere Gronovii. Scripturam cod. Fl. Pichena et Ryckius: superiores omnes edd. habent *tecta hactenus*. *Hactenus* sive de loco, sive de tempore capias, ineptum est, nec sensum commodum habere potest: primamque syllabam natam esse arbitror e prima in *tecta* vel *tectis*. *Tenus* jungitur quidem interdum etiam accusativo: sed quia tamen MS. Flor. clare *tectis* habet, hoc præferendum puto. Ern. Bud. *tecta hactenus*.

Fulguribus discretum. Modus loquendi ductus a poetis, qui fulguribus *nubes dividi* dicunt. Horat. C. 1, 34. 5. *Diespiter igni corusco nubila dividens*: et sic sæpe alii. MS. Guelf. *fulgoribus*. Ern.

Ob hæc consalutatus imp. Primum MS. Guelf. *consulatus*, sed superne adjecta *t*, ut fieret *consultatus*. Deinde, quod per compendium erat *imper.* id in ed. pr. est *nuper*: sive in MS. illud vitium fuit, sive descriptor codicis intulit. Deinde pro *et SCto* est *ex SCto*: quod verum est. Porro vitiose *supplicationesque* post *dis grates*. Tandem *et æque oportere dividi .... colerent. Colerent* quidem etiam MS. Flor. Guelf. ceteræque edd. ante Rhenanum: qui, quare *colerentur* reposuerit, idque tam constanter secuti sint editores, non assequor. Ego cum J. Gronovio *colerent* restitui. Ern. Bud. *consulatus .... colerentur*.

C. Cassius. V. 12, 11. Cf. Ryck. ad 6, 15.

XLII. Variis deinde casibus jactatus, et multorum odia meritus reus, haud tamen sine invidia Senecæ, damnatur. Is fuit P. Suilius, imperitante Claudio terribilis ac venalis, et mutatione temporum, non, quantum inimici cuperent, demissus; quique se nocentem videri, quam supplicem mallet. Ejus opprimendi gratia repetitum credebatur senatusconsultum pœnaque Cinciæ legis, adversus eos, qui pretio caussas oravissent. Nec Suilius questu aut exprobratione abstinebat, præter ferociam animi, extrema senecta liber, et Senecam increpans: « infensum amicis Claudii, sub quo justissimum exsilium pertulisset. Simul studiis inertibus, et juvenum imperitiæ suetum, livere his, qui vividam et incorruptam eloquentiam tuendis civibus exercerent. Se quæstorem Germanici: illum domus ejus adulterum fuisse. An gravius existimandum, sponte litigatoris præmium honestæ operæ adsequi, quam corrumpere cubicula principum feminarum? Qua sapientia, quibus philosophorum præceptis, intra quadriennium regiæ amicitiæ, ter millies sestertium paravisset? Romæ testamenta et orbos

Legis Cinciæ. I. e. SCti facti ante ad legem Cinciam emendandam, quo pœna constituta. Nam lege Cincia, quæ proprie dicta, nulla pœna constituta fuit. Vide dicta in Excurs. 24. ad Suetonium. Ern. Cf. 11, 5, sq.

Livere his. Sic MS. Flor. cui concinit ed. pr. *lividæ his:* MS. Guelf. Puteol. *invidere:* quod omnes secuti sunt ad Pichenam. *Livere* pro invidere frequens huic ætati. Distinguuntur tamen *livere* et *invidere* in Dial. de Orat. c. 25. Ceterum omnes ante Rhenanum habent *juvenem*, pro quo ille recte dedit *juvenum*. At MS. Guelf. *a juventute imperitum suetum.* Ern. Bud. a 1. m. *livere*, quod 2. m. in *invidere* mutavit. Idem *juvenem.* Rhen. ex ingenio correxit.

Se quæstorem Germanici. Suilius quæstor, germanico bello. Annal. 4, 31. *At P. Suilium quæstorem quondam Germanici.* Adulterum Senecam in Julia Germanici filia fuisse vult. Dixi ante. Lips. Mox Guelf. *sponte a litigatoribus.* Vulgatum exquisitius et verius. Ern.

Existimandum. Sic Rhen. e Bud. Put. *estimandum.*

Ter millies sestertium. Summa eadem divitiarum Senecæ expressa a Dione 61, 10. qui omnes res re-

velut indagine ejus capi. Italiam et provincias immenso fenore hauriri. At sibi labore quæsitam et modicam pecuniam esse. Crimen, periculum, omnia potius toleraturum, quam veterem ac domi partam dignationem subitæ felicitati submitteret. »

XLIII. Nec deerant, qui hæc iisdem verbis, aut versa in deterius, Senecæ deferrent. Repertique adcusatores, « direptos socios, cum Suilius provinciam Asiam regeret, ac publicæ pecuniæ peculatum » detulere. Mox, quia inquisitionem annuam impetraverant, brevius vi-

67. *Veterem ac diu partam.* Immo *dudum partam.* In Florent. *dū* pro *dum.*

lictas habet, præut culpet virum inculpatum. Ita adulterium illi objicit cum Agrippina: pullarium eum fuisse ait, idemque vitium ab illo insitum Neroni: caussam auctoremque interfectæ matris: aliaque, quæ homo vanus, præter fidem præterque omnium mentem, conviciatur velut e plaustro. Quibus odii caussis? aut quo mendacii pretio? Nam Seneca tanto anterior, non injuria, non beneficio cognitus illi. Sed credo, judicii quædam morumque perversitas fuit, quæ eumdem illum in Ciceronem exacuit, quæ in Cassium, Brutum, omnesque bonos. Caveat ab his, moneo, juventus: et e campis illis ita antiquitatum et historiæ flores legat, ut non colligat venena. At, quod ad divitias elegantiamque Senecæ attinet, vide lector et lege egregium ejus libellum De vita beata: quem scripsit non alia re, quam ut ora obstrueret calumniatoribus istis. præsertim a c. 17. Lips. V. et Dio 62, 2. Cf. Gron. Pec. vett. 4, 11.

Orbos.... capi. Captatorum putida studia Romæ ob spem hereditatis captat noster et arguit. Cf. Germ. 20.

Olim partam. Ex aliis libris liceat, *diu partam.* Lips. *Ac olim* est a Puteol. Sed pr. ed. habet *ac deo:* unde videtur nata Rhenani conjectura *adeo:* quod plane est in MSS. Oxon. et Guelf. MS. Flor. *ac dō.* Unde Lipsius, Pichena, fecere *diu:* J. Gronovius putat esse *domi:* quod præcedentibus aptissimum est. Interea sequamur, quod recentiores edd. obtinet *ac diu*, quamquam nobis suspectum. Ern. Bud. a 1. m. *ac deo*, ut in ed. pr. unde 2. m. *ab eo.* Placet *domi.* Sic et Lall. et Bip. *diu olim* redundant ob *veterem.*

Felicitati submittere. Lege *submitteret.* Lips. Vett. omnes *submittere*, et MS. Guelf. (et Bud.) Mox *aut versa* non erat in MS. Bud. nec est in Guelf. et aliis ap. Broterium. Rhenanus putabat abesse commode. (retinuit tamen.) Saltem *aut* servari deberet. Ern.

Inquisitionem annuam impetraverant. Cicero Act. Verr. 1, 2., *Itaque, cum ego diem in Siciliam inquirendi*

sum, urbana crimina incipi, quorum obvii testes erant. Ii, « acerbitate adcusationis Q. Pomponium ad necessitatem belli civilis detrusum : Juliam Drusi filiam, Sabinamque Poppæam ad mortem actas : et Valerium Asiaticum, Lusium Saturninum, Cornelium Lupum circumventos : jam equitum romanorum agmina damnata, omnemque Claudii sævitiam » Suilio objectabant. Ille, « nihil ex his sponte susceptum, sed principi paruisse, » defendebat, donec eam orationem Cæsar cohibuit, « compertum sibi, » referens, « ex commentariis patris sui, nullam cujusquam adcusationem ab eo coactam. » Tum « jussa Messallinæ » prætendi, et labare defensio. « Cur enim neminem alium delectum, qui

68. *Neminem alium electum. Delectum* Flor. et Agric. Bene.

perexiguam postulavissem, invenit iste, qui sibi in Achaiam biduo breviorem diem postularet : non ut is idem conficeret diligentia et industria sua, quod ego meo labore et vigiliis consecutus sum. Etenim ille Achaicus inquisitor ne Brundisium quidem pervenit : ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obii, ut omnium populorum privatorumque injurias cognoscerem. Asconius in Orat. pro Scauro : *Subscripserunt Triario in Scaurum L. Marius L. F. M. et Q. Pacuvii fratres, qui inquisitionem in Sardiniam itemque in Corsicam insulas dies tricenos acceperant.* Plinius Epist. 3, 9., *Addiderunt Bœtici, quod simul socios ministrosque classici detulerunt, nominatimque in eos inquisitionem postulaverunt.* p. p. *Norbanum Licinianum legatum et inquisitorem.* Et mox : *non legati nomen, non inquisitionis officium.* Quæ firmant lectionem Flor. *impetraverunt*, indignam, quam silentio Lipsius transmitteret. Aurelius *impetraverat*, interpretatur, annum ad purgandam innocentiam, contra morem et rationem. Et tamen alium sensum id verbi non habet. Gron.

Suburbana crimina. Cur autem *suburbana?* omnia ista in urbem perpetrata. Vereor, ne *sub* ortum sit e terminatione præcedentis verbi. *Urbana crimina* opponuntur *provinciæ libus*, de quibus ante, ut apud Cic. in Verrinis. Mox ed. pr. MS. Guelf. *hi* pro *ii*, ut sæpe aliis locis. Ern. Recte vidit Ern. Sequor, deleto *sub*.

Q. Pomponium. Nihil legi. qui sequuntur, ii fere nominati Senecæ in Ludo. Lips. De *Q. Pomponio* 6, 18. de *Sabina* p. 11, 2, 4. de *Val. Asiatico* 11, 2, 3. *Corn. Lupus* sub Tiberio ProCS. Cretæ teste numo, de quo Eckhel D. vett. NN. vol. 2, p. 302.

Jussa Mess. prætendi. Ed. pr. (et cod. Bud.) *protendi.* Mox *delectum* ut MS. Flor. et Agr. quod cum

sævienti, impudicæ, vocem præberet? Puniendos rerum atrocium ministros, ubi pretia scelerum adepti, scelera ipsa aliis delegent.» Igitur, adempta bonorum parte (nam filio et nepti pars concedebatur, eximebanturque etiam, quæ testamento matris, aut aviæ acceperant) in insulas Baleares pellitur: non in ipso discrimine, non post damnationem fractus animo: ferebaturque, copiosa et molli vita secretum illud toleravisse. Filium ejus, Nerulinum, adgressis adcusatoribus, per invidiam patris et crimina repetundarum, intercessit princeps, tanquam satis expleta ultione.

XLIV. Per idem tempus, Octavius Sagitta, plebei tribunus, Pontiæ, mulieris nuptæ, amore vecors, ingentibus donis adulterium, et mox, ut omitteret maritum, emercatur, suum matrimonium promittens, ac nuptias ejus pactus. Sed, ubi mulier vacua fuit, nectere moras, « adversam patris voluntatem » caussari, repertaque spe ditioris conjugis, promissa exuere. Octavius

69. *Adversam patris voluntatem.* Lege *aversam.* Sic cod. Agr. Virgil. 12, 647., *quoniam superis aversa voluntas.*

J. Gron. recepi. Ceteræ (et cod. Bud.) *electum.* MS. Guelf. *neminem allectum.* Vitiose. Post *delegare aliis scelera* exquisite, pro in alios auctores transferre: sumpta forma loquendi a re pecuniaria. Cicero exemplum præivit Or. pr. Font. 4. *quid si hoc crimen optimis nominibus delegare possumus.* V. plura in Clave Cic. in h. v. Ern.

Filio et nepti pars concedebatur. Ablego te ad Cujacium, Obs. 6, 23. qui ante me abunde dixit. Lips. Mox *acceperant* accipe de filio et nepte, aut solis, aut Suillio patre simul. Ita non opus cum Mercero *acceperat.* Quod porro Freinsh. conjicit *aviæ ceperant;* in MS. Flor. esse testatur J. Gronovius *aviæ;* quod recepit Broterius: Freinshemii conjecturam Lallemannus. Ern. Bud. *avi.* sed rectius Flor.

Octavius contra modo conq. A MS. Bud. aberat *modo,* a Guelf. abest *contra modo.* Idem mox *ostentans:* quod hic non alienum foret: sed sæpe in illo libro *ostentare* scribitur pro *obtestari;* et *obtestans* h. l. efficacius. Ern. Bud. ut Guelf. non habet *contra modo,* ad quod non satis attendit Rhen. Bud. etiam *obtestans;* alterum illud videtur pertinere ad Guelf.

contra modo conqueri, modo minitari, « famam perditam, pecuniam exhaustam » obtestans : denique salutem, quæ sola reliqua esset, arbitrio ejus permittens. Ac, postquam spernebatur, « noctem unam ad solatium » poscit, « qua delinitus, modum in posterum adhiberet. » Statuitur nox. Et Pontia consciæ ancillæ custodiam cubiculi mandat. Ille, uno cum liberto, ferrum veste occultum infert. Tum, ut adsolet in amore et ira, jurgia, preces, exprobratio, satisfactio : et pars tenebrarum libidine seposita. Ex qua æstu incensus, nihil metuentem ferro transverberat, et accurrentem ancillam vulnere absterret cubiculoque prorumpit. Postera die manifesta cædes : haud ambiguus percussor. Quippe mansitasse una convincebatur. Sed libertus « suum illud facinus » profi-

70. *Custodiam cubiculi. Cubilis* cod. Agric.

Postquam spernebatur. Verbum proprium in re amatoria, cum non redamere, sed fastidiare ; de quo copiose, ut solet, Broukhus. ad Tibull. 1, 4, 77. p. 93. ubi h. l. non omisit. *Modum adhiberet*, int. amori : deponeret amorem. Ern.

Libidine seposita. Viri doctiss. malunt *libidini* : qui casus legitimus. Infra c. 54. *agri vacui et militum usui sepositi*, et alibi. Sed nil impedit intelligere *in libidine, per libidinem. Seposita* est absumpta, s. ut Bernecc. in Indice, exacta. Si dativus verus sit, est, tributa, impensa. Ern. Bud. *libidine.* Sed emendatio dubia esse nequit.

Et questu incensus. Hæc lectio edita est a Puteolano : quam falsam esse J. Gronovio concedo. Nam questus jam præterierat. MS. Flor. *et quastim census.* Agr. et ed. pr. *et quæsiti census.* Gron. hinc facit, *et quasi incensus*, sc. amore ex usu libidinis : simulans se remollitum : quod nec significat *incensus*, nec huic loco aptum est. Ego tentavi : *atque ita infensus*, vel *sic.* Ubi satiaverat libidinem, tandem infestus, ardens sc. ira ex injuria, transfigit feminam. *Atque ita* formula frequentissima in eventu rei tradendo, ut omnes sciunt. *Infensus* poterat abesse, sed quoties Livius similiter ponit *infestus?* Qui meliora dederit, ei ergo plaudam primus. Broterius : *qua statim inc.* Ern. In Bud. adfuerat a 1. m. *quæstum census.* 2 m. inde fecit *quæstu incensus.* Bip. conjectant *ex qua succensus.* Heins. *eo questu* vel *quo incensus.* Hill. Rac. 9. *atque æstu incensus*, ut ap. Virg. Æn. 4, 532. *Questu incensus* D. de Lamalle. Malim *Ex qua æstu incensus.*

teri, « se patroni injurias ultum esse. » Commoveratque quosdam magnitudine exempli : donec ancilla, ex vulnere refecta, verum aperuit. Postulatusque apud consules a parte interfectæ, postquam tribunatu abierat, sententia patrum ex lege de sicariis condemnatur.

XLV. Non minus insignis, eo anno, impudicitia magnorum reip. malorum initium fecit. Erat in civitate Sabina Poppæa, T. Ollio patre genita, sed nomen avi materni sumpserat; illustri memoria Poppæi Sabini, consulari et triumphali decore præfulgentis. Nam Ollium, honoribus nondum functum, amicitia Sejani pervertit. Huic mulieri cuncta alia fuere, præter honestum animum. Quippe mater ejus, ætatis suæ feminas pulchritudine supergressa, gloriam pariter et formam dederat. Opes claritudini generis sufficiebant. Sermo comis, nec absurdum ingenium. Modestiam præferre et

71. *Initium fecit.* Lege ex cod. Agric. *fuit.* Deinde codex idem *T. Ellio.*

Injurias ultum esse. Mallem, *ultum isse.* Lips. Vid. ad c. 17. Mox *commoverat* cod. Bud. Copulam sæpe in tali contextu ap. nostrum reperi. Ern.

Postquam trib. Nam magistratus postulari et accusari non possunt. Sed mox pro *et* videtur scribendum *ex.* quorsum enim copula ? Ern. Bene. Facilis erat lapsus.

Et lege de sicariis. Edd. vett. ante Rhen. omnes habent *Cornelia*, non demum Beroaldi, ut J. Gron. tradit. Sed recte deletum auctoribus MSS. Flor. Budensi, Oxon. quibus consentit Guelf. cum aliis ap. Broterium. Ern. Sustulit et Jac. Gron.

Magnorum reip. malorum. Sic ex Flor. dedit Pichena, sic ed. pr. Mediæ omnes *majorum.* Superior nullum reip. malum attulerat.. Ern. Bud. *majorum.*

Ollium honoribus nondum functum. Atqui quæstorium eum fuisse Suetonius autumat 35. Sed quæstura fortasse non tam honos, quam aditus ad honorem. Ipse tamen Tacitus 12, 64. Quæsturam inter magistratus recensuit, Agellius, et alii. Lips.

Mater ejus. Poppæa, de qua, 11, 1. sq.

Nec absurdum ingenium. E Sallustio imitatum, qui Cat. 25. de Sempronia : *Ingenium ejus haud absurdum, posse versus facere.* Lips. Quod alias *amœnum, facetum.* Nam supra c. 14. *non absurde dixit*, pro facete, lepide. Ern.

lascivia uti. Rarus in publicum egressus, idque velata parte oris, ne satiaret adspectum, vel quia sic decebat. Famæ nunquam pepercit, maritos et adulteros non distinguens : neque adfectui suo, aut alieno obnoxia : unde utilitas ostenderetur, illuc libidinem transferebat. Igitur agentem eam in matrimonio Rufii Crispini, equitis romani, ex quo filium genuerat, Otho pellexit, juventa ac luxu, et quia flagrantissimus in amicitia Neronis habebatur. Nec mora, quin adulterio matrimonium jungeretur.

XLVI. Otho, sive amore incautus, laudare « formam elegantiamque uxoris » apud principem; sive ut accenderet, ac, si eadem femina potirentur, id quoque vin-

Velata parte oris. Ad æmulationem credo mulierum Arabiæ, de quibus Tertull. De Virg. vel. 17. *Arabiæ feminæ ethnicæ non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, ut, uno oculo liberato, contentæ sint dimidiam frui lucem, quam totam faciem prostituere.* Sed caussa in hoc nobili scorto, et in illis dispar. Lips.

Rufi Crispini equitis. Alii *Crispi.* Sed *Crispinum* ei cognomen. Plut. in Galba, noster 15, 71. et clarissime Seneca, seu quis alius (non enim certe philosophus) in Octavia, ubi Poppæa inducitur v. 728. sq... *venientem intuor Comitante turba conjugem quondam meum Gnatumque. Properat petere complexus meos Crispinus, et intermissa libare oscula.* Rufinus Crispinus filius ejus a Suetonio nominatur c. 35. Lips. Immo *Rufii Crispini :* nam sic filius dicitur ap. Sueton. l. c. in bonis libris : et sic supra 12, 42. dedimus. Vett. edd. (it. cod. Flor. Bud. Agr.) *Ruffi Crispi*, usque ad Lipsium : qui *Crispinus* dedit. Ryckius primus, uti nos. Ern.

Filium genuerat. Is mari mersus jussu Neronis. Suet. 35.

Quin adult. matrim. jung. Paullo aliter H. 1, 13. Scil. Tacitus prius historiam scripserat, meliora dein dedit in Annalibus. Cf. et Plut. in Galba 25, p. 1061. et Suet. Oth. 3.

Otho, sive amore incautus, etc. Vere incautus : et simillima vecordia ille Candaules apud Justinum 1, 7., *Hic uxorem, quam propter pulchritudinem deperibat, prædicare omnibus solebat, non contentus voluptatum suarum tacita conscientia.... prorsus quasi silentium damnum pulchritudinis esset.* Vecordia inquam simili, sed et fato. Lips. Acidalius hic transposita membra putat, et verba *laudare formam principem*, post *adjiceret* poni vult. Putem, Tacitum sic dedisse, quia paullo longior altera ratio facti. Si tamen placeat transpositio, malim illa verba statim poni post nomen *Othonis* : quod mollius et probabilius. Ern.

culum potentiam ei adjiceret. Sæpe auditus est consurgens e convivio Cæsaris, « se ire ad illam, sibi concessam » dictitans « nobilitatem, pulchritudinem, vota omnium et gaudia felicium. » His atque talibus irritamentis, non longa cunctatio interponitur. Sed accepto aditu, Poppæa primum per blandimenta et artes vales-

72. *Ire ad illam, sibi concessam. Ubi concessam* cod. Agr. et Bud. Lege *uni sibi concessam*, sic supra alicubi simile mendum sublatum ab Acidalio. Et sic ille Ann. 14, 52., *eloquentiæ laudem uni sibi adsciscere.*

Vinculum potentiam ei adjiceret. Sic editi omnes præter ed. pr. quæ habet *id quoque vinculum potentiæ adjiceret. Vinculum potentiæ* dicitur, ut *vinculum amicitiæ* ap. Cic. pro Plancio 2. quod potentiam, h. e. gratiam, firmat et stabilem reddit. Atque, ut frequens est ap. eundem, *novum vinculum accessit*, sic hic *novum vinculum potentiæ adjecit.* Itaque mihi valde blanditur ista lectio; præsertim cum durum sit *vinculum potentiam adjicit.* Vinculum non auget potentiam, sed firmat. Ern.

Sibi concessam dictitans. Adhæresco. Fortean, *sibi concessam a dis jactans nobilitatem, pulchritudinem.* Aut *sibi concessam dis dignam nobilitatem.* Budensi aiunt legi, *ubi concessam dictitaret.* Ex eo divinabam, *ubi congestam delibaret.* Lips. Ita difficilis hic locus visus, ut Grævius fassus sit, se ex eo non expediri. Primum var. lect. notabimus. MS. Fl. habet, ut est in textu, nisi quod *seque* ante *ire*: unde J. Gron. conjicit *quippe.* Frustra, ut opinor, cum nil præcesserit, cujus ratio reddatur. MS. Agr. consentit cum Budensi. Ed. pr. habet *ubi.* Guelf. Puteol. Ber. Alc. Rhen. Ald. Gryph. *ibi.* Lips. et ed. seqq. *sibi. Dictitaret* etiam MS. Agr. Perizon. An. Hist. p. 173. ed. Harles. p. 281. corrigebat *divinitus* pro *dictitans*: quod ridet J. Gronovius. Ego dudum locum sic corrigendum putavi: *sæpe auditus est, cum surgens e convivio Cæsaris... dictitaret nobilitatem*: quod verissimum puto. Nuper autem, cum collectionem epistolarum a Burmanno editam percurrerem, si quid esset, quod Tacito prodesset, reperi t. 4, p. 671. N. Heinsium similiter correxisse, nisi, quod ille *cum consurgens.* Ubi mirum est, Grævium non capere potuisse τὸ *cum* post *auditus* est: interrogantem, *quid factum est, cum dictitaret?* At nihil Ciceroni et Livio usitatius: estque in eo elegantia. Cic. ep. ad Div. 3, 7. *a Pausania audivi, cum diceret.* Ern. Equidem cum Pichena sentio, nihil hic difficultatis adesse. Intelligitur, *sibi* a diis vel a propitia sorte *concessam dictitans nob.* etc. Bud. omnino habet *ubi c. dictitaret. Seque* Flor. stare nequit. Bud. *se* absque copula. Recte.

Vota omnium, gaudia felicium. Inscriptio vetus apud Grut. p. 637. QVOD. OMNES. ROGANT. SED. FELICES. IMPETRANT. Gron.

Accepto aditu. Muretus *hoc cœpto.* Acidalius *occœpto.* Heinsius *arrepto.* Non video, quare locum tentent.

cere, « imparem cupidini et forma Neronis captam » simulans : mox, acri jam principis amore, ad superbiam vertens, si ultra unam alteramque noctem adtineretur, « nuptam esse se » dictitans, « nec posse matrimonium amittere, devinctam Othoni per genus vitæ, quod nemo adæquaret. Illum animo et cultu magnificum : ibi se summa fortuna digna visere. At Neronem, pellice ancilla et adsuetudine Actes devinctum, nil e contubernio servili, nisi abjectum et sordidum traxisse. » Dejicitur

73. *Imparem cupidine se.* Tolle τὸ *se.* In cod. Agr., *in partem cupidinis.* Mox bene idem, *matrimonium omittere.*

Nero laudibus feminæ incensus, cupit illam videre. Hoc modo cum illa aditum accepisset etc. Si dicitur *aditum dare*, cur non et *accipere?* Mox Heinsius vult deleri *se*, probante Græv io l. c. in Syll. B. At sæpe apud nostrum pronomina sic posita, item apud Suetonium, ubi abesse possent. v. ad Sueton. Cæs. c. 7. Ern. Bud. *accepto aditu.* Mox deerat *se*, intrusum a m. 2. Sic Heinsii votis codex respondet ; delevi, elegantior dictio evadit.

Matrim. amittere. MS. Agr. *omittere :* probat Grævius l. c. et sic supra c. 44. *omittere maritum.* At idem *amittere*, quod omittere, dimittere. Sic *amittere occasionem* Liv. 7, 34. ubi v. Drakenb. Confundi hæc verba in libris, aliis infra locis videbimus. Ern.

Quod nemo adæquaret. Vidi qui legeret, *quod Nero non adæquaret.* Ego, *Nero haud æquaret.* Lips. Quasi recordaretur de Antonii et Cleopatræ fabulis, quod significat Plut. in Anton. 92. Αὐτοὶ δὲ τὴν μὲν τῶν ἀμιμητοβίων ἐκείνην σύνοδον κατέλυσαν· ἑτέραν δὲ συνέταξαν, οὐδέν τι λειπομένην ἐκείνης ἀβρότητι καὶ τρυφαῖς καὶ πολυτελείαις, ἣν συναποθανουμένων ἐκάλουν. Scholiastes verus Juvenalis ad Sat. 2, 99. *Hunc incomparabilis vitæ bello civili Vitellius vicit apud Bedriacum.* Gron. Lipsii conjectura non videtur consentire arti feminæ, quæ ita offenderet Neronem. Sanus locus ; nisi quis malit, *quo n. adæquaret* sc. Othonem. Mox *digna visere* ed. pr. Rhen. et seqq. At Puteol Ber. Alc. *dignam visere*, ut Guelf. et ut Faernus volebat. Putavi ante vitium operarum esse in ed. Puteol. quod ceteræ secutæ essent, ut solent. *Visere* frustra Grævius corrigebat *videre.* Heinsius *intueri. Visere* sæpe etiam Livius dixit pro *videre.* V. Drakenb. ad 1, 31. Noster infra c. 54. *quo magnitudinem populi viserent.* ib. *comiter a visentibus acceptum.* 14, 1. *ubi audiret potius contumelias principis, quam viseret.* Mox MS. Guelf. et alii, *magnifico.* Ern. Bud. *magnificum.* Idem a 1. m. *dignam*, a 2. *digna.* Rhen. editio a. 1544. habet *dignam*, etsi in adnot. præferat *digna.*

Nil e contubernio servili. Proprie. Non enim nuptiæ cum servis, sed contubernium. Lips.

familiaritate sueta, post congressu et comitatu, Otho; et postremo, ne in urbe æmulatus ageret, provinciæ Lusitaniæ præficitur: ubi usque ad civilia arma, non ex priore infamia, sed integre sancteque egit, procax otii et potestatis temperantior.

XLVII. Hactenus Nero flagitiis et sceleribus velamenta quæsivit. Suspectabat maxime Cornelium Sullam, socors ingenium ejus in contrarium trahens, callidumque et simulatorem interpretando. Quem metum Graptus ex libertis Cæsaris, usu et senecta Tiberio abusque domum principum edoctus, tali mendacio intendit. Pons Mulvius in eo tempore celebris nocturnis illecebris erat: ventitabatque illuc Nero, quo solutius, urbem extra, lasciviret. Igitur, « regredienti per viam Flaminiam compositas insidias, fatoque evitatas, quoniam diverso itinere Sallustianos in hortos remeaverit, auctoremque ejus doli Sullam, » ementitur: quia forte, redeuntibus ministris principis, quidam, per juvenilem licentiam, quæ tunc passim exercebatur, inanem metum fecerant.

74. *Potestatis temperantior.* *Temperator* cod. Agr. — 75. *In eo tempore.* Lege *eo in tempore*, ut sæpe alibi.

Ne in urbe æmulatus ageret. Grotius corrigit *æmulus*: Heinsius *angeret*. Illud melius, sed tamen non necessarium. Ern. Grotii conjecturam probat Broterius. Heinsius suam ex 1, 52. firmare laborat, quod et Grævio placebat in Syll. Burm. t. 4, p. 670.

Potestatis temp. Vertranius ex libro pontificali (i. e. Vatic.) adfert *egestatis temp.*

Corn. Sulla. Is consul a. 804. V. 12, 52. Gener Claudii fuit per nuptias Antoniæ. V. c. 23.

A Tiberio usque. Vatic. *Tiberio avousque*, ex quo fecerim, *Tiberio abusque*, deleta priore præpositione. Lips. Vaticano consentit Flor. (Bud.) Guelf. Agr. ed. pr. Lipsii correctionem cum J. Gronovio veram puto. Mox *Mulvius* vera scriptura, non *Milvius*. V. Cort. ad Sall. Cat. 45. et quos ibi laudat. Post *celebris* omnes edd. V. ad 2, 88 extr. *Ventabat* idem MS. et ed. pr. Eadem mox *solutus*. Ern. Emendationem Lipsii probant Heins. et Bip. Sequor et ego. Sic et 15, 37. *Oceano abusque*. Cod. Agr. *Mulvius*. Bud. *Solutius*.

Neque servorum quisquam, neque clientium Sullæ agnitus: maximeque despecta, et nullius ausi capax natura ejus, a crimine abhorrebat: perinde tamen, quasi convictus esset, cedere patria, et Massiliensium mœnibus coerceri jubetur.

XLVIII. Iisdem consulibus auditæ Puteolanorum legationes, quas diversas ordo plebsque ad senatum miserant: illi « vim multitudinis, hi magistratuum et primi cujusque avaritiam » increpantes. Cumque seditio, ad

76. *Auditis Puteolanorum legationibus, quas diversas plebs et ordo.* Cod. Agr. et sic alii. Vide Gron. *ordo Mutinensis* H. 2, 52.

Maximeque despecta. Copulam *que* ex Flor. restituit Pichena: quæ est etiam in Guelf. et ed. pr. *A crimine abhorrebat* est, erat ejusmodi, ut non videretur probabile, eum tale quid ausum esse, ut crimen objectum verisimile non esset. Ita eleganter *abhorrere* Ciceroni et Livio dicitur, Cic. pro Cœl. 4., *Cœlius longe ab ista suspicione abhorrere debet.* Ern.

Massiliensium mœnibus. Relegandi genus tunc frequens. Sic Julia oppido Rheginorum ab Augusto clausa: Silanus a Nerone Bario municipio Apuliæ: Dolabella in coloniam Aquinatem ab Othone sepositus. Lips.

Quas diversas senatorius ordo. Certe delendum τὸ *senatorius*, et obsequendum scriptis id vocabuli non agnoscentibus: quod miror in nos usque judicium esse dilatum. Quemadmodum enim Romæ *ordo amplissimus, ordo florentissimus* pro senatu, sic in municipiis *ordo* sæpe pro decurionibus ponitur. Tacitus ipse H. 2, 52., *Onerabat paventium curas ordo Mutinensis, arma et pecunias offerendo.* Ammianus Marc. 22, 9., *Ordo squalens occurrit et populus nimium quantum antehac florentissimus.* de Nicomediensibus. Idem 25, 9., *Et hoc quidem suppliciter ordo et populus precabatur.* Vide indicem Inscript. Grut. cap. 9. Gron. Rectissime. Non enim est in MSS. Flor. Bud. Agr. ed. pr. Est additamentum Puteolani, non Beroaldinum, ut J. Gron. vocat: sed tamen e MSS. siquidem et Guelf. habet. Ceterum tamen cum Ryckio et J. Gronovio delevi. Sed præterea MS. Flor. *plebs* copula supra scripta: ed. pr. *plebs et ordo*, quod longe mollius: ceteræ *ordo plebesque.* Ceterum pro *diversas* Guelf. et alii ap. Brot. *divisas.* Ern. Bud. *quas divisas ordo plebsque.* Otto de Ædil. Colon. p. 60. docet, perperam æstuare viros doctos, ubi *senatoris* hic nomen legunt, siquidem mille locis *senatores* dicuntur coloniarum, ut et SC. municipalia occurrunt in lapidibus. Verum non de hoc, credo, ambigitur; sed, an Tacitus contra morem hic adjecerit vocem *senatorius?* hoc negatur, et recte quidem. Vid. et Gorius Inscr. t. 2, p. 192. ad lap. p. 189.

Primi cujusque. An *primi* pecu-

saxa, ad minas ignium progressa, necem et arma perliceret, C. Cassius adhibendo remedio delectus. Quia severitatem ejus non tolerabant, precante ipso, ad Scribonios fratres ea cura transfertur, data cohorte prætoria: cujus terrore, et paucorum supplicio, rediit oppidanis concordia.

XLIX. Non referrem vulgatissimum senatusconsultum, quo « civitati Syracusanorum egredi numerum, edendis gladiatoribus finitum, permittebatur: » nisi Pætus Thrasea contra dixisset, præbuissetque materiem obtrectatoribus arguendæ sententiæ: « Cur enim, si remp. egere libertate senatoria crederet, tam levia consectaretur? quin de bello, aut pace, de vectigalibus et legibus quibusque aliis Romana continentur, suaderet

liaris dignitas in senatu, ut ap. Cic. pr. R. A. 9. *decem primi Amerini*, et Verr. 2, 67., *Magistratus et decem primi*. Ap. Liv. 39, 15. *deni principes*. V. Græv. ad Cic. l. c. et Noris. ad Cenot. Pis. 1, 3. Sic videtur Ryckio. Mox MS. Bud. eleganter *ad saxa, ad minas*. Horat. Ep. 1, 1. 46. *per mare pauperiem fugiens per saxa, per ignes*. Post ed. pr. *pelliceret*. Puteol. *perliceret* cum seqq. ut Guelf. Tacite post Lipsium receptum *proliceret*, nescio unde: quod tamen eodem redit. Pro *Scribonios fratres* ed. pr. *consobrinos fratres*. At *Scribonii fratres* etiam H. 4, 41. Ern. L. 1. D. de Muner. et hon. occurrit *decemprimatus* et l. 3. ib. *decaproti* memorantur. Bud. *perliceret.... Scribonios*. male quidam *Scribonianos*. De iis vid. Dio in Excerptis 63, 17.

Numerum edendis gladiatoribus. Augustus edixit a. U. 732. Μὴ δ' ὁπλομαχίαν.... πλειοτάκις ἢ δὶς ἐν ἑκάστῳ ἔτει, μήτε πλείονας εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν ποιεῖν. Dio 54, 2. Simile edictum antea a senatu, de quo Suet. Julii 10. *Cum multiplici undique familia comparata inimicos exterruisset, cautum est de numero gladiatorum, quo ne majorem cuiquam habere Romæ liceret*. Saturnalia nostra vide. Lips. Ed. pr. *civitatem*. Ern. *Tiberius quoque munerum impensas corripuit et paria gladiatorum ad certum numerum redegit*. Suet. 34. Triginta parium mentio in lap. ap. Grut. p. 352.

Materiem. Sic Flor. Bud.

Quibusque aliis Romana. Insero vocem, *res romana continetur*. Sequentia emendavi, distinxi, sublata confusione, quæ in libris. Lips. Ed. pr. sane *continetur*. Guelf. Puteol. *continentur*, quod omnes secuti sunt. At in MS. Bud. *continerentur*. Utrumque rectum, si modo *Romana* verum, sed Lipsii correctionem veram puto. Ern. Verba Rhenani non cepit Ern. Ex eo, quod in Bud. legitu

dissuaderetve? Licere patribus quotiens jus dicendæ sententiæ accepissent, quæ vellent, expromere, relationemque in ea postulare. An solum emendatione dignum, ne Syracusis spectacula largius ederentur? cetera per omnes imperii partes perinde egregia, quam si non Nero, sed Thrasea regimen eorum teneret? Quod si summa dissimulatione transmitterentur, quanto magis inanibus abstinendum? » Thrasea contra, rationem poscentibus amicis, « non præsentium ignarum, » respondebat, « ejusmodi consulta corrigere; sed patrum honori dare: ut manifestum fieret, magnarum rerum curam non dissimulaturos, qui animum etiam levissimis adverterent. »

L. Eodem anno, crebris populi flagitationibus, immodestiam publicanorum arguentis, dubitavit Nero, an cuncta vectigalia omitti juberet, idque pulcherrimum

contineretur, infert Rhen. apparere legendum *continerentur*.

Suaderet dissuaderetve. Nihil notatum video, unde hæc lectio sit, quæ jam est in edd. Lips. Nam ed. pr. Rhen. (e Bud.) et seqq. *suadere dissuadereve licere*: Puteol. Ber. Alc. idem sine *ve*. Sed illud melius. Nam in hoc verbum non est, ad quod referatur *quin*, ut alia incommoda taceam. De re vide Gronov. Obs. 1, 22. Ern.

Quam si non Nero. Acidalius vult *quasi non Nero*. Et sic plane in ed. pr. Intelligendum autem, hæc non in senatu dicta, sed in sermonibus privatis, cœtibusque. Post *quod si*, quod e MS. Flor. edidit Jac. Gron. est et in (Bud. Agr. et) ed. pr. Id mutatum in *quæ*, ut opinor, propterea, quod *summa* ad *dissimulationem* referebatur. Sed *summa* opponuntur *inanibus*. Ern.

Immodestiam public. I. e. avaritiam: mox vocat *cupidines*. Vid. dicta ad Sueton. Tit. c. 4. et inde natam sævitiam, sive, ut post vocat, acerbitatem. Ern.

Vectigalia omitti. Tentat Pichena *remitti*, etsi timide. Quis librarius hæreret in *remitti*, idque in *omitti* mutaret? *Omitti* est aboleri: et de hoc dubitabatur. Mox *abolitio* diserte memoratur, et *tollere*: quod plus est, quam *remittere*. Nam *remissio* plerumque fit ad tempus: *abolitio* in perpetuum. Etiam Sueton. Vesp. 16. dixit *omissa vectigalia*: ad quem locum confirmandum loco Taciti bene utitur Duker. Neque ullo modo ibi videndum, an aliquis MS. liber habeat *remissa*: qui si reperiretur, a librario, ita, ut Pichena ad h. l. affecto, corruptum dicerem. *Vectigalia* autem proprie, h. e. de portoriis, accipit Burmannus de Vect. P. R. c. 5,

donum generi mortalium daret. » Sed impetum ejus, multum prius laudata « magnitudine animi, » adtinuere senatores, « dissolutionem imperii » docendo, « si fructus, quibus resp. sustineretur, deminuerentur. Quippe, sublatis portoriis, sequens, ut tributorum abolitio expostularetur. Plerasque vectigalium societates a consulibus et tribunis plebis constitutas, acri etiam populi rom. tum libertate : reliqua mox ita provisa, ut ratio quæstuum et necessitas erogationum inter se congruerent. Temperandas plane publicanorum cupidines, ne, per tot annos sine querela tolerata, novis acerbitatibus ad invidiam verterent. »

LI. Ergo edixit princeps, « ut leges cujusque publici,

p. 66. et sane post *portoria* sola commemorantur. Ern.

Attinuere senatores. Fero; sed præfero meum illud, *seniores.* Lips. Sed illud est in omnibus libris. Ern.

Sequens. Frustra. Acidalius (cum Mur.) tentat *sequi.* int. *esse.* Cicero Or. 2, 53. *non esse consequens.* Tusc. 5, 8. *alterum alteri consequens est.* Ern.

Plerasque vectigalium societates. Quæ hæc conjuratio est? ut tot viri docti corrigant *necessitates. Socii* et *societates* pro publicanis toties apud unum Ciceronem commemorantur, ut annotare loca pigeat. Vide ad Fam. 13, 9. Et tamen in his quoque Manutius erravit ad orat. pro Plancio c. 9. *Vel quod erat pater is, qui est princeps jam diu publicanorum : vel quod is ab sociis unice diligebatur.* Quia, inquit ille, perquam rarum, ut ab sociis publicani diligantur : ubi enim vectigalia exiguntur, ibi fere contentiones odiaque nascuntur. Quasi *socii* sint hic provinciales, et hi momentum in comitiis istis fecerint. Immo *ab sociis* est, a publicanis. Sed captant verbum *constituere.* Frustra : nam *vectigalium societates,* nihil aliud sunt quam ipsa vectigalia, ipsa publica; nullum enim publicum alicujus ponderis quod non exerceretur a societate. Gron. Mox *tum* quod Rhenanus (e Bud. addidit, est etiam in ed. pr. et in hac præterea *acri in remp.* In eadem est etiam *erog.* quod Rhen. se correxisse dicit. *Irrog.* natum credo, quod esset scriptum, ut in ed. pr. *errog.* Guelf. *erogationum.* Ern. Rhen. est qui *necessitates* conjiciebat, nec tamen in textum recepit. Probavere Mur. Acid. Male provocatur ad 1, 11. Urs. e cod. vet. *acri etiam tum P. R. lib.* sic et Mur. Acid. — * Sic etiam Germ. c. 37. opponitur *moriens libertas* A. 1, 74. et *ultimum in libertate,* Agric. c. 2. Kr.

Verterent. Lall. supplendum *se* præcipit; sed frequenter absolute ponitur.

Leges cujusque publici. Publicum

occultæ ad id tempus, proscriberentur: omissas petitiones non ultra annum resumerent: Romæ prætor, per provincias, qui pro prætore aut consule essent, jura adversus publicanos extra ordinem redderent: militibus immunitas servaretur, nisi in iis, quæ veno exercerent. » Aliaque admodum æqua, quæ brevi servata, dein frustra habita sunt. Manet tamen abolitio quadragesimæ quinquagesimæque, et quæ alia exactionibus illicitis no-

hic non civitas, aut commune cujusque oppidi, uti censent: sed τὸ δημόσιον, τελωνία. Plautus Trucul. 1, 2, 41., *Illa, haud ego, habuit publicum, pervorse interpretaris.* Seneca ep. 120. (119.) *Jam ego paraveram fiscos: circumspiciebam, in quod me mare negotiaturus immitterem, quod publicum agitarem, quas arcesserem merces.* Suet. Cal. 40. *Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico, quæ meretricium quæve lenocinium fecissent.* Seneca iterum epist. 102. (101.) *Ille, qui et mari et terra pecuniam agitabat, qui ad publica quoque, nullum relinquens inexpertum genus quæstus, accesserat.* ubi male substituunt, *publicanos.* Lips. Publicani non vectigalia vetera renovabant, sed nova inveniebant. Nam, cum lex, sive formula, et capita conductionis non essent vulgata, exigebant quibusdam nominibus, quibus concessum non erat per legem, neque unquam fuerat. Has vocat *novas acerbitates* et *nomina exactionum illicitarum.* Exemplum est apud Cic. in Verr. 3, 78., *Ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primum pro spectatione et collybo, deinde nescio pro quo cerario. Hæc omnia, judices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt vocabula.* Cæsar B. C. 3, 32., *Multa præterea ad avaritiam excogitabantur. In capita singula servorum ac liberorum tributum imponebatur. Columnaria, ostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. Cujus rei modo nomen reperiri poterat, hoc satis esse ad cogendas pecunias videbatur.* Sic igitur isti quoque faciebant. Et licebat dolere, non recusare obnoxiis, quod illi se jure suo uti, et nihil nisi ex lege flagitare mentirentur. Hæc illis latebra sublata est legibus cujusque publici proscriptis: unde didicerunt, a quibus exigebatur, quid deberent, quid non deberent. Frustra etiam ex Suetonii Vesp. 1. probat, quod abunde satis constat et probari non est necesse. Ibi enim sincerior lectio: *publicum quadragesimæ in Asia egit,* non *publicanum.* Adde Obs. 4, 23. Gron. In locis a Lipsio citatis alienus est e Suet. Cal. 40. nam ibi *publicum* est ærarium, quod sæpe ita vocatur, ut ap. Liv. 2, 9. *arbitrium salis in publicum sumptum.* Ern.

Prætor, per prov. Cf. l. 1. D. de Public. et Vectig.

Quæ veno exercerent. Quæstuosi milites supra vocantur c. 35.

Quadragesimæ quinquagesimæque. Portorium id fuit, explicatum

mina publicani invenerant. Temperata apud transmarinas provincias frumenti subvectio. Et, « ne censibus negotiatorum naves adscriberentur, tributumque pro illis penderent, » constitutum.

LII. Reos ex provincia Africa, qui proconsulare im-

Quinctil. in parte, Declam. 359. *Præter instrumenta itineris, omnes res quadragesimam publicano debeant.* Sed abolitio hæc Neroniana, non firma. Certe Symmachi ævo iterum præbita quadragesima: ut discas e l. 5. epist. 65. *Quadragesimæ portorium non recte poscitur a senatoribus candidatis: quia nostri ordinis functiones onerari geminis incommodis non oportet.... Quæso igitur, ut humanitatem nostri ordinis editoribus impartias, et ursorum transvectionem cupiditati mancipum subtrahas.* Etiam quinquagesima: de qua ib. ep. 62. *Quæstores ordinis nostri nunquam ferarum suarum portorium contulerunt.... Nunc a fratre meo Cynegio V. C. quinquagesimæ vectigal exigitur, quod solos ursorum negotiatores, utpote quæstui servientes, oportet agnoscere.* De hac quadragesima capio Suetonium Vesp. 1. *Hujus filius publicum quadragesimæ in Asia egit, manebantque* (lego, *mantantque*, quia pervenisse eas ad suum ævum subindicat Tranquillus: vel potius, *monebantque*) *imagines sub hoc titulo*, ΚΑΛΩΣ ΤΕΛΩΝΗΣΑΝΤΙ. At in Caligul. c. 40. alia hercle ab ista: temporaria duntaxat, et quæ cum impuro illo periit: *Exigebatur pro litibus atque judiciis ubicumque conceptis quadragesima summæ, de qua litigaretur.* Sed et quinquagesimam venalium, de qua supra, disparo ab ista: sicut quinquagesimas illas Cic. in Verr. 3, 10. sq. quæ ad aratores pertinuerunt decumanosque. Lips. Non portorium, sed *quadragesimam litium* abolitam cum Cujacio Obs. 6, 28. aliisque statuit, et simul Spanhemium, qui de U. et P. N. diss. 13. t. 2, p. 550. s. Taciti fidem impugnat, e numo Galbæ, in quo XXXX REM:SSA extat, refellit Burm. de Vectig. P. R. c. 5, p. 65. s. iis rationibus, quibus facile cessurum quemque putem. Mox *exactionibus* bene correxit Rhen. superiores *ex auctionibus*. Ern. Telonarii statuam cum titulo ΚΑΛΩΣ ΤΕΛΩΝΗΣΑΝΤΙ dat Boissard. in Topogr. urb. part. 3. t. 1. fol. 51. *Exactionibus* Rhen. ex ingenio dedit. Nam Bud. a 1. m. *exauctionibus*.

Frumenti subvectio. Quæ hæc subvectio? illane, quæ Romam? ex Africa et Ægypto puta, aliisque provinciis ad alimenta plebis. An intelligit, in ipsis provinciis modum positum, quo et quatenus frumenta sua adveherent? Fraudes enim et committi solere, et molestias objici provincialibus, e Taciti Agr. 19. disces. *Emere*, inquit, *ultro frumenta, et vendere cogebantur. Devortia itinerum et longinquitas regionum indicebatur, ut civitates a proximis hibernis in remota et avia deferrent: donec, quod omnibus in promptu erat, paucis lucrosum fieret.* Lips.

Et ne censibus. Mutuare huic loco lumen a P. Fabro Sem. 1, 25. Lips.

perium illic habuerant, Sulpicium Camerinum et Pomponium Silvanum absolvit Cæsar: Camerinum adversus privatos et paucos, sævitiæ magis, quam captarum pecuniarum crimina objicientes. Silvanum magna vis adcusatorum circumsteterat, poscebatque « tempus evocandorum testium: » reus « illico defendi, » postulabat. Valuitque pecuniosa orbitate et senecta, quam ultra vitam eorum produxit, quorum ambitu evaserat.

LIII. Quietæ ad id tempus res in Germania fuerant, ingenio ducum, qui, pervulgatis triumphi insignibus, majus ex eo decus sperabant, si pacem continuavissent. Paullinus Pompeius et L. Vetus ea tempestate exercitui præerant. Ne tamen segnem militem adtinerent, ille inchoatum ante tres et sexaginta annos a Druso aggerem

Habuerant. Sic Rhen. ex ingenio. Bud. a 1. m. *habuerunt.*

Sulpicium Camerinum absolvit. Sed eumdem paullo post cum filio interfecit. Ἐγκαλέσας σφίσιν, ait Xiphil. 63, 18. ὅτι Πυθικοὶ ἐκ προγόνων ἐπικαλούμενοι, οὐκ ἐπαύσαντο πρόσρημα τοῦτ' ἔχοντες, ἀλλ' ἐς τὰς τοῦ Νέρωνος νίκας τὰς Πυθικὰς ἐκ τῆς ὁμωνυμίας ὑσίβουν. Qui Dionis sive abbreviatoris ejus corruptus locus, scriboque. Ὅτι Ποιητικοὶ ἐκ προγόνων etc. Sulpicii enimvero non Pythici, sed Poetici cognominati, uti liquere potest ex Fastis. Quod cognomen ad injuriam suam trahebat Nero: quia ipse solus victor, solus Pythicus. Notabit ergo philologus similitudinem aliquam inter eas voces, veteri germanaque pronunciatione fuisse. Lips. *Sulp. Camerini* mentio in fragm. Fratrum Arvalium ap. Grut. p. 118. *Pythicus* dicitur ap. Pigh. in Annal. t. 3, p. 590. ad a. 808.

Pomponium Silvanum. Est cum Pompeium Silvanum in Tacito (H. 2, 86.) reperias; est cum Poppæum. Librariorum ea varietas sit, an hominum, alibi videbo. Lips. Infra dedi ex MS. Flor. ed. pr. *vitam eorum*: deinde ex iisdem et Guelf. *Pompeius et Vetus.* Ern.

Ambitu. Sic Rhen. e Bud. Sed et Puteol. ita. Alibi *ambitum*. Faernus volebat *impetum*, quod ridet Grut.

Paull. Pomp. etc. De Paullino Pompeio v. Plin. 33, 50. Ei Seneca inscripsit L. de Brev. vitæ. L. Ant. Vetus CS. fuit a. 808. Vid. c. 11.

Inchoatum a Druso aggerem. Intelligitne fossam Drusianam, Isalæ hodie cognomine insignem, quæ Rhenum imminuit, exhausit, et quasi coercuit? an potius aliud opus in gallica ripa, quo tumidum et vagum cum pernicie accolarum amnem reprimeret? Videtur; et refero ad aggerem istum, quæ H. 5, 19. scripta: *Quin et diruit molem, a Druso Ger-*

coercendo Rheno, absolvit: Vetus Mosellam atque Ararim, facta inter utrumque fossa, connectere parabat, ut copiæ per mare, dein Rhodano et Arare subvectæ, per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exin Oceanum decurrerent: sublatisque itinerum difficultatibus, navigabilia inter se occidentis septentrionisque litora fierent. Invidit operi Ælius Gracilis, Belgicæ legatus, deterrendo Veterem, « ne legiones alienæ provinciæ inferret, studiaque Galliarum adfectaret: formidolosum id imperatori » dictitans, quo plerumque cohibentur conatus honesti.

manico factam, Rhenumque prono alveo in Galliam ruentem, disjectis quæ morabantur, effudit. Vidi, qui molem eam vellent esse Drusoburgum, ad Isalam nunc situm. Næ illi falluntur. Nam qui potest? In Galliarum ripa ea moles fuisse debuit, non in Germaniæ: uti facto Civilis, Tacitique verbis ratio constet. Refellere quidem igitur aliena possim, firmare adhuc ipse nihil. Lips. Ryckius LXVI. redigit, ducto initio numerandi ab A. U. 745. quo Drusus consul in Germania mortuus. Sed non necesse est terminum temporis, cujus annos Tacitus tradit, ponere in anno eo, cujus res jam exponuntur. Turbæ ex ea re ortæ hic traduntur. Opus quidem ipsum aliquot annis ante cœptum est. De aggere ipso vide H. l. c. Ern.

Mosellam atque Ararim. Deus bone, utile, magnum, regium vel romanum plane opus! Sic Carolus Magnus Danubium et Rhenum statuit; alii alia: sed omnes statuerunt tantum. Et nescio, quæ vis ab alto fere impedit, mutari hæc per naturam statuta. Lips. Paullo post pro *exin* ed. pr. *dein*. Pichena volebat *et in*: quod non necesse puto. Ern. Abhinc multa stupenda ejus generis opera perfecere Galli. Sic Mediterraneum mare cum Atlantico junctum. Neque dubium, quin consilium id L. Veteris exsecutura sit nostra ætas. Ceterum ex hoc loco, Sequanos tum ad Germaniam superiorem relatos, infert Perreciot. ap. Grandidier in Hist. d'Als. t. 1, p. 168. Id ni esset, L. Veterem consilium illud capere non potuisse. Obstitit autem Gracilis, quia pars fossæ per Belgicam erat ducenda.

Ælius Gracilis. E libris *Ælius Gracchus*. Lips. Sic et MS. Agr. At ed. pr. *invidit operi ejus Gracilis*: fuit *Elius*: ut in seqq. Guelf. *helius*: ut ante Lips. edebatur. Mox vett. edd. *Vetere*, usque ad Rhen. *Veterem* MSS. Flor. Agr. Deinde idem MS. Agr. *cohibentur*: eleganter. Ceterum ad h. l. v. Marca Primat. Lugd. p. 160. Ern. In Bud. a 1. m. erat *veteres*.

Quo. E scribendi compendio MS. elicit Pichena *quomodo*. Sed magis arridet vulg.

LIV. Ceterum continuo exercituum otio, fama incessit, « ereptum jus legatis ducendi in hostem. » Eoque Frisii juventutem saltibus aut paludibus, imbellem ætatem per lacus admovere ripæ, agrosque vacuos, et militum usui sepositos, insedere, auctore Verrito et Malorige, qui nationem eam regebant, in quantum Germani regnantur. Jamque fixerant domos, semina arvis intulerant, utque patrium solum exercebant: cum Dubius Avitus, accepta a Paullino provincia, minitando « vim romanam, nisi abscederent Frisii veteres in locos, aut novam sedem a Cæsare impetrarent, » perpulit Verritum et Malorigen, preces suscipere. Profectique Romam, dum aliis curis intentum Neronem opperiuntur, inter ea, quæ barbaris ostentantur, intravere Pompeii theatrum, quo magnitudinem populi viserent. Illic, per otium (neque

77. *Imbellem ætatem condentes admovere.* Cod. Agr.

Malorige. Ammian. Marc. 15, 5. *Malarichum* dicit. Germ. fuerit *Malrich.*

In qua tum Germani regnabant. Flor. *in quantum Germani:* optime. Id est, quatenus Germanis quidem est regnum, qui in semilibertate. Lips. Omnes conjecturas irritas fecit cod. Fl. cujus lectio editur inde a Pichena. Ed. pr. *in quam tunc Germani regnabant.* Ern. Bud. *in quam tum Germani regnabant.* Passiva dictio rectior, ut H. 1, 16. G. 43. De re ipsa G. 11.

Jamque fixerant domos. Castigat Rhen. (e Bud.) *Jamque finxerant domos.* Immo *fixerant*, id est posuerant, collocaverant. Juven. Sat. 3, 2., *Laudo tamen, vacuis quod sedem figere Cumis Destinet.* Gron. Edd. ante Rhenan. omnes *fixerant.* Ern.

Utque p. s. ex. Bud. *atque p. s. ex.* Minus bene.

Dubius Avitus. Labor, ut scribam *Vibius Avitus*, inducente me Plinio, qui Neronis temporibus præsedisse Galliæ Germaniæque inferiori Vibium Avitum significat 34, 18., *Statuam Avernorum cum faceret, provinciæ Vibio Avito præsidente.* Antea suspicabar de Didio: fallebar. Lips. Male: nam et apud Plinium optimæ membranæ *Dubio Avito*, non *Vibio.* Gron. Lipsium sequitur cum Bucherio, Eccardo, Harduinus ad Plinium, *Dubius* pro barbaro et rom. inaudito repudians, et Broterius, Gronovium Ryckius. Sane tum multa Romæ nomina barbara, nec ante Romæ audita: nec mirum, ut monuit recte Jac. Gron. ad c. 32. in nomine *Lurii.* Ern. *Dubius* codd. Flor. Bud. Agr. etc.

enim ludicris ignari oblectabantur) dum « consessum caveæ, discrimina ordinum, quis eques, ubi senatus » percunctantur, advertere quosdam cultu externo in sedibus senatorum : et, « quinam forent, » rogitantes, postquam audiverant, « earum gentium legatis id honoris datum, quæ virtute et amicitia romana præcellerent : nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse, » exclamant, degrediunturque et inter patres considunt. Quod comiter a visentibus exceptum, quasi impetus antiqui et bona æmulatione. Nero civitate romana ambos

78. *Bona æmulatione.* Lego *et bonæ æmulationis*, vel *boni æmulatus*, quomodo solet Tacitus. Possis et *honesti æmulatus. Et boni æmulatio* legit Juretus ad Symmach. 4, 56. Cicer. ad Att. 6, 3., *Licet eum solus ames : me æmulum non habebis.* Seneca de Benef. 1, 9., *Si quis nulla se amica fecit insignem, nec aliena uxori æmulum præstat.*

Advertere quosdam cultu externo. Armenios et Parthos, sedentes in senatu, uti eleganter Suetonius loquitur. Morem autem eum fuisse, et hunc honorem bene meritis sociis, didici e Justino : qui de Massiliensibus 43, 5., *Ob quod meritum et immunitas illis decreta, et locus spectaculorum in senatu datus.* Item Josepho, qui decretum C. Cæsaris et senatus recitat pro Judæis 14, 10, 6. in hæc verba : Δίδοσθαί τε Τρικαυῷ, καὶ παισὶ τοῖς αὐτοῦ, καὶ πρεσβευταῖς, τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεμφθεῖσιν, ἵν τε πυγμῇ μονομάχων καὶ θηρίων, καθιζομένους μετὰ τῶν συγκλητικῶν θεωρεῖν. Dio 68, 15., Ὅτι ὁ Τραϊανὸς τοὺς πρεσβευτὰς, τοὺς παρὰ τῶν Βασιλέων ἀφικνουμένους, ἐν τῷ βουλευτικῷ θεάσασθαι ἐποίει. Etsi vetuerat id ante, sua quadam caussa, Augustus : ut in Suetonio leges 44. interdicto tamen non firmo. Sed ait Justinus ecce, in senatu : et Suet. Dom. 8. *in equite spectare.* Nec errent ultra, qui apud Suet. in Claudio, *in senatoriis*, tentant reponere. Sed, quod de legatis his ad Neronis tempora Tacitus retulit, eximium et antiquæ nostræ simplicitatis factum : Tranquillo visum Claudio attribuere 25. Errat, me judice, Tranquillus. Lips.

Degrediunturque. Sic bene e MS. Flor. dedit Pichena. Vett. omnes *digred.* ut alibi. Vid. ad 4, 49. 74. etc. Ern.

Bona æmulatio. Libri aliquot, *æmulatione :* ex quibus junctim tunc scribam, *quasi impetus antiqui et boni æmulatione :* et sane sic fuit. Lips. *Impetus* est repentinus animi ex honesto motus. Ut c. 50. *Sed impetum ejus, multum prius laudata magnitudine animi, attinuere seniores. Antiquum*, quod quodammodo excedit modum sæculi, et antiquitati laudatæ par est. *Æmulatio* autem *bona*, ut alibi *prava*. Sic igitur accipe : *quasi* quod esset *impetus antiqui et bona æmulatione* fieret. Gron. *Bona æmulatione* MSS. (Bud. et alii) et edd. vett. ante Rhen. qui dedit

donavit: « Frisios decedere agris jussit. » Atque illis adspernantibus, auxiliaris eques repente immissus necessitatem adtulit, captis cæsisve, qui pervicacius restiterant.

LV. Eosdem agros Ansibarii occupavere, validior gens, non modo sua copia, sed adjacentium populorum miseratione: quia pulsi a Chaucis et sedis inopes tutum exsilium orabant. Aderatque iis, clarus per illas gentes et nobis quoque fidus, nomine Boiocalus, « vinctum se rebellione Cherusca, jussu Arminii, » referens, « mox, Tiberio et Germanico ducibus, stipendia meruisse. Quinquaginta annorum obsequio id quoque adjungere, quod gentem suam ditioni nostræ subjiceret. Quotam partem campi jacere, in quam pecora et armenta militum aliquando transmitterentur? Servarent sane receptos gre-

79. *Tutum exilium orabant*. *Postulabant* cod. Agr. — 80. *Aliquando transmitterentur*. Forte *vix aliquando*, et *campi*, non *campis*.

æmulatio. Ern. Scil. Rhen. finalem *ne* a seq. vocis capite huc putat accessisse librarii oscitantia. Juretus ad Symm. 4, 56. legit *boni æmulatio*.

Ansibarii. Ed. pr. *Ansivarii*. et infra *Ampsivarii*. In loco Ammiani 22, 10. ex quo Rhen. Ansuarios laudat, putatque eosdem cum his, *Attuarii* hodie leguntur, quæ est gens Francorum. Vid. ibi Lindenbr. et Vales. Male igitur e loco Taciti colligit Rhen. Francos e Chaucis prodisse. Mox ed. pr. *Boiaculus*. MS. Guelf. *Biocalus*. Ern. Bud. *Amsibarii*.

Quinquaginta annorum. Libri vett. *quadraginta*. A clade certe Variana ad hoc ævum, quadraginta sex circiter anni sunt. Lips. Edd. vett. Guelf. *quinquaginta*: recte, numero rotundo, etsi aliquot anni ad veritatem desint. Ern. Bud. habebat *et quinquaginta annorum obsequio. Id q.* Sic et Puteol. Ante *quinq.* punctum posuit Gruterus. Copulam ante *quinq.* habent et codd. Flor. et Agr. In Bud. 2. m. bene delevit. Heins. volebat *sed*.

Quotam partem campi. Forte, *Quo tantam*, aut, *quo eam*. Vulgatam etiam tolero, et capio. Lips. *Jacere* dicitur campus, qui non colitur, nullos fructus edit. Aliter *agri jacere* dicuntur ap. Petron. c. 44. nempe, cum non sunt in magno pretio, cum pretia eorum jacent, ut Cicero loquitur pro Rosc. Com. 12. Ern.

Servarent sane receptos. Scriberem, *exceptos* et *famem*. Lips. Edidi, ut est in omnibus scriptis et edd. ante Freinsh. qui de conjectura edidit *receptus* et *famem*: quorum illud

gibus, intra hominum famam; modo ne vastitatem et solitudinem mallent, quam amicos populos. Chamavorum quondam ea arva, mox Tubantum, et post Usipiorum fuisse. Sicuti cœlum diis, ita terras generi mortalium datas: quæque vacuæ, eas publicas esse. » Solem deinde respiciens, et cetera sidera vocans, quasi coram interrogabat, « vellentne contueri inane solum? potius mare superfunderent adversus terrarum ereptores. »

81. *Hominum famam.* Sic cod. Agr. Sed *famem* emendatum. — 82. *Solum deinde respiciens. Despiciens* cod. Agric. Puto *suspiciens.* Lege *dispiciens.* Catullus 66, 1., *Omnia qui magni dispexit sidera mundi.* Mox lege : *sidera advocans.*

quidem commodum sensum habet, non hoc, in hoc quidem loco. *Receptos* int. agros vel campos, ex antecedente. *Agri recepti gregibus*, sunt concessi, dati gregibus alendis. *Recipi* eleganter dicuntur, quæ excipiuntur, reservantur. V. Gron. ad Senecæ Cons. ad Marc. c. 10. atque idem est quod ante c. 54. *sepositus usui militum.* ap. Livium 1, 53. *reliquam captivam pecuniam in ædificationem templi seposuit.* Porro *inter hominum famam*, intellige: si modo campi illi sint inter homines, iis locis, ubi homines sint, habitent : quod clarum est e seq. *modo ne vastitatem et solitudinem mallent. Hominum famam*, sive *famam* pro locis habitatis illa ætas dixit, idque illustrat Gronov. Obs. 1, 4. ubi hunc locum similiter explicat. Freinsh. conjectura tamen recepta in edd. J. Fr. Gronovii, (non ab ipso) Ryckii, et, prima parte, Jac. Gronovii. Mox *sicuti* MS. Flor. ed. pr. Ern. Satis arridet conjectura Bip. quam recepi. Sensus : ab hominum nunc viventium memoria. Bud. *receptos gr. inter hom. famam.*

Chamavorum. Pro his *Menapiorum* legendum suspicatur Spener Not. Germ. ant. 4, 3, 30. et loco *Tubantum* ponendum *Sugambrorum* vel *Sugambrum* Cluver. Germ. ant. 3, 12. In tot tantisque populorum mutationibus vix certi quid definiri posse judicat Broterius. Cf. G. 32, 33. Mox *sicuti* cod. Flor. et Bud.

Quæque vacuæ. Suspicor edidisse Tacitum : *quasque vacuas, eas publicas esse :* et hoc exemplum addendum iis, quæ notavimus Obs. 2, 14. Gron. *Sunt* etiam ab ed. pr. abest, ut a Flor. MS. delevit Pichena. Copulam addidit Rhenanus. Ern. e Bud. in quo *sint* a 2. m. adjectum.

Solem respiciens. MS. Flor. Bud. Agr. ed. pr. *despiciens :* quod ridicule defendit, in textum receptum, Jac. Gronovius, quasi radios in terram missos a sole adspexerit. *Respiciens* inde a Puteolano omnes. Rhenanus conjiciebat *aspiciens.* At *respicere* pro adspicere etiam 14. 8. Pro *deinde* MS. Guelf. *idem.* Ern. Hill. Rac. 38. conjicit *suspiciens.* Sed id jam occuparat Heinsius. Gruterus a glossa putat esse *respiciens* et *vocans.* Utrumque commode abesse posset.

LVI. Et commotus his Avitus, « patienda meliorum imperia. Id diis, quos implorarent, placitum, ut arbitrium penes Romanos maneret, quid darent, quid adimerent : neque alios judices, quam se ipsos, paterentur. » Hæc in publicum Ansibariis respondit : ipsi Boiocalo, « ob memoriam amicitiæ daturum agros. » Quod ille, ut proditionis pretium adspernatus addidit : « deesse nobis terra, in qua vivamus; in qua moriamur, non potest. » Atque ita, infensis utrimque animis, discessum. Illi Bructeros, Tencteros, ulteriores etiam natio-

83. *Deesse nobis terra, in qua vivimus.* Opinor addendum *potest. In qua vivamus, potest.* Sic *esse* repetitum Hist. 1, 3., *Nec enim unquam atrocioribus populi romani cladibus, magisve justis judiciis approbatum est, non esse curæ deis securitatem nostram, esse ultionem.* Ibid. 1, 30., *Perdere iste sciet, donare nesciet.* Senecn Suasor. 2., *Nescio, an vincere possimus, vinci non possumus.* Sen. de Ira 1, 16., *Putavit, aut sibi noceri ne a Jove quidem posse, aut se nocere etiam Jovi posse.* Interpretes hic non satisfaciunt. Aiunt sic Lipsium et Muretum restituisse ad Ann. 12, 64. Forte, *deesse nobis terra quit vivis.*

Et commotus his Avitus. Turbata et trunca forsitan. Lego tamen : *Nec commotus his Avitus, patienda m. imperia ait. Dis quos,* etc. Lips. Mox MS. Guelf. et duo alii ap. Broterium, *qui darent, qui adimerent,* quod sequentibus bene convenit. Ern. Bud. *quid.... quid.*

Neque alios judices quam se ipsos paterentur. Nec male deleveris τὸ *se,* ut τὸ *ipsos* referatur ad *deos.* Libro 15, 24. *quoniam dii, quamvis potentium populorum arbitri, possessionem Parthis non sine ignominia romana tradidissent.* Horatius od. 3, 1, 5. *Regum timendorum in proprios greges; Reges in ipsos imperium est Jovis.* Gron.

Deesse nobis terra. Sic primus edidit Rhen. de conjectura : totidemque verbis est in MS. Agricolæ. Ed. pr. corrupte : *decere nobis terram vivam :* Puteol. *deesse nobis terra viva,* quod secutus est Beroald. *Terram vivam* etiam MS. Flor. Guelf. unde J. Gron. faciebat *terra in vitam.* Pichena conjicit : *terra vivis :* utrumque bonum, illud melius et elegantius. Sic *habere in sumptum.* Illud autem est corrumpere, non corrigere, quod N. Heinsius ep. ad Græv. t. 4. Coll. Burm. p. 498. vult, atque etiam est in margine ed. Gryph. adscriptum, *terra potest :* quasi non melius e seq. intelligatur. Vide hoc genus loquendi copiose illustratum a Gronovio Obs. 4, 2. p. 26. Adde ad 12, 64. Ern. Bud. a 1. m *deesse nobis terram vivam in q. m. n. p.* Bip. emendationi Rhenani substituunt hanc : *d. n. terram in vitam, in q. m. n. p.* Quippe homine forti et desperato magis dignam sic fore orationem putant. Quod ad ellipsin, similem habes H. 1, 8., *Et pacis artibus, bellis inexpertus.*

nes, socias bello vocabant. Avitus, scripto ad Curtilium Manciam, superioris exercitus legatum, « ut Rhenum transgressus, arma a tergo ostenderet; » ipse legiones in agrum Tencterum induxit, « excidium » minitans, « nisi caussam suam dissociarent. » Igitur absistentibus his, pari metu exterriti Bructeri, et ceteris quoque aliena pericula defendentibus, sola Ansibariorum gens retro ad Usipios et Tubantes concessit. Quorum terris exacti, cum Cattos, dein Cheruscos petissent, errore longo, hospites, egeni, hostes, in alieno, quod juventutis

84. *Pari metu exterriti.* Puto *exterritis et Bructeris, ceteris quoque.*

Curtilium Manciam. Phlegon De admir. 27. *Curtilius Mancias legatus in Germania exercitum duxit Q. Volusio et P. Scipione* coss. Lips. MS. Guelf. *Ab Avito scriptum ad C. M.* Ern.

Absistentibus. Ita Rhen. ex Bud. *asistentibus.* Prius legebatur *assistentibus.* Cf. 2, 31, 34. H. 3, 74. 4, 32.

Pari metu exterriti Bructeri, et ceteris. Flor. lectio, et ed. pr. Ceteræ (et Bud.) *exterritis Bructeris, et ceteris.* Mox *quoque* abest a MS. Bud. Ern.

Pericula deserentibus. MS. Flor. Bud. Guelf. ed. pr. *defendentibus*: quod interpretatur J. Gron. *a se arcentibus*, vultque servari, cum ipse interea vulgatum teneat. Ac, nisi *aliena pericula defendere* e consuetudine latine loquentium esset, potius pericula ab aliis propulsare, quam communionem alieni periculi vitare, eam lectionem, propter librorum auctoritatem, reciperem: nunc vulgatam retineo et ipse, dum melius quid reperiatur: quum interea fatear, me nescire, an ducta sit e libro scripto. Eam primus induxit Rhenanus, corrigens lectionem superiorum edd. in quibus erat *deferentibus* (nam sic est in ed. Puteol. Ber. Alc. non *deserentibus*, ut J. Gronovius e Beroaldina laudat) sive vitium operarum in ed. Puteol. fuit, quod sequerentur ceteri, sive ita ille et MS. edidit, quod credo. Etiam infra 14, 33. confunduntur *deferentibus* et *defendentibus.* Id si est, tanto magis libet suspicari, Tacitum dedisse *defugientibus.* Ac fortasse in mente habuit locum Cæsaris B. G. 6, 13. *iis omnes decedunt*, (pro quo noster *absistere*) *aditum eorum sermonemque defugiunt.* Notio *deserendi* est jam in *sola*; quod est *deserta.* Ern. Restitui cum Bip. *defendentibus.* Rhen. hoc non posse stare putabat; nisi legatur *periculo.* Verum æque dicimus *defendere vim, injuriam, bellum* etc. Immo Cic. pro Murena 3. *de civium periculis defendendis.* — Bellum præliumque de salinis (Cattos inter et Hermunduros) illustravit peculiari dissertatione G. Casp. Kirchmaier 4. Witteb. 1689. Recusa cum Notitia Hermundurorum 8. Norimb. 1793.

erat, cæduntur : imbellis ætas in prædam divisa est.

LVII. Eadem æstate, inter Hermunduros Cattosque certatum magno prœlio, dum flumen, gignendo sale fecundum et conterminum, vi trahunt; super libidinem cuncta armis agendi, religione insita, « eos maxime locos propinquare cœlo, precesque mortalium a deis nusquam propius audiri. Inde, indulgentia numinum, illo in amne illisque silvis salem provenire, non, ut alias apud gentes, eluvie maris arescente unda, sed super ardentem arborum struem fusa, ex contrariis inter se elementis, igne atque aquis concretum. » Sed bellum,

85. *Arescente unda.* Unda non arescit. Puto *arescentem, sed unda.*

Dum flumen gignendo sale. Non abhorret certe a fide, ut hoc flumen Sala fuerit? argumento vel nominis ipso. Flumen nobile, mihi carum : domicilii olim caussa, et Andreæ Ellingeri, medici primarii; cujus fides ac doctrina, magna mihi, dum vivam. Lips. Mox *libidinem* est a Rhen. Superiores omnes *libidine.* Illud tamen verum est. Mox Guelf., *vi, armis.* Ern. Eccard de Orig. Germ. 2, 35. Salam Franconicum hic designari docet, cui adjacet Kissinga, prope quam adhuc sal excoquitur. Cf. Thoeldenii halograph. p. 177. De salinis istis iterum certatum tribus sæculis post, quum Burgundii Cattorum, Alamanni Hermundurorum sedes occupassent. Ammian. Marc. 28, 5.

Salem provenire. Jac. Gronov. notat e MS. Flor. *item :* et plane sic est in MS. Guelf. et ed. pr. *Salem* ceteri omnes. Mox idem Guelf. (et Bud.) *arentem.* Male. Ern. A Bud. abest *salem.* 2. m. adjecit *item.*

Eluvie maris arescente unda, sed. Muretus *arescente, sed unda.* At ipsa de re Plin. 31, 39., *Galliæ Germaniæque ardentibus lignis aquam salsam infundunt.* Varro R. R. 1, 7., *In Gallia Transalpina intus ad Rhenum, cum exercitum ducerem, aliquot regiones accessi, ubi salem nec fossicium, nec maritimum haberent, sed ex quibusdam lignis combustis, carbonibus salsis pro eo uterentur.* Ubi lego, *intus Rhenum*, particula additicia rejecta. Lips. Isidorus Orig. 16, 2. *nam aquis maris sponte gignitur, spuma in extremis litoribus vel scopulis derelicta, et sole decocta.* Gron. Muretum sequitur Broterius. Ern.

Ex contrariis inter se elementis. Ex MS. Flor. Guelf. edd. omnes ante Rhenanum, qui (Bud. secutus) delevit. Pichena restituit. Idem MS. Flor. *alimentis :* vitiose. Initia hic et materia, ex qua sal fiat, non alimenta memorantur. *Concreta* scripti et editi olim omnes. *Concretum* est e correctione Lipsii, quam ille tamen non recepit in textum, sed Pichena et seq. Ern.

Hermunduris prosperum, Cattis exitio fuit, quia « victores diversam aciem Marti ac Mercurio » sacravere, quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur. Et minæ quidem hostiles in ipsos vertebant. Sed civitas Juhonum socia nobis, malo improviso adflicta est. Nam

86. *Cuncta victa. Victa* non erat in cod. Agr. Forte *jumenta, vicos.* Vid. Rhenan. et Gronov. infra 14, 30., *Præsidium posthac impositum vicis.* Forte *cuncta, ceu victimæ, occidioni dantur.* — 87. *Civitas Juhonum. Vibonum* Flor. *Jubonum* cod. Agr. Forte *civitas Ubiorum.* Confirmant, quæ adduntur, *ferebanturque in ipsa nuper conditæ coloniæ mœnia.* Colonia Agrippina recens condita. Bis terve in Historiis *Vibiorum* pro *Ubiorum.* Paullo ante bene idem codex Agric. *hostiles in se vertebant.*

Cattis exitio fuit. Non dissimulo alucinationem et παράδρομα viri docti nostratis, qui ab hac pugna initia derivat Batavæ genti. Censet enim, victos pulsosque eo prœlio, Cattos devenisse maritimos locos, ubi nunc Batavia est, et originem dedisse inter Belgas nobilissimæ genti. Cæcitatem! Batavi noti celebresque diu ante hanc ævo Neronis pugnam : et Cattorum migratio, de qua Tacitus de Germ. 29. non dubie antiquior. *Batavi*, inquit, *non multum ex ripa, sed insulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, et seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars romani imperii fierent.* Lips. Sic omnes edd. inde a Puteol. ad Pichenam, qui e MS. Flor. dedit *exitiosius.* Ed. pr. *exitiosum.* Melius est *exitio fuit.* præsertim, cum Tacitus variare soleat formam orationis. Ern. Bud. *exitiosum fuit.* sed 2. m. syllabam *sum* erasit.

Cum ita victa occidioni. Placet Danesii conjectura, *cuncta viva.* Lips. MS. Flor. (Bud.) edd. omnes *cuncta victa*, idque defendit Freinsh. ad Flor. 4, 2. et ad h. l. Faernus quoque conjecit *viva.* At J. Fr. Gronovio neutrum placet, sed *victi :* cuncta, quæ victus antea possedit. Ern. Provocat Freinsh. ad Cæs. B. G. 6, 17. et 1. Sam. 15, 3. — * Cf. et Athen. 9, 16.

In ipsos vertebant. Sic est in MS. Flor. et ed. pr. at Rhen. conjecerat : idque ut Taciti stilo convenientius rescripsi, cum J. Gronovio. Vulg. (et Bud.) *vertebantur.* Ern.

Civitas Juhonum. De hoc igne nimia mira. Pighius, amicus noster, censebat, *Huionum* scrib. quoniam in agro cognomine, hodie lapis multus sub terra fossilis, idoneus concipere ignem. Sed ego ambigo, ne ea gens in Germania ipsa alibi fuerit, non in Belgica : et quidam libri, *Vibonum.* Lips. *Vibonum* MS. Fl. (Bud.) Agr. Guelf. Nempe sæpe in libris scriptis *vi* et *in* permutantur, centies in ed. pr. Taciti ut jam supra notavi. Nullum igitur hinc argumentum pro corruptela vulgatæ lectionis. Ed. pr. *Jubionum.* Puteol. *Juhonum* et sic ceteri. N. Heinsius conjiciebat *Ubiorum*, quod etiam M. Altingio Not. G. ins. P. 1. p. 83. et Cellario probatur. Ryckius *Æduorum*, intelligitque incendium Lugdunense, de quo etiam 16, 13. quod nescio, an quisquam probaturus sit. Cluverus G. A. 3, 8. in ducatus

ignes, terra editi, villas, arva, vicos passim corripiebant, ferebanturque in ipsa conditæ nuper coloniæ mœnia. Neque extingui poterant; non, si imbres caderent, non fluvialibus aquis, aut quo alio humore: donec inopia remedii, et ira cladis, agrestes quidam eminus saxa jacere, dein, residentibus flammis, propius suggressi, ictu fustium, aliisque verberibus, ut feras absterrebant:

88. *Aut alio humore niterentur. Niterentur* abest a Flor. Cod. Agric. habet *perfunderentur*. Omnino tollendum est. Sed scribo, *non vi fluvialis aquæ*. Sic *vi Nili* apud Justin. 2, 1. ubi nunc *sive Nili* male legitur. Nam *vis Nili* præcesserat. Paullo ante cod. Agr. *passim arripiebant*. — 89. *Et ira cladis*. Puto *et injuria cladis irritati agrestes*, vel *vi irritati*. 16, 4., *lætabantur per injuriam publici flagitii*.

Bergensis austrina parte civitatem Juhonum ponit. Grævius ep. ad Heins. t. 4. Coll. B. p. 673. non urbem, sed gentem, rempublicam intelligit. Ern. Sic et Cluver. l. c. Ita *civitas* et ap. Cæs. B. G. 2. Justin. 41, 5. etc. Apud historicos sæpe *Vibii* pro *Ubiis* ponuntur. Rhen. volebat *Bibonum* et intelligebat tractum, quem vocat, Bibensem, Bebenhusen, Bebelingen. Wüstemann. de Hermunduris §. 10. *Tubonum* vel *Tubantorum* legendum præcipit. De Lugd. incendio v. et Sen. ep. 91.

Corripiebant. Ed. pr. *arripiebant*, quod rectum est, et fortasse illi præferendum. Etiam 14, 8. *arripere servos*, pro corripere; et sic sæpe Livius. V. Drakenb. ad 3, 13. Ern.

Humore niterentur. Aiunt corruptum hoc verbi: *niterentur*: aut potius Flor. cod. exemplo delendum. Dissentio, et promptum est, *niterentur exstinguere*, ordinari. Lips. Ego vero non dubitavi delere verbum, quod etiam (a Bud. et) ab ed. pr. abest, et in quo ceteri MSS. ita variant, ut planum sit, id verbum e margine et a glossa natum esse. Nam MS. Agr. habet *perfunderentur*. Oxon. *uterentur*. Omitti vult etiam Cort. ad Sall. B. C. 3, p. 22. ubi similia exempla. J. Gronovius vocat donum Beroaldi. Immo Puteolani, sive cod. quem ille habuit. Nam est et in Guelf. Verum deleto hoc, consequens erat, ut etiam deleretur alterum *si*: ut vidit Pichena, frustra repugnante J. Gronovio. Atque credo, hoc ipsum *si*, frustra a librariis repetitum, occasionem dedisse inserendi verbi, ad quod referretur. Decepit librarios inscitia consuetudinis Cornelianæ, substantiva periphrastice exprimendi. Sufficiebat *non imbribus*. Ei periphrasi deinde adjungit substantiva nuda. Sic paullo ante c. 56. *quod juventutis erat: imbellis ætas*. Secutus nos est Broterius. Ern. Rhen. servavit *niterentur* et suadebat legere *reniterentur*, quod placebat Vertranio et Danesio. Frustra.

Agrestes quidam. Ed. pr. *agrestis*: mox *resistentibus flammis*. ut in Guelf. Ceteræ omnes (et Bud.) *residentibus*, quod verum. Paullo post correxi *derepta*, pro *direpta*, ut Ryckius e cod. Agr. Ern.

postremo tegmina corpori derepta injiciunt, quanto magis profana et usu polluta, tanto magis oppressura ignes.

LVIII. Eodem anno Ruminalem arborem in comitio, quæ super octingentos et quadraginta ante annos Remi Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus et arescente trunco deminutam, prodigii loco habitum est, donec in novos fetus reviresceret.

90. *Tegmina corpori direpta. Derepta* omnino cum cod. Agr. — 91. *Profana et usu polluta. Profano ex usu* puto. *Viliori* non habet cod. Agr. et puto ab aliis abesse. — 92. *Octingentos et quadraginta.* Lego *octingentos atque triginta.*

Profana et usu polluta. Adde vocem e prisca editione, *et usu viliori polluta*. Vestes vult sanguinis aut seminis notis sordentes. Lips. Intelligit ed. Puteol. quam sequuntur Riv. Beroald. Alc. estque et in MS. Guelf. Ad ed. pr. MS. Bud. (Agr.) omnesque a Rhenano edd. eo verbo carent. Recte. Quorsum enim addatur? Ern.

Ruminalem arborem. De ficu Ruminali et Navia digna lectu Scaliger in Festum, illustrissimum ingenium nostri ævi. Lips. Adde Salmas. ad Solin. p. 800. Ern. Plin. 15, 20.

Quæ super octingentos et quadraginta ante annos. Damno numerum. Nam hic annus U. c. 811. Romulus autem Remusque XVIII. duntaxat annos nati, cum facta Roma est. Non ergo plures ab infantia eorum ad hunc diem annis triginta. Facilis putatio ex Dionysio, Livio, et aliis. Ita ergo hic emendem, et *octingentos et triginta* scribam, ne Tacitus manifesta sit in culpa. Lips. *Oct. et trig.* probat Acidalius et putat *et quadraginta* ortum ex *atque triginta*, quod recepere Bip. In Bud. post *ante* legitur *per*, unde Rhen. conjicit *perennans.*

Revirescerat. Ita e Flor. Pichena edidit: cui consentit Guelf. *Revivisceret* superiores omnes. Sed ante idem liber Guelf. non habet *habitum est.* Ern.

C. CORNELII TACITI

AB EXCESSU

DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER QUARTUS DECIMUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. I. Nero matris cædem agitat, incitante Poppæa. — II. Agrippina incestum tentat, an Nero potius? — III. De cæde matris deliberat Nero. Aniceti consilium. — IV. Agrippinæ cum Nerone, scelus celante, convivium. — V. Mari mergenda ægre evadit. Acerronia remis conficitur. — VI. Agrippina dissimulat. — VII. Nero trepidat, cum Burro et Seneca deliberat. Anicetus cædem Agrippinæ suscipit et — VIII. perpetrat. — IX. Agrippinæ viles exsequiæ. — X. Nero conscientia vecors adulatione erigitur. — XI. Literis ad senatum matrem etiam post fata criminatur. — XII. Senatus turpiter adulatur. Thrasea Pætus virum se præstat. Nero mite ingenium adfectat.

XIII. Urbem intrat anxius: blanditias expertus, in omnes libidines se effundit; — XIV. citharœdus, auriga, nobiles ad paria flagitia adigit. — XV. Juvenalia. Nero in scena. Augustanos conscribit: — XVI. carmina pangit: philosophos ridet. — XVII. Cædes inter Nucerinos et Pompeianos occasione gladiatorii spectaculi. — XVIII. Blæsus damnatur. Strabo absolvitur. — XIX. Mors Domitii Afri, M. Servilii. — XX. Quinquennale ludicrum Romæ. Varia de ludis fama, eorum vituperia, — XXI. laudes et excusatio. Nero eloquentiæ victor. — XXII. Portentis commotus Rubellium Plautum in exilium agit.

XXIII. Corbulo Mardorum latrocinia punit: —XXIV. percussorem vitat, Tigranocerta capit. — XXV. Hyrcanos in societatem recipit. — XXVI. Tiridatem arcet ab Armenia, quam tradit Tigrani, Syriæ præficitur. — XXVII. Puteoli, Tarentum, Antium, coloniæ. — XXVIII. Comitia prætoria. Vibius damnatus.

XXIX. Clades britannica. Suetonius Monam invadit, — XXX. incolas domat. — XXXI. Iceni, Boadicea duce, et Trinobantes rebellant; — XXXII. Camalodunum expugnant; Petilium Cerialem cum nona legione fundunt; — XXXIII. a Suetonio desertum Londinium et Verulamium spoliant, cives et socios Romanorum trucidant. — XXXIV— XXXVII. Boadiceam ferocientem superat Suetonius. Ipsa veneno vitam finit. Pœnius Postumus gladio se transigit. — XXXVIII. Classicianus, Suetonio discors, res turbat. — XXXIX. Missus Polycletus hostibus est irrisui. Suetonio Petronius Turpilianus successor datus.

XL, XLI. Ob falsum testamentum damnati. — XLII. Pedanius Secundus, urbis præfectus, a servis cæsus. — XLIII, XLIV. In eos lege agi vult C. Cassius, et — XLV. contra aliorum sententiam obtinet. Populum supplicio renitentem Nero increpat. — XLVI. Tarquitius Priscus damnatus. Census per Gallias actus. — XLVII. Mors et laus Memmii Reguli. — XLVIII. Antistius majestatis delatus, — XLIX. a Thrasea defensus. — L. Fabricius Veiento, calumniæ reus, Italia pellitur.

LI. Burri mors, laus, successores Rufus et Tigellinus. — LII—LIV. Criminationes discutere parat Seneca apud Cæsarem et commeatum petit, qui — LV, LVI. subdole respondet. — LVII—LIX. Rufum imminuit Tigellinus, Plauto et Sullæ periculum struit, eos opprimit.

LX. Nero, ducta Poppæa, Octaviam amolitur. Tum hanc revocat, — LXI. lætante populo. Poppææ mox honos repositus. Ejus doli. — LXII—LXIV. Aniceti scelere Octavia in exilium pulsa necatur in Pandateria. Temporum infelicitas. — LXV. Libertos Doryphorum et Pallantem veneno tollit Nero. Seneca incusatur. Piso Neroni insidiatur. Gesta hæc annis circiter quatuor,

C. VIPSTANO, C. FONTEIO CAPITONE;
IMP. NERONE IV, COSSO CORNELIO LENTULO;
C. CÆSONIO PÆTO, C. PETRONIO TURPILIANO;
P. MARIO CELSO, L. ASINIO GALLO, COSS.

I. Caio Vipstano, Fonteio coss. diu meditatum scelus non ultra Nero distulit, vetustate imperii coalita audacia, et flagrantior in dies amore Poppææ, quæ sibi matrimonium et discidium Octaviæ, incolumi Agrippina, haud sperans, crebris criminationibus, aliquando per facetias incusare principem, et « pupillum » vocare, « qui jussis alienis obnoxius, non modo imperii, sed libertatis etiam indigeret. Cur enim differri nuptias suas? formam scilicet displicere et triumphales avos? an fecundi-

COMMENTARIUS.

Caio Vipsanio. Vulgati *Vipsano.* Viri docti Vipstanum eum nominant. Vide Fulvii numos, in Apronia gente. Lips. Quum alteri consulum nullum prænomen addatur; id autem fuerit non aliud, quam quod præscribebat collega, suspicor Tacitum scripsisse : *Caiis.* De gente *Vipstana* vide Ruperti et Reinesii alternas Epist. 48 et 53. Gron. *Vipstano* verum esse, clarum est ex inscriptionibus ab Ursino, Sponio et Grutero editis, quas vide ap. Ryckium et J. Gron. ad h. l. unde sic cum illis ipsis edi curavimus. Edd. vett. omnes *Vipsano:* recentiores ut Lipsii, J. Fr. Gron. *Vipsanio.* Ern. Flor. et Bud. *Vipsano.* Cf. et ad H. 1, 76.

Flagrantior in dies amore. Intelligi potest *flagrantior.* Melius tamen *flagrantiore :* quod Tacitum dedisse credo. Nam *et* conjungit hæc cum *audacia coalita*, non cum nomine Neronis. De vi verbi *coalescere* supra dictum. Ern. *Flagrantiore* volebat Acidalius. Sic edidere Bipontini. Præfero vulgatum.

Dissidium Octaviæ. Ut sæpe supra, *discidium.* Gron. Sic MS. Flor. (Bud.) Agr. Guelf. ed. pr. Ryckii. Gron. fil. *dissidium* Puteol. cum seqq. Ern.

Incusaret.... vocaret. Sic MSS. Flor. (Bud.) Guelf. ed. pr. veteres omnes : idque verum. At recentiores, Lipsius et seqq. infinitivos dedere, nescio an e libris. Ern. Utut sit, hæc lectio planior est, quam sequor cum Pich. et Bip. Vertranius putabat transponenda esse verba sic : *cr. cr. incus. P. et per fac. p. voc.*

Triumphales avos. Unum tantum, Poppæum Sabinum. Lips. Parentes, liberos, filios, et similia in plurali dici, etiam cum de uno sermo est, hodie notissimum. Ern. De Poppæo 4, 39.

tatem et verum animum? timeri, ne uxor saltem injurias patrum, iram populi adversus superbiam avaritiamque matris, aperiat. Quod si nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, reddatur ipsa Othonis conjugio. Ituram quoquo terrarum, ubi audiret potius contumelias imperatoris, quam viseret, periculis ejus immixta. » Hæc atque talia, lacrimis et arte adulteræ penetrantia, nemo prohibebat; cupientibus cunctis infringi matris potentiam, et credente nullo, usque ad cædem ejus duratura filii odia.

1. *An fecunditatem et verum animum?* Hoc est, sinceram amorem et affectum. Perperam sollicitatus locus. Sic *verus affectus* H. 1, 15. Plinius Ep. 8, 6., *Scio quam sit tibi verus et ingenuus animus*, notante Grutero. Noster infra 14, 61., *an, quia veram progeniem penatibus Cæsarum datura sit.* Symmach. Ep. 1, 8., *veri amoris indicium.* Cicero, suggerente Grævio Ep. 12, 16., *Non nescis, quanti te faciam, et quam pro nostro veterrimo verissimoque amore omnibus tuis commodis gaudeam.* Curtius 10, 5. de morte Alexandri: *Persæ comis suo more detonsis non ut victorem et modo hostem, sed ut justissimum gentis suæ regem, vero desiderio lugebant.* Justinus 4, 3., *quos Ptolemæus ultra modum veræ affectionis amplexus, osculis diu fatigat.* — Deinde scribe, *verum animum timeri, neve uxor saltum in injurias patrum, iram populi etc. aperiat? Saltum aperire.* Curtius 6, 5., *Una ratio erat cædendo aperire saltum. Saltus* ubi greges pascebantur, qui obsepiri solitus, unde et *septa* pro *saltu* Lucan. Huc alludit Plautus Casina 5, 2, 41., *ubi illum saltum video obseptum, rogo ut altero sinat ire.* Livius 39, 32., *aperuit saltum usque ad flumen Macram.* 44, 4., *Attalum et Misagenem præsidio essè saltum aperientibus jubet. Aperire campum* noster H. 2, 25. *portum* Ann. 16, 23. *sinum pandere fortunæ occurrenti* H. 1, 52. *fenestram aperire famosis carminibus* Suet. Tib. 28. ubi vid. Casaub.

An fecunditatem et verum animum. Distinguo, *verum animum? timeri, ne uxor.* Nam quod Erricus Memmius legebat, *uterum annuum*, acutius quam verius censeo. Lips. Sic emendabat etiam Faernus, placebatque Ursino, Freinshemio et aliis. Sed *verum animum* probo, h. e. verum amorem; nam opponitur mox *infesta Neroni uxor. Verus animus* est etiam Hist. 1, 15. unde jam laudavit Ryckius. Heinsius ap. Græv. t. 4. Coll. epp. B. p. 672. corrigit: *a. f. et v. a. timeri? neve uxor* etc. quod mire placet Grævio, hoc sensu: neve, si uxor ejus sim, si non alia, at injurias, quibus a patribus afficitur, et odium populi in Agrippinam aperiam. Ern. H. 1, 15. legitur *verus ad fectus*, i. e. dissimulare nescius.

Posset, reddatur. Acidalius vel *possit*, vel *redderetur* legendum censet. Probo posterius propter sequentia. Ern.

Othonis conjugio. Vide 13, 45, 46.

II. Tradit Cluvius, « Agrippinam ardore retinendæ potentiæ eo usque provectam, ut medio diei, cum id temporis Nero per vinum et epulas incalesceret, offerret se sæpius temulento comptam et incesto paratam. Jamque, lasciva oscula et prænuntias flagitii blanditias adnotantibus proximis, Senecam contra muliebres illecebras subsidium a femina petivisse: immissamque Acten, libertam, quæ, simul suo periculo, et infamia Neronis anxia, deferret, pervulgatum esse incestum, gloriante matre, nec toleraturos milites profani principis imperium. » Fabius Rusticus, « non Agrippinæ, sed Neroni cupitum id, » memorat, « ejusdemque libertæ astu disjectum. » Sed, quæ Cluvius, eadem ceteri quoque auctores prodidere, et fama huc inclinat : seu concepit animo tantum immanitatis Agrippina, seu credibilior novæ libidinis meditatio in ea visa est, quæ, puellaribus annis, stuprum cum Lepido, spe dominationis, admiserat,

Ardore ret. A. p. Sic scr. et edd. præter Corbei. qui habet *Agripp. a. r. p.* quod melius recte judicat Broterius. Nam vulgata structura durior est. Ern. Omnino restituenda Tacito proba lectio.

Medio, diei, cum id temporis. Romani ergo epulabantur die medio? Non vulgo quidem : non item viri serii, sobrii, sicci. Sed describit Tacitus Neronis convivium adolescentis madidi, vere tempestivum. De quo, itemque de intempestivo, vide utiliter notata in Excurs. A. Lips. Mox edd. ante Rhen. male *luscivia.* Copula, quam e MS. Flor. addidit Pichena, est etiam in ed. pr. Sed iidem libri et MSS. Agr. Guelf. *flagitiis*, ut et ceteræ edd. ante Rhen. Post *proximis* colon posui, ut est in edd. ante Rhen. Ern. In edit. Beroaldi per errorem legitur *lascivia.* Puteol. jam habet *lasciva.* Sic et cod. Bud. Colon ab Ernestio positum sustuli, ne causa ab effectu sejungatur.

Suo periculo etc. Heinsius malebat : *sui periculi et infamiæ N. anxia.* ut 4, 12 et 59. Habet tamen et Liv. 25, 40. *anxius gloria.* et Suet. *Ner.* 36 *anxius ea re.*

Seu concepit. Sic edidi e MS. Flor. et ed. pr. Nam mox etiam *visa est.* Atque sic etiam placebat J. Gronovio. Vulgo *conceperit.* Ern. Ita Bud.

Stuprum cum Lepido. Qui Lepidus antea maritus Drusillæ, convictus postea conjurationis in Caium. Suet. Cal. 24. Dio 59, 11 et 22. item-

pari cupidine usque ad libita Pallantis provoluta, et exercita ad omne flagitium patrui nuptiis.

III. Igitur Nero vitare secretos ejus congressus : abscedentem in hortos, aut Tusculanum, vel Antiatem in agrum, laudare, « quod otium lacesseret. » Postremo, ubicumque haberetur, prægravem ratus, interficere constituit : hactenus consultans, « veneno, an ferro, vel qua alia vi. » Placuitque primo venenum. Sed inter

2. *Quod otium lacesseret.* An *capesseret? capessere parata* Ann. 6, 37. Sic sæpe noster. Vel lege *otio marcesceret.* Apud Justin. 30, 1., *otio ac desidia exercitus marcebat. Marcens quotidiana luxuria* 34, 2. ubi *marcessenti* quidam MSS. Bongarsii. *otio senescere* Livius 1, 22. *senescere igitur civitatem otio ratus*, alii *torpescere. marcere pavore* Curt. 4, 13, 18. Ovidius ex P. 2, 9, 61., *ne tua marcescant per inertes otia somnos.* Livius 26, 2., *Nec hercule mirum esse milites in acie non stetisse, cum primus omnium imperator fugeret. Non stetisse* abest a scriptis melioribus, teste Gronovio. Lege *milites in acie marcere*, vel *marcuisse.* Vide Ann. 15, 49.

que stupri in Agrippinam et Livillam. Rutilius in Itin. de Lepidis v. 293. *Haud procul hinc petitur signatus ab Hercule portus : Vergentem sequitur mollior aura diem. Inter castrorum vestigia sermo retexit Sardoam, Lepido præcipitante, fugam. Litore namque Cosæ cognatos depulit hostes, Virtutem Catuli Roma secuta ducis. Ille tamen Lepidus pejor, civilibus armis Qui gessit sociis impia bella tribus . . . Insidias paci moliri tertius ausus, Tristibus excepit congrua fata reis. Quartus Cæsareo dum vult irrepere regno, Incesti pœnam solvit adulterii?* Primum mali fati Lepidum intellegit, qui cum Q. Catulo dissensit post obitum Sullæ, et in Sardinia periit. Alterum, qui triumvir. Tertium, qui conspiravit in Augustum, illius filium. Quartum, de quo hic. Sed cur poeta ait, incestum ejus adulterium cum Agrippina et Livia? ideo, quia maritus Drusillæ Lepidus : et cum Agrippina etiam sanguine junctus. Credo enim, hunc Lepidum natum ex Æmilio Paullo et Julia, nepte Augusti. At Julia soror Agrippinæ, quæ mater Caii et sororum. Hinc clarum, cur Caius successorem illum imperii destinaverit, et quinquennio maturius, quam per leges magistratum capere voluerit : quod Dio tradidit 59, 22. Erat enim sanguinis gentisque Augustæ, pari cum Caligula gradu. Præter rem hæc dixi, ad Suetonii historiæque lucem. Lips. Is Lepidus filius fuit M'. Lepidi, qui consul cum Statilio Tauro a. 764.

Exercita. Pricæus ad Apul. Met. 9. p. 563. vult *exercitata*, sed non necesse. Sic enim et 4, 11. H. 4, 4. etc.

Otium lacesseret. I. e. capesseret, uti inciperet. Ern.

Prægravem. Bud. *prægrave.*

Placuitq. pr. venenum. Paullo aliter Suet. 34.

epulas principis si daretur, referri ad casum non poterat, tali jam Britannici exitio; et ministros tentare arduum videbatur mulieris, usu scelerum adversus insidias intentæ: atque ipsa præsumendo remedia munierat corpus. Ferrum et cædes quonam modo occultaretur, nemo reperiebat; et, ne quis, illi tanto facinori delectus, jussa sperneret, metuebat. Obtulit ingenium Anicetus libertus, classi apud Misenum præfectus, et pueritiæ Neronis educator, ac mutuis odiis Agrippinæ invisus. Ergo, « navem posse componi, » docet, « cujus pars, ipso in mari per artem soluta, effunderet ignaram. Nihil tam capax fortuitorum, quam mare, et, si naufragio intercepta sit, quem adeo iniquum, ut sceleri adsignet, quod venti et fluctus deliquerint? Additurum principem defunctæ templum et aras et cetera ostentandæ pietati. »

IV. Placuit sollertia, tempore etiam juta, quando Quinquatruum festos dies apud Baias frequentabat. Illuc

3. *Atque ipsa præsumendo.* Forte *et quæ spissa præsumendo remedia munierit corpus.* vel, *ut quæ.* — 4. *Classis apud Misenum. Classi* cod. Agr. — 5. *Ostentandæ pietatis. Pietati* Flor. rectius.

Metuebat. Acidalius malebat *metuebant* aut *metuebatur;* vel ante etiam *non reperiebat.* Sed non necesse est, ut Tacitum eodem modo omnia enunciasse putemus. Mox MS. Flor. (Agr.) et ed. pr. *classi.* Ceteræ edd. (et c. Bud.) *classis*, utroque modo loquitur Tacitus. Ern.

Navem... docet. Suet. Ner. 34. ipsum Neronem commentum esse tradit. Dio 61, 12, 13. etiam occasionem inventi tradit. Paullo post MS. Flor. (Bud.) Guelf. Hard. Bodl. *pietati*: quod etiam habet Puteol. et vett. omnes præter princ. Recentiores *pietatis* præter J. Gronov. quod et in MSS. reperit Broterius (et in Agr. Ryckius.) *Pietati* exquisitius est. Ern. Genit. tamen etiam sic 3, 7 et 9.

Templum et aras etc. Respice 1, 11.

Tempore etiam juta. Ita libri manuss. Lips. Sic et Guelf. et ed. pr. quamquam inversa prima syllaba, ut alias. Add. ad 3, 35. Ceteri ante Lipsium (et c. Bud.) *adjuta.* Et sic laudat Victorius ad Cicer. ep. ad Div. 2, 12. Ern. Lactant. opif. D. 10. *juta offensione dentium.*

Quinquatruum festos dies. Sueton. 34. solennia Quinquatruum vocat. Horatius item Quinquatrus festas. Caussa, quia ii dies Minervæ, læti

matrem elicit, « ferendas parentum iracundias et placandum animum, » dictitans, quo rumorem reconciliationis efficeret, acciperetque Agrippina, facili feminarum credulitate ad gaudia. Venientem dehinc, obvius in litora, (nam Antio adventabat) excipit manu et complexu, ducitque Baulos. Id villæ nomen est, quæ, promonto-

6. *Quo rumorem reconciliationis efficeret.* Bene cod. Agr. *quo rumore reconciliationis afficeret, acciperetque Agrippinam.* Lege, *quo rumore rec. adficeret; acciperetque Agrippina*, i. e. *accipiebat.* Vide hic Freinsh. *affici solatiis* Ann. 3, 12. et alibi *luctu affici.*

pueris virisque. De pueris, Horatius Ep. 2, 2, 197..... *puer et festis Quinquatribus olim, Exiguo gratoque fruaris tempore raptim.* Et Symmachus 5, 85., *Nempe Minervæ tibi solenne de scholis notum est; ut fere memores sumus etiam procedente ætate puerilium feriarum. Ad eum diem convivium tibi paramus.* Feriæ ergo pueris: at viris etiam ludi et spectacula gladiatorum. Ovidius, de quinque his diebus Fast. 3, 811., *Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro. Caussa, quod est illa nata Minerva die. Altera, tresque super rasa celebrantur arena, Ensibus exsertis bellica læta Dea est.* Hinc disce, secundum Quinquatruum diem natalem ejusce poetæ fuisse. De Tristib. 4, 11., *Lucifer amborum natalibus adfuit idem: Una celebrata est per duo liba dies. Hæc est armiferæ de festis quinque Minervæ, Quæ fieri pugna prima, cruenta solet.* Natus ergo sexto post Martias Idus. Sed et moris, ut ii dies jucunde hilariterque traducerentur. Augustus ad Tiberium ap. Suet. Aug. 71. *Nos, mi Tiberi, Quinquatrus satis jucunde egimus. Lusimus enim per omnes dies, forumque aleatorium calfecimus.* Lips.

Acciperetque Agrippina. Assentior Pichenæ, *deciperetque* (ex ingenio) scribenti: nisi placet, *alliceretque.* Lips. Edd. vett. omnes (et c. Bud.) præter pr. *acc. Agrippinam... venientem.* Lectio, quæ inde a Berneccero editur, est e correctione Freinshemii, quam ille cum seqq. editoribus recepit, eademque placebat Acidalio. (et Ryckio.) Ea confirmatur ed. pr. in qua est *Agrippina:* sed interpunctio post *venientem:* ut fortasse casu irrepserit nominativus. De interpunctione Fr. non dubitem. De cetera lectione, Nerius in Analect. 1, 10. defendit vulgatam, et interpretatur *deciperet*, ut Pichena corrigebat: usus auctore Nonio: qui 4, 15. locum e Lucilio profert: *sic veteratorem illum vetulum lupum Annibalem acceptum*, ubi *accipere* interpretatur *decipere.* Sed, ut in illo loco sic possis intelligere, *accipere* per se, et in Taciti contextu id significare, non credo. *Rumorem accipere* nil aliud significare potest, quam *audire. Deciperet* vel *alliceretque* legendum puto, propter sequentia. Ern. *Accipere* audire est cum adsensu et voluptate, ut *accipere omen* ap. Cic. de Divin. 1, 46.

Ducitque Baulos. Antea Hortensii

rium Misenum inter et Baianum lacum, flexo mari adluitur. Stabat inter alias navis ornatior, tanquam id quoque honori matris daretur: quippe sueverat triremi, et classiariorum remigio vehi. Ac tum invitata ad epulas erat, ut occultando facinori nox adhiberetur. Satis constitit, exstitisse proditorem, et Agrippinam, auditis insidiis, an crederet ambiguam, gestamine sellæ Baias pervectam. Ibi blandimentum sublevavit metum: comiter excepta superque ipsum collocata. Nam pluribus

7. *Baias pervectam. Baulos* cod. Agr. et Flor. et alii omnes. — 8. *Blandimentum. Blandimento* cod. Agric. Scribe, *blandimen sublevavit metum, comiter exceptæ supraque ipsum collocatæ.* Nec multum abludit conjectura Gronoviana. — 9. *Nam pluribus sermonibus, modo familiaritate juvenili Nero.* Nihili est illa *familiaritas juvenilis.* Forte *Jamque ludicri sermonis admotis hilaritate juvenili Nero*, et *rursus adductis. Adducti sermones*, severi. *Adductius imperitare* Hist. 3, 7. ubi vide Lipsium. De Morib. Germ. c. 43., *Gothones regnantur adductius.* Ann. 12, 7., *adductum imperium*, ubi plura interpretes. Hist. 2, 2. pari modo scribo *adductioribus spatiis*, ubi plura. Sic et *adductum supercilium.* Tum Ann. 6, 2., *ludibria*

villa: tunc in principum bonis. De ea non ineleganter Symmachus, ejus possessor Ep. 1, 1., *Huc deus Alcides stabulanda armenta coegit, Eruta Geryonis de Lare tergemini. Inde recens ætas corrupta Boaulia Baulos Nuncupat, occulto nominis indicio. Ab Divo, ad proceres dominos fortuna cucurrit, Fama loci obscuros ne pateretur heros. Hanc celebravit, opum felix Hortensius, aulam; Contra Arpinatem qui stetit eloquio.* Fuit etiam Antoniæ Drusi, uti e Plinio disces 9, 55. (81.) Lips. Paullo post in ed. pr. ut in MS. Flor. (et Bud.) *matri:* unde colligit J. Gron. *id quoque honoris matri daretur:* quod non displicet. Etiam in Guelf. litera *s* erasa est. Ern.

Proditorem. Bud. *proditionem.*

Gestamine sellæ. Priscis libris abest vox *sellæ.* Atque ita sane locutus 11, 33., *In eodem gestamine sedem poscit sumitque.* De gestatoria sella, in Electis 1, 19. Libri iidem *Baulos*, non *Baias.* Male. ex Sueton. 34. Nam Dio hæc parum clare 61, 13. et olim mihi imposuit. Lips. *Sellæ* omnes editi, et MSS. Flor. (Bud.) Agr. *Baulos* iidem MSS. Guelf. et ed. pr. quod recte repudiant viri docti. Nam a Baulis sella pervecta est Baias. Ern.

Blandimentum sublevavit metum, comiter excepta. Suspicabar: *Ibi blandimenta sublevarunt metum comiter exceptæ, superque ipsum collocatæ.* Gron.

Superque ipsum collocata. Ergo is locus in convivio honestior: quotiens duo accumberent. Idque recte, (dissentiant licet) scio monuisse olim. Non refellit me alter Taciti locus 3, 14., *In convivio Germanici cum super eum Piso discumberet, infectos cibos manibus ejus arguentes.* Scito enim tres discubuisse, mediumque inter eos Germanicum. Lips.

sermonibus, modo familiaritate juvenili Nero et rursus adductus, quasi seria consociaret, tracto in longum convictu, prosequitur abeuntem, artius oculis et pectori hærens, sive explenda simulatione, seu perituræ matris supremus adspectus, quamvis ferum animum retinebat.

V. Noctem sideribus illustrem et placido mari quietam, quasi convincendum ad scelus, dii præbuere. Nec multum erat progressa navis, duobus e numero familiarium Agrippinam comitantibus : ex quis Crepereius Gallus haud procul gubernaculis adstabat, Acerronia, super pedes cubitantis reclinis, « pœnitentiam filii, et reciperatam matris gratiam, » per gaudium memora-

seriis permiscere solitus. (an et illic *ludicra?*) *ludibria* pari modo Trebellius Pollio in Gallienis c. 4., *cumque helluationi et ludibriis vacaret.* Mox ibi denuo p. 177. ed. Salmas. *Nox ludicra epulis solennibus* Ann. 1, 50. Legi etiam potest : *Jam plurimus sermonis, modo familiarius, ac hilaritate juvenili, et rursum adductus.* Silius 16, 363., *et plurimus idem Ludentis per colla jubæ.* Possis : *et jocularibus sermonum usus. Joculares ineptiæ* Symmacho Ep. 5, 37. ubi v. Juretum. Ann. 15, 54., *quamvis lætitiam vagis sermonibus simuluret.* Sueton. Tib. c. 21., *ut remissiores hilariores-que sermones eo superveniente abrumperet.* Seneca Cons. ad Helviam c. 15., *ubi ille occursus? ubi matre visa semper puerilis hilaritas.* — 10. *Artius oculis et pectori hærens.* Scribe *artius osculis.* Plinius Paneg. 86., *nec temperasti tibi, quo minus exeunti in litore amplexus et osculum ferres. Et pectori inhærens*, nec dubitare Lipsius debuit. Et *explendæ simulationi.* 13, 18. de Nerone itidem, *quotiens ad Neronem ventitaret, post breve osculum, digrediens. Oscula* et *complexus* passim conjunguntur, etiam apud nostrum. Ut infra c. 56., *His adjecit oscula et complexum :* oculis multum prosequi non potuit, quia nox erat. — 11. *Matris gratiam.* Immo *matri* sc. gratulabatur.

Et rursus adductus. Id est, severus, compositus, gravis. In Historiis 3, 7. super hac voce. Lips.

Artius oculis et pectori hærens, sive explenda simulatione. Sic accipio; cum surrexisset Agrippina, et abitum pararet, prosecutus est eam ac deduxit comes ad litus, in ipso autem digressu oculos et ubera ejus dissuaviatus est, ultra modum veræ affectionis. Suetonius *atque in digressu papillas quoque exosculatus.* Gron. Recte hæc. Ceterum frustra tentant statim viri docti (Pich. Lips. etc.) *explendæ simulationi :* nam etiam ablativos hoc sensu recte et exquisite dici, supra demonstratum est. Vide ad 3, 19. Ern.

Ex quis. Sic MSS. Flor. Agr. ed. pr. quod cum Ryckio et J. Gron. secutus sum. Ceteræ edd. (et c. Bud.) *quibus. Acerronia* ed. pr. et sic no-

bat: cum, dato signo, ruere tectum loci, multo plumbo grave: pressusque Crepereius et statim exanimatus est. Agrippina et Acerronia eminentibus lecti parietibus,

12. *Ruere tectum loci. Illico* vel *ocius* opinor. Vel *tectum fori.* — 13. *Pressusque Crepereius.* Bene cod. Agr. *oppressusque Crepereius, et statim exanimatus est. Est* etiam Flor. — 14. *Eminentibus tecti parietibus.* Hæc omnia interpolata sunt. Lego *imminentis tecti cratibus*, vel *trabibus*, vel *tabulatis.* Valer. Flaccus 3, 462., *pars ardua summis Insternunt tabulata foris.* Curtius 4, 3., *ruere tabulata, et cum ingenti fragore milites secum in profundum trahere.* Possis etiam legere *compagibus*: sed *tabulatis* maxime placet. In MS. Agr. *tecti* ita, ut *lecti* primo fuisse videatur: unde legi possit *imminentibus lecto tabulatis.* Decumbebat enim Agrippina in lecto, ut patet ex superioribus: *camaram* vocat Suetonius.

men hoc in optimis libris apud Suet. Tib. 73. et inscriptionibus antiquis scribitur. (ap. Muret. p. 1621. vulgo *Acerronia.*) Mox ed. pr. ut MS. (Bud.) Agr. Gueif. *recuperatum.* Ern. Sic et Faern. Ursinus.

Tectum loci. Est *camara* Suetonii 34. lacunar diætæ in puppi. *Locus* de eo, ubi quis deversatur, deversorio, hospitio. V. Græv. ad Cic. ep. ad Div. 16, 21. Mox *est* MSS. Flor. Agr. edd. pr. Puteol. vett. omnes J. Gron. Pichena factum conjiciebat ex *at.* *Pressus* autem est pro oppressus, ut Hist. 4, 2. Ern. *Te est* non habet Bud.

Eminentibus tecti parietibus, ac forte validioribus, quamvis oneri cederent. Video esse, qui legant, *quam ut oneri.* Haud ab re. At mihi etiam vox *parietibus*, non firma: et quid si *arietibus?* Sane in Cæsare 4, 17. 13, 9. ubi pontem in Rhemo struit, *sublicæ obliquæ pro arietc adiguntur.* Et videntur fabri metaphora sic appellasse ligna sustentantia, et modice inclinata instar arietis subsilientis, aut capræ: unde et *capreoli* vulgo. Lips. Recte hæsit Lipsius in *tecti parietibus*; qui intelligi non possunt, quicquid J. Gronovius obloquitur, etiamsi non planum tectum sumas, sed arcuatum fingas: eratque docendum, ab ullo uspiam tabulas lacunaris vel camaræ parietes dici. At etiam inepte tectum concavum fecissent, et contra consilium. Nam, quod dicit parietibus niti undequaque tectum, id falsum est primo in lacunari, quod suspenditur potius; deinde, si nititur parietibus, cubiculi illi vel diætæ sunt, non tecti. Quod dicit, partem tantum tecti delapsam: fingit, non docet. Nam dicitur *ruisse tectum*, non *pars tecti*: et machinamentum haud dubie fuit, per quod suspensum arte tectum repente delaberetur: moles plumbi addita, non ut rueret tectum, sed ut magna vi rueret, eliderctque subjectos. Si porro pars tecti non delabitur, atque ita in vacuo Agrippina, non potest dici *protecta esse*: quod verbum clare docet, aliquid obstitisse, quare tectum, quamvis magna mole ruens, tamen ipsam cum Acerronia non opprimeret. Tum velim scire, quomodo pars tecti non delapsa *eminentes parietes* dici possit. His et aliis moveor, ut lectionem cod. Agric. *lecti parietibus* certissimam putem, et cum Ryckio in textum inferre non dubitaverim, cum eandem editio prima exhi-

ac forte validioribus, quam ut oneri cederent, protectæ sunt. Nec dissolutio navigii sequebatur, turbatis omnibus, et, quod plerique ignari, etiam conscios impediebant. Visum dehinc remigibus, « unum in latus inclinare, atque ita navem submergere. » Sed neque ipsis

beat; unde apparet, eam etiam in alio bono et antiquo codice fuisse. (omnino sic in Bud.) Broterius etiam in Vaticanis duobus et Regio reperit. Corruptio orta est e vicinia verbi *tectum*. Quia parietes lecti erant eminentiores, h. e. qui extarent altius, ut arcerent, quæ illaberentur, et validiores, ut onere ruentis tecti non confringerentur, illæsa in lecto mansit Agrippina cum Acerronia. Memini me audire ac legere, sic infantes in cunis vivos et salvos, collaptis tectis, mansisse. Tum tota forma orationis docet legendum esse *quam ut*. Sic 13, 22. *validiore apud libidines principis Paride, quam ut pœna afficeretur:* idque cum Pichena, aliisque recepi. MSS. Flor. (Bud.) edd. vett. omnes *quamvis*, usque ad Pichenam (qui emendavit ex ingenio). Sic placebat etiam Groslotio, Acidalio. Ern. Mirum videri potest, Rhenanum ad lectionem Budensis sui codicis non attendisse, qui clare id *lecti* habet. In eodem Bud. *ac* ante *forte* omissum est; commode potest abesse.

Nec dissolutio n. sequebatur. I. e. procedebat, succedebat. Mox *etiam*, quod e Flor. (ac Ven.) addit Pichena, est etiam in Guelf. ed. pr. omnibusque vett. Casu excidisse puto. Ern. In Bud. tamen non legitur.

Visum dehinc. Immo, *jussum*, ut libri aliquot (ut Ven.) a navarchis et fraudis auctoribus vel actoribus. Sane remiges id a se non excogitarunt: et additur, nec jussos omnes statim consensisse. Lips. Non possum hic sequi Lipsium. Si *jussum* fuisset, facilis consensus: quod alii non consentiunt, alii contra nituntur, planum facit, consilium id paucorum fuisse, ut bene monuit jam Freinsh. Quare cum *visum* libris firmetur, MSS. Flor. (Bud.) Agr. Guelf. Edd. pr. Rhen. et seqq. id secutus sum cum Ryckio et J. Gronovio. *Jussum* edidere Puteol. Riv. Ber. Alc. Pichena, J. F. Gron. Ern.

Unum in latus. Heins. Misc. Obs. t. 9, p. 385. notat in MS. Agr. non esse *unum*. Contra Guelf. addit ab initio *ratem*. Vereor, ne hic aliquid corruptelæ sit. Post idem in margine *demere* pro *dedere*. An fuit: *et alii contra nitentes ademere facultatem celerioris in mare jactus*. Certe *jactus* est remigum, non Agrippinæ. Mox Pichena in MS. Fl. ait esse *imprudentia:* idque plane sic est in ed. pr. (et sic a 1. m. in Bud.) Credo, natum e terminatione vocis præcedentis; non enim σύφωνον. Eadem ed. et Guelf. non habent copulam *et* ante *ut*. MS. Flor. autem (et Bud.) *utque*. quod multo mollius: unde recepi. *Fors* iidem libri (cum Bud.). Ceteræ edd. ante Pich. male *sors*, ut Guelf. *Fors offert* aliquoties Terentius (ut Hec. 3, 3, 26. Ph. 1, 2, 88.) *quæ fors obtulit arma* etiam Virgilius, ni fallor. V. Gronov. ad Liv. 1, 9. Guelf. *quæque sors*. Ern. Respicit ad Virg. Æn. 7, 554. *Quæ*

promptus in rem subitam consensus, et alii, contra nitentes, dedere facultatem lenioris in mare jactus. Verum Acerronia imprudens, dum, « se Agrippinam esse, utque subveniretur matri principis, » clamitat, contis et remis, et, quæ fors obtulerat, navalibus telis conficitur. Agrippina silens, eoque minus agnita, unum tamen vulnus humero excepit. Nando, deinde occursu lenunculorum, Lucrinum in lacum vecta, villæ suæ infertur.

VI. Illic reputans, ideo se fallacibus literis accitam,

15. *Acerronia imprudens. Imprudentia* cod. Agr. et Med. *impudenter.* Forte *imprudens doli* vel *rei.* — 16. *Lucrinum in lucum vecta. Subvecta* vel *devecta* malo.

fore prima dedit, sanguis novus imbuit arma.

Occursu lenunculorum. Hæc est vera lectio, quæ extat MS. Flor. (Bud. a 1. m.) Guelf. edd. pr. ceterisque ante Rhen. qui induxit *lembunculorum :* quod libros obtinuit usque ad Ryckium. Etiam apud alios in hac voce turbatum, ut ap. Gell. 10, 25. ubi MS. Schefferi *remunculus* (v. de Mil. nav. 2, 2.) ut etiam h. l. habet MS. Agr. quod non displicet Ryckio : qui tamen temere e Scheffero id manuscriptis ap. Gellium tribuit. v. Gronov. ad Gell. l. c. Item ap. Cæs. B. C. 2, 43. ubi MS. Ciaccon. *lembunc.* ap. Valer. M. 1, 5. ext. 1. ubi v. Periz. et Torren. ap. Sallust. fr. Hist. 2. ubi etiam Cortius edidit *renunculo.* Ern. Cf. Nonius 13, 8. Ammian. 14, 2. item lapides ap. Grut. p. 398, 7. et p. 1077.

Vecta v. s. infertur. Sic e MS. Fl. bene dedit Pichena. Consentit ed. pr. Ceteræ inde a Puteol. *vectum inferunt,* ut est in Guelf. Ern. et Bud.

Illic reputans etc. Coacervatio rerum Agrippinæ, factum cogitanti, oblatarum, impeditiorem orationem facit. Ut nunc editur, inde ab Rhenano, antecedens est ab *illic* ad *intelligerentur:* consequens a *misit.* Sed MS. Guelf. Flor. (Bud.) ed. pr. Puteol. cum sequacibus, *misitque.* Unde suspicabatur J. Gronovius, totum illud superius conjungendum esse cum *infertur.* Sane etiam Puteol. (et Bud.) initium novæ sententiæ facit *Misitque :* sed in istis primis edd. interpunctioni non multum tribuendum, ut sciunt, qui eas tractarunt : et *illic reputans* etc. formam habet novæ sententiæ. Verumtamen, si τὸ *que* genuinum est, aliter esse non potest. Sed profecto durum. Nam secundum latinitatem bonam deberet esse : *illata reputavit* etc. Ceterum et hoc, et quod vulgatur, melius est, quam cum Ryckio e MS. Agr. post *remedium esse* inserere *putavit,* quod recte improbat etiam J. Gronovius. Frigidum sane est *reputans putavit :* et pendet illa propositio ab *reputans,* quomodocunque de ceteris statuatur. Ern. Bip. reponunt *misitque,* verum sic illud *Illic reputans,* a quo perio-

et honore præcipuo habitam : quodque litus juxta, non ventis acta, non saxis impulsa navis, summa sui parte, veluti terrestre machinamentum, concidisset : observans etiam Acerroniæ necem; simul suum vulnus adspiciens : solum insidiarum remedium esse, si non intelligerentur : misit libertum Agerinum, qui nuntiaret filio, « benignitate deum, et fortuna ejus, evasisse gravem casum : orare, ut quamvis periculo matris exterritus, visendi curam differret : sibi ad præsens quiete opus. » Atque interim, securitate simulata, medicamina vulneri et fomenta corpori adhibet : « testamentum Acerroniæ requiri, bonaque obsignari » jubet. Id tantum non per simulationem.

VII. At Neroni nuntios patrati facinoris opperienti, adfertur, « evasisse ictu levi sauciam, et hactenus adito discrimine, ne auctor dubitaretur. » Tum pavore exanimis, et, « jam jamque adfore, « obtestans, » vindictæ properam, sive servitia armaret, vel militem accenderet, sive ad senatum et populum pervaderet, naufragium et vulnus et interfectos amicos objiciendo. Quod contra

17. *Evasisse gravem casum.* Lege *evasisse se.* — 18. *Adito discrimine ne auctor dubitaretur. Addito discrimine auctor dubitare* cod. Agr. lego, *adito discrimine nec de auctore dubitari.*

dum ordiuntur, non habet, quo referatur. Leguot etiam *intelligeretur.* Sub *intelligerentur* Acid. et Heins. subaudiebant *rata.* Ego ad *insidias* referri puto. Sensus : si fingeret, insidias non intelligi.

Id tantum non. Non abest ab MS. Reg. et ed. pr. Guelf. *id tamen per simul.* Turbare solent librarii in hac formula. V. Drak. ad Liv. 4, 2. Hoc loco accipiunt pro tantummodo non : id unum non per simulationem fecit. Sed quæ hic simulatio et causa simulandi esse potuerit, non intelligo, ut id addi necesse fuerit. Mox ante Rhen. edd. omnes *addito.* male. Erm. *Non* abesse a quibusdam MSS. non spernendum putat Lall. Hiller. Rac. 11. *tantum non* exponit per propemodum. Utcunque accipias, simulationis qui mentio hic fieri possit, non adparet. *Adito* Rhen. ex ingenio.

Quod contra subsidium sibi. Romana editio, *suffragium sibi?* Nec damno. Sane suffragari, adjuvare et opem ferre est : ut refragari, ob-

subsidium sibi? nisi quid Burrus et Seneca reperirent.» Quos statim acciverat, incertum an et ante gnaros. Igitur longum utriusque silentium, ne irriti dissuaderent,

sistere. Inde et refragium, quod Græcis ἀντιῤῥοπὴς. Hegesippus 5. 27., *Gubernator obliquat velorum sinus, et sine refragio scinditur fretum.* Eaque voce et alii usi. Lips.

Quod contra subsidium sibi. Sic omnes inde a Puteol. in ed. pr. *suffragium.* Inde Gronovius corrigebat *suffugium*, quod probabile fit e loco Senec. de Ira 1, 11. ubi non unus liber habet *suffragia* pro *suffugia:* quanquam illud ibi probant Gruterus et Lipsius: male, ut opinor: deinde Ovidii Nuc. 119. ubi *suffragium* pro *suffugium*, etiam contra metrum irrepserat, ejectum jam ab Erasmo aliisque editoribus doctis. Unde apparet, valde pronos librarios in hanc confusionem fuisse. Sed acquiesco in vulgata, quia nihil simile e MSS. notatum video: ut in *subsidium* consentire videantur. Ern. Groslotii *suffugium* probant Bip. Grutero placebat *suffragium.*

Nisi quid Burrus et Seneca expergiscerentur. MS. Bud. et Guelf. habent *expurgent*, sed ille erasa priori scriptura. Flor. *expergens.* Agric. *expromerent:* quod recepit Ryckius. Ed. pr. *expertes.* Vulgatum est a Puteolano, non Beroaldo: in quem frustra invehitur J. Gronovius: ipse mire in h. l. inconstans, modo *expurgent*, modo *expurgetis*, modo *expergetis* tentans: quibus omnibus nihil sani inest. Quidam volnerunt *expedirent.* Ern. Boxh. expungebat *τὸ quid.* Heins. cobjiciebat *expergiti suggerant.* Hiller. Rec. 11. probat *τὸ expromerent*, quod habes 13, 49. vel *expusent*, ut ap. Cic. ep. 10, 24. vel *expiscarentur*, quod et mihi in mentem venerat, quo sensu Cic. in Pison. 28. *Nihil expiscatus est.* et ep. 9, 19. Pichenæ placebat *reperirent.* hoc cum Bip. recepi. vulgatum certe stare nequit.

Incertum an et ante ignaros. Fides tibi, Corneli, magis curæ, quam Dioni, qui 61, 12. Senecam auctorem impulsoremque unicum Neroni ejus criminis facit, idque a fide dignis multis traditum esse.

Ἀλλ' ἐμὲν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσιν ἔπεισι.

Lips. Hoc Tacitus addit, ut aliquid daret invido rumori, qui utrumque hujus culpæ alligavit; quod Tacitus affirmare noluit. Et sine dubio intelligit *ignaros* insidiarum in Agrippinam, non hujus tantum irriti cœpti. Neque obstant argumenta Vertranii. Quid enim? Burrus *promisit Agrippinæ mortem, si facinoris coarguerētur:* ergo et conscius fuit, cum sine crimine, sine accusatione, interficeretur? Dein, Seneca Acten immisit, ut præveniret incestum, ergo parricidium probavit. Immo tum nemo credebat, *ad cædem* matris *filii odia duratura.* Denique Dio cum pluribus suis hac in re nulla fide dignus est, optimorum e Romanis obtrectator. Gron. Vir doctus in ed. Glyph. correxerat *gnaros.* Ern. Sic certe legendum, ni *et* velis delere, quod fecerat Ernestius. Ceterum Dionis h. l. fidem fulcire laborat Reimarus.

Longum utriusque sil. MS. Agr. *utrinque.* Ed. pr. *utrumque.* Heinsius conjiciebat *utrique.* Mox *an* MSS. Flor. Bud. ed. pr. *sequentes et.* Sed

an eo descensum credebant, ut, nisi præveniretur Agrippina, pereundum Neroni esset. Post Seneca, hactenus promptior, respicere Burrum, ac sciscitari, « an militi imperanda cædes esset? Ille « prætorianos toti Cæsarum domui obstrictos, memoresque Germanici, nihil adversus progeniem ejus atrox ausuros, « respondit, » perpetraret Anicetus promissa. » Qui, nihil cunctatus, poscit summam sceleris. Ad eam vocem Nero, « illo sibi die dari imperium, auctoremque tanti muneris libertum » profitetur. « Iret propere, duceretque promptissimos ad jussa. » Ipse, audito, « venisse missu Agrippinæ nuntium Agerinum, » scenam ultro criminis parat: gladiumque, dum mandata perfert, abjicit inter pedes ejus. Tum, quasi deprehenso, « vincla injici » jubet, ut, « exitium principis molitam matrem, et pudore deprehensi sceleris sponte mortem sumpsisse, » confingeret.

19. *Ac si sciscitarentur. Ac sciscitari* cod. Agric. ut Freinsh. volebat.

an bene restituit Pichena. Reddit, more suo, caussas silentii, sed dubitanter et duplici conjectura. Post pro *post* Guelf. *prior*, male. Ern. Pro *promptior* Bud. *promtius*.

Ac sciscitari. Sic legendum putavit Freinsh. Vere enim ille observat, quæ sequuntur e solo adspectu intelligi non potuisse. Accedit verbum *respondit*, quod disertam interrogationem supponit. Itaque cum sic sit in MS. Agr. non dubitavi cum Ryckio recipere; pro vulgato *ac si scitaretur*. Forte tamen Tacitum tantum dedit *scitari*. Ed. pr. *ac si scitaretur*. Sed eadem ante *respiceret*. Mox MSS. Flor. (Bud.) Agr. ed. pr. *memoresque*. Sequentes *et memores*, præter J. Gron. Ern. In Bud. *despiceret B. ac sciscituretur*. Bip. reponunt *ac si scitaretur*, quod non sit credibile, Senecam clare interrogasse; verum quod sequitur *respondit*, id ita factum docet.

Imp. cædes esset. Cod. Agr. *imp. nex esset*.

Poscit summam sceleris. Id est, peragere cupit, quod cœpit agere, et extremam velut manum sceleri imponere. Lips. Sive potius, sibi totam rem mandari, se præfici ei negotio cupit, pollicitus peragere cœpta. Mox MS. Flor. (Bud. Agr.) ed. pr. *ad eam vocem*: ceteri *illam*. Male. Ern.

Illo sibi die. Sic legitur e correctione Rhenani. Superiores omnes *illos invidiæ*. MS. Guelf. (et Bud.) corrupte: *illos in brevi die*. Ern. — * *Illo* cod. Agric. Bene.

VIII. Interim vulgato Agrippinæ periculo, quasi casu evenisset, ut quisque acceperat, decurrere ad litus. Hi molium objectus, hi proximas scaphas scandere : alii, quantum corpus sinebat, vadere in mare, quidam manus protendere : questibus, votis, clamore diversa rogitantium, aut incerta respondentium, omnis ora compleri : adfluere ingens multitudo cum luminibus, atque, ubi incolumem esse pernotuit, ut ad gratandum, sese expedire, donec adspectu armati et minitantis agminis disjecti sunt. Anicetus villam statione circumdat, refractaque janua, obvios servorum adripit, donec ad fores cubiculi veniret : cui pauci adstabant, ceteris terrore irrumpentium exterritis. Cubiculo modicum lumen inerat, et ancillarum una : magis ac magis anxia Agrippina,

20. *Magis ac magis anxia.* Forte *At magis ac magis.*

Hi molium objectus scandere. De his molibus ad Baias Cassiodorus Variar. 9, 6., *Quantis ibi molibus marini termini decenter invasi sunt? quantis spatiis in visceribus æquoris terra promota est?* Strabo lib. 5, p. 245. Ἡ δὲ πόλις ἐμπορεῖον γεγένηται μέγιστον, χειροποιήτους ἔχουσα ὄρμους, διὰ τὴν εὐφυΐαν τῆς ἄμμου. Διόπερ τῇ χάλικι καταμίξαντες τὴν ἀμμοκονίαν, προβάλλουσι χώματα εἰς τὴν θάλατταν. Virgilius 9, 710., *Qualis in Euboico Baiarum litore quondam Saxea pila cadit.* Ausonium in ea re corrigo ep. 9, 30., *Vel quæ Baianis pendent fluitantia pilis.* Male enim hactenus *palis*. Enimvero pilæ illæ e saxo, ut Virgilius : in eademque voce Livius corrig. 1, 26., *Modo intra illam pilam, et spolia hostium.* Male vulgo *illa pila* intellegit columellam, quam Dionysius στηλίδα dixit, spoliis Curiatiorum insignem. *Horatia pila*, apud Propert. 3, 2, 7. tela ipsa sunt : nequis eo me refutet. At de pilis his ad Baias etiam Seneca epist. 77. *Omnis in pilis Puteolorum turba consistit.* Lips. De molibus istis v. et Horat. ode 3. 1, 33. Pilarum prope Puteolos hodieque ingentes visuntur reliquiæ.

Questibus, votis. Edd. ante Rhen. *vocis*, conjunguntque cum *clamore:* male. *questus* sunt dolentium Agrippinæ vicem et periculum : *vota* pro salute ejus nuncupata. Mox *rogitantium* MSS. Flor. (Bud.) Guelf. ed. pr. restituit Pichena (et Danes.). Ceteri editi ante Pichenam *rogantium*. De verbo *arripere* vid. ad 13, 57. Ern. In Bud. est *vocis*, quod Rhen. correxit ex ingenio. *Rogitantium* præferebat et Rhen. sed non expressit. Bud. mox *dejecti* et *obripit*.

quod nemo a filio, ac ne Agerinus quidem. Aliam fere litore faciem nunc, solitudinem ac repentinos strepitus et extremi mali indicia. Abeunte dehinc ancilla, « tu quoque me deseris, » prolocuta, respicit Anicetum, trierarcho Herculeo, et Oloarito, centurione classiario, comitatum: ac, « si ad visendum venisset, refotam nuntiaret: sin facinus patraturus, nihil se de filio credere; non imperatum parricidium. » Circumsistunt lectum percussores, et prior trierarchus fusti caput ejus adflixit: jam in mortem centurioni ferrum destringenti, protendens uterum, « ventrem feri, » exclamavit: multisque vulneribus confecta est.

21. *Aliam fere litore faciem nunc.* Puto, *aliam aliamque fere parere faciem: nunc solitudinem ac repentinos strepitus, extremi mali indicia.* Vel *a latere*, ut alibi non semel. *Parere* pro *apparere* etiam alibi dixit noster. — 22. *Nam in mortem centurioni.* Forte, *non tamen in mortem. Centurioni.* — 23. *Ventrem feri, exclamavit.* Eleganter cod. Agr., *Hunc, exclamavit, hunc feri, monstrum qui tale tulit.* Sed ex Octavia tragœdia videntur desumpta. Sic in tragœdiis Senecæ ex optimis membranis restitui locum similem de auribus.

Aliam fere litore nunc. Sic edidit Puteolanus, quod omnes secuti sunt. At MS. Fl. et ed. pr. *aliam fore lateret faciem.* MS. Agr. *aliam fere latere faciem, nunc.* Unde Ryckius conjicit: *aliam ante fores faciem.* Broterius, *aliam fores ante rerum faciem.* Sed locus corruptus est, nec sine MSS. medela parata. MS. Guelf. et ipse *fore* habet: cetera, ut sunt in editis. Ern. Conjiciunt Bip. *aliam portendere faciem.* Triller. Obs. crit. 2, 21. *aliam fore litore faciem, si lætarentur.* (* vel *lætaretur*, si ad solum Neronem respiciatur.) Hiller. Rac. 10 et 11. *aliam verens litoris faciem.* Omnia vana.

Fusti caput. Fusti MS. Flor. (Bud. a 1. m.) ed. pr. Lips. Pich. et seqq. Puteo. autem ceteri que veteres editi *fuste.* Male. Vid. ad 3, 21. Ern.

Nam in mortem centurioni ferrum destringenti. Nam MSS. Flor. (Bud.) Guelf. Agr. edd. pr. Puteol. seqq. Faernus et Groslotius corrigebant *jam.* Credo verum esse, quod Acidalius conjecit: *caput ejus afflixit non in mortem.* Qua forma loquendi non uno loco utitur Tacitus, ut 4, 45. 62. Hoc viso, centurio ferrum destringit. At ne hic quidem in mortem illo ictu percussit: nam multis demum vulneribus confecta est. *Destringenti* recte Ryckius et J. Gron. Ern. Cum Bip. reposui *jam*, quod respondet τῷ *prior.* Bud. *distringenti*, ut vulg.

Multisque vulneribus confecta est. Sustuli insigne glossema aliquot versuum, qui huc transcripti e Senecæ Octavia (308. s.) verbatim. Eaque omnia jure desunt Vaticano. (Bud.

IX. Hæc consensu produntur. Adspexeritne matrem exanimem Nero, et formam corporis ejus laudaverit, sunt, qui tradiderint, sunt, qui abnuant. Cremata est nocte eadem, convivali lecto, et exsequiis vilibus: neque, dum Nero rerum potiebatur, congesta aut clausa humus. Mox domesticorum cura levem tumulum accepit, viam Miseni propter et villam Cæsaris dictatoris, quæ subjectos sinus editissima prospectat. Accenso rogo libertus ejus, cognomento Mnester, ipse ferro se transe-

24. *Aspexeritne matrem.* Scribe, *Inspexerit ne*, quod plus est, et refer ad nudum matris interfectæ corpus; idque convenit historiæ. Vide Gronovium ad h. l. — 25. *Formam corp. ejus. Ejus* abest a cod. Agric. quod malim abesse.

habet.) Non visum id ante me, ne ab eo quidem, qui codices Vaticanos inspexisse jactat, miror et indignor. Hæc Agrippinæ mors. At Philostratus de Vita Apollonii 4, 38. adfirmavit, naufragio periisse Agrippinam solutili illa nave. Adeo ille et genere et partibus scriptionis suæ nugator est. Lips. Verba illa insititia etiam absunt ab ed. pr. sed mox edidit Puteolanus, imitantibus iis, qui secuti sunt. Mox *produntur* pro *traduntur* edidi cum J. Gronovio. Sic cum MSS. (Bud.) Guelf. Flor. Oxon. ed. pr. Puteol. quam hic deserit Beroaldus vitio sane operarum: ut patet e dictis in præfatione. Rivius habet ut Puteol. sequentibus ceteris. Mox sequens *tradiderint* errorem peperit. Ern.

Sunt qui tradiderint, sunt qui abnuant. Boethius 2, carm. 6. *Fratre qui quondam ferus interempto, Matris effuso maduit cruore: Corpus et visu gelidum pererrans, Ora non tinxit lacrimis, sed esse Censor extincti potuit decoris.* Gron. Add. Suet. Ner. 34. pro *adspexerit* frustra amicus Ryckii *inspexerit*. Nam et illud pro *inspicere* dicitur. V. Drakenb. ad Liv. 42, 5. Ern.

Convivali lecto. Non funebri, et legitime parato. Lips. Mox recte editur *humus* e MS. Flor. a. 1. m. consentiente ed. pr. *Humo* primus edidit Puteolanus. (Sic et Bud.) non enim hæc pendent a prioribus, nec ullo modo per latinitatem hic ablativus locum habet. Ern.

Levem tumulum. Hodieque in ea regione sepulcrum Agrippinæ ostenditur. Supersunt et rudera villæ Cæsaris.

Quæ subjectos sinus. Apte ad hunc locum Seneca epist. 51. *C. Marius et Cn. Pompeius et Cæsar exstruxerunt quidem villas in regione Baiana, sed illas imposuerunt summis jugis montium. Videbatur hoc magis militare, ex edito speculari longe lateque subjecta.* Lips.

Ipse ferro se tr. Se abest a MS. Fl. et ed. pr. quæ et habet *ipso*. Unde J. Gronovius conjicit: *cognomento Mnesteris, se f. t.* aut *is se ferro tr.* illud melius, sed tamen non

git; incertum caritate in patronam, an metu exitii. Hunc sui finem multos ante annos crediderat Agrippina contempseratque. Nam consulenti super Nerone responderunt Chaldæi, « fore ut imperaret matremque occideret : » atque illa, « occidat, » inquit, « dum imperet. »

X. Sed a Cæsare, perfecto demum scelere, magnitudo ejus intellecta est. Reliquo noctis, modo per silentium defixus, sæpius pavore exsurgens et mentis inops, lucem opperiebatur, tanquam exitium adlaturam. Atque eum, auctore Burro, prima centurionum tribunorumque adulatio ad spem firmavit, prensantium manu gratantiumque, « quod discrimen improvisum et matris facinus evasisset. » Amici dehinc adire templa, et, cœpto exemplo, proxima Campaniæ municipia victimis et le-

26. *Fore ut imperaret. Imperitaret* cod. Agric. ut solet noster. — 27. *Atque illa.* Melius *ad quæ illa. Atque* sequitur mox.

necessarium. Putem *ipse se.* Nam *se* sæpe ita excidit. Sic 13, 46. pro *esse se.* MS. Guelf. *esse.* et alibi centies in libris scr. Edd. Bud. *ipse ferro se.*

Perfecto demum scelere. Ita sit. Currimus ad scelus præcipites, quod sedente impetu, veris mox pretiis æstimamus. Aurea gnome, sumptane a Menandro? certe ab illo antea sic elata, apud Stobæum Serm. 4. Οὐδεὶς ξύνοιδεν ἐξαμαρτάνων, πόσον Ἁμαρτάνει τὸ μέγεθος, ὕστερον δ' ὁρᾷ. Lips. *Reliquo*, quod se emendasse, ait, Rhenanus (e Bud.) est jam in ed. pr. Edd. Puteol. *reliquum.*

Tanquam exitium allaturam. Barthius *exitum* i. e. finem mœroris. Quasi non tam tristium expectatio torqueat et cruciet, quam lætorum delectat. Petronius c. 125. *Dii Deæque, quam male est extra legem venientibus! quicquid meruerunt, semper expectant.* Seneca ep. 105. *Dat pœnas, quisquis exspectat; quisquis autem meruit, exspectat.* Gron.

Prensantium manu. Sic edidimus etiam h. l. cum aliis in locis Taciti sic sit e bonis libris. V. ad Hist. 1, 36. 66. ubi tamen alii prehensare. Sed sæpe hoc illi substituitur, corrigiturque V. Drakenb. ad Liv. 1, 47. 4, 48. etc. Certe in MS. Flor. et ed. pr. est *pressare :* quod est, ut opinor, pro *prensare;* nam etiam sic variatur Hist. 1, 36. Porro dedimus ex iisdem libris *manu.* Nam ablativus in hac formula etiam l. l. c. c. *Prehensantium manum* primus edidit Puteolanus, quem omnes secuti sunt; et sic est in Guelf. Edd. Sic et in Flor. Ven. et probat Pichena. Bud. *pressantium manum.* Agr. *manu.*

gationibus lætitiam testari: ipse, diversa simulatione, mœstus, et quasi incolumitati suæ infensus, ac morti parentis illacrimans. Quia tamen non, ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur, obversabaturque maris illius et litorum gravis adspectus (et erant, qui crederent, sonitum tubæ collibus circum editis planctusque tumulo matris audiri) Neapolim concessit, literasque ad senatum misit, quarum summa erat:

XI. « Repertum cum ferro percussorem Agerinum, ex intimis Agrippinæ libertis, et luisse eam pœnam conscientia, qua scelus paravisset. » Adjiciebat crimina longius repetita; « quod consortium imperii, juraturasque in feminæ verba prætorias cohortes, idemque dedecus senatus et populi speravisset: ac, posteaquam frustra

28. *At posteaquam frustra optata sint.* Sic et cod. Agric. Puto, *at posteaquam frustra cœptata sint. Cœptata* habes et H. 4, 44., *cœptata libertas* e scriptis. *Patres cœptatam libertatem, postquam obviam itum, omisere. Frustra cadere.* H. 2, 11.,

Morti parentis. MS. Flor. Guelf. (Bud.) ed. pr. Puteol. omnesque veteres *morte.* Dativus solennis huic verbo. et *illacrimare morti* dixit Cicero N. D. 3, 33. At nec ablativum vitiosum dixerim. Intelligendum *in.* Ita *illacrimare* absolute dicitur, ut sæpe Virgil. Georg. 1, 480. *illacrimat templis ebur.* i. e. in templis. Ceterum post *testari* colon, et post *illacrimans* punctum esse debet. Tacite mutatum est in *morti*, nescio an e libris scriptis, habentque Lips. Pichena. Mox *obversabaturque* bene Pichena e MS. Flor. Ante edd. omnes sine copula. Ern. ut Bud.

Locorum facies. Facies non est in MS. Oxon. Sane, ut Gron. judicat, commode abesse potest, et, si satis retinens brevitatis fuit Tacitus, debet. Fuit fortasse, qui *vultum* de locis non concoqueret, nec memi-

nisset illius Ovidiani Met. 1, 6. *unus erat toto naturæ vultus in orbe.* Etiam Virgilius 5, 848. *maris vultum* dixit. Sed, ut sæpe dixi, nemo, nec Tacitus, ita brevitatis servans est, ut nuspiam aliquid redundare sinat. Nec tam severa constantia ab ullo scriptore exspectanda. Mox *circum* abest a Guelf. Ern.

Luisse eam p. c. Hæc est lectio MS. Flor. Guelf. edd. pr. et ceterarum ante Rhen. qui *ea* edidit, nec necessitate urgente, nec εὐφωνίᾳ ferente. Igitur bene delevit Pichena. Ern. Bud. *eam penam ea consc.* et sic Rhen. Heins. pro *eam* volebat *clam.*

Adjiciebat. Bud. *adiciebat*, ita frequenter, ut in aliis antiquis codicibus.

Posteaquam frustra oblata. Perspicuum mendum. Farnes. *ablatu.*

optata sint, infensa militi patribusque et plebi, dissuasisset donativum et congiarium, periculaque viris illustribus instruxisset. Quanto suo labore perpetratum, ne irrumperet curiam, ne gentibus externis responsa daret? » Temporum quoque Claudianorum obliqua insectatione, cuncta ejus dominationis flagitia in matrem transtulit, « publica fortuna extinctam » referens. Namque et naufragium narrabat: quod fortuitum fuisse, quis

quoniam prima consiliorum frustra ceciderant. H. 1, 75., *utrisque frustra fuit.* In cod. Med. videtur *oblata* fuisse, etiam in Lipsianis. Quare forte *conata* rectius scribemus. Nihil præterea mutandum. Vita Agric. c. 13., *ni ingentes adversum Germaniam conatus frustra fuissent.* Mox lege, *infensam militibus patribusque et plebi dissuasisse donativum.* Tum post *instruxisse.* Deinde cod. Agr. *Quanto sibi labore perpetratum.* — 29. *Namque et naufragium.* Forte, *Nam quæ de naufragio narrabat.*

Forte intercisse voces explendæ; *frustra ab illa tentata sint.* Aut potius adhæreamus romanæ lectioni, *optata sint.* Interpretor, posteaquam frustra ea voluerit voveritque Agrippina. Lips Conjiciebam *ac postea quam frustra tentasset.* Nempe quæ dixit speravisse. Gron. Omnes editi, quos vidi, (ut Put. it. c. Bud.) *oblata.* Per rom. lectionem, quam Lipsius laudat, intelligam Vaticani cod. MS. Nam in ed. pr. est *oblatu.* Quæ autem sit, ex qua Acidalius laudat *captata*, nescio. Sic volebat J. Gronov. MS. Flor. *ablata* ut Farnes. *optato* recepit Freinsh. et Ryck. Mox *militi* edidi pro *militibus*, ex MS. Flor. et ed. pr. (sic et Bud.) *Instruxisse* vitiose utraque Gronoviana. Ern. Rhen. conjiciebat *frustrata sit.* id et Dansio placebat, teste Ursino. Groslotius legit *optata.*

Responsa daret. Id tentarat. V. 13, 5.

Obliqua insectatione. Vulgo, et libris scriptis, *oblita*, Ferrettus, *obita.* Nostra emendatio certa videtur ex ratione prisca scribendi, *oblica.* Lips. *Oblita* etiam MS. Fl. (Bud.) ed. pr. at *obliqua* MS. Agr. Ern.

Publica fortuna exstinctam. Et inprimis ipsius privata. Hinc illud, jure laudatum Quinctil. 8, 5. Africani oratoris ad Neronem super hac morte: *Rogant te, Cæsar, Gallia tuæ, ut felicitatem tuam fortiter feras.* Lips. Sed Latinorum mos, quæcunque præter modum salutaria *fortunæ pop. r.* attribuere. Ern.

Namque et naufragium narrabat. Lipsius corrigebat *jamque*: quod, mea sententia, recte repudiat Pichena, et si alias pro *præterea* recte ponitur, ut mox c. 12. *jam sol repente ob curvatus. Nam* commode referri potest ad præcedentia. Argumentum ejus, quod dixerat, publicam fortunam consulere voluisse Romanis, erat a fortuito naufragio. Quod si non placet, *namque* accipe pro *quid? quod, præterea.* Etenim *num* transitionibus servit eleganter.

adeo hebes inveniretur, ut crederet? aut a muliere naufraga missum cum telo unum, qui cohortes et classes imperatoris perfringeret? Ergo non jam Nero, cujus immanitas omnium questus anteibat, sed adverso rumore Seneca erat, « quod oratione tali confessionem scripsisset. »

XII. Miro tamen certamine procerum decernuntur « supplicationes apud omnia pulvinaria, utque Quinquatrus, quibus apertæ essent insidiæ, ludis annuis celebrarentur : aureum Minervæ simulacrum in curia, et juxta principis imago statueretur : dies natalis Agrippinæ inter nefastos esset. » Thrasea Pætus, silentio vel brevi adsensu priores adulationes transmittere solitus, exiit tum senatu; ac sibi caussam periculi fecit, ceteris liber-

V. Manut. ad Cic. ep. 3, 11. 5, 20. Mox ed. pr. et *quod fort. fuisset.* Etiam aliæ ante Rhen. *fuisset. Qui perfringeret* i. e. qui speraret, se interficere Cæsarem posse, qui cohortibus et classe munitus esset. Verbum elegans, pro quo etiam dicitur *perrumpere.* Ern. Rhen. ex ingenio dedit *fuisse*; nam Bud. *fuisset.*

Oratione tali. Quinctil. l. c. l. 8. de hac oratione : *Facit quasdam sententias sola geminatio; qualis est Senecæ in eo scripto, quod Nero ad senatum misit occisa matre, cum se periclitatum videri vellet. Salvum me esse adhuc nec credo, nec gaudeo.* Lips.

Quinquatrus ludis annuis. Nonne jam ante celebrabantur? Dixi enim de gladiatoribus. Sed puto, hic intellegi scenicos ludos annuos, aut circenses. Lips. Vett. edd. *quinquatria.* Sed jam P. Victorius ad Cic. ep. 2, 12. monuit, mendum esse, et in vetere cod. Bibliothecæ D. Marci esse *Quinquatrus*, ut supra c. 4. Ed. pr. etiam corruptius *quinquatrii.* Quod tamen veram scripturam indicat. Nam MSS. interdum *quinquatriis* faciunt e *quinquatrus*, ut ap. Liv. 26, 27. Suet. Aug. 71. ubi v. Oudend. et Ciceronem l. c. *Quinquatria* citat e Liv. 44, 20. etiam diligentissimus Drakenb. sed ibi est *quinquatribus.* Ap. Sueton. Domit. c. 4. consentire libros editos in *quinquatria* video, sed id vitiosum puto, et in aliis locis ap. Suetonium est *quinquatrus.* Mox Flor. Guelf. ed. pr. *insidiæ essent.* Ern. Bud. *quinquatrium* a 1. m. unde 2. *tria.*

Exitium senatui ac sibi. Locus, qui mutilus videatur, et non est. Nihil enim narratur, in quo Thraseas offenderit. At scribe mecum fidenter : *exiit tum senatu.* Hoc enim solo sibi discrimen peperit magnus ille vir, quod senatu egressus est, cum de Agrippina referretur, Xiphil. 61, 15., Ὁ Πούπλιος δὲ Θρασέας Παῖτος ἦλθε μὲν ἐς τὸ συνέδριον, καὶ τῆς ἐπιστολῆς

tatis initium non præbuit. Prodigia quoque crebra et irrita intercessere. Anguem enixa mulier : et alia in concubitu mariti fulmine exanimata. Jam sol repente obscuratus, et tactæ de cælo quatuordecim urbis regiones. Quæ adeo sine cura deum eveniebant, ut multos post annos Nero imperium et scelera continuaverit. Ceterum, quo gravaret invidiam matris, eaque demota auctam lenitatem suam testificaretur, feminas illustres, Juniam et Calpurniam, præfectura functos Valerium Capitonem et Licinium Gabolum, sedibus patriis reddidit, ab Agrippina olim pulsos. Etiam Lolliæ Paullinæ cineres reportari, sepulcrumque exstrui permisit : quosque ipse nuper relegaverat, Iturium et Calvisium, pœna exsolvit. Nam Silana fato functa erat, longinquo ab exsilio Tarentum regressa, labante jam Agrippina, cujus inimicitiis conciderat, vel tum mitigata.

XIII. Cunctanti in oppidis Campaniæ, « quonam modo urbem ingrederetur : an obsequium senatus, an studia plebis reperiret, » anxio, contra deterrimus quis-

30. *Conciderat. Ceciderat maxime* cod. Agric. et mox c. 13., *regio non alia* idem.

ἐπήκουσεν· ἀναγιγνωσθείσης δὲ αὐτῆς ἐξανίστη τε εὐθὺς, πρὶν καὶ ὁτιοῦν ἀποφήνασθαι, καὶ ἐξῆλθε· διότι, ἃ μὲν ἤθελεν, εἰπεῖν οὐκ ἐδύνατο, ἃ δὲ ἐδύνατο, οὐκ ἤθελε. Tacit. 16, 21. hunc ipsum locum respiciens : *Olim utrisque infensus, et accedentibus caussis in Thraseam : quod senatu egressus est, cum de Agrippina referretur, ut memoravi.* Lips. Recepit Pich. Ern.

Jam sol rep. obsc. Cf. Plin. H. N. 2, 70. (72).

Sine cura deum eveniebant. Ἐπικουρίζει et hic et alibi noster. Lips. i. e. apparuit, in his portentis nil divini fuisse, non portendere iis deos perniciem Neronis voluisse, ut iis creditum est, quæ ante mortem Claudii evenere. Irridet igitur potius portenta, et eorum vanitatem indicat. Ern.

Juniam. Calvinam, de qua 12, 4, 8. De Calpurnia, ib. 22. Statim, *prætura functos*, lego. Lips. Recte. Ern. Sic et Grut. conjectabat, nil tamen temere mutandum judicat. De Lollia Paull. itidem 12, 22. De Silana 13, 19 et 22.

Iturium. Urs. e cod. vet. *Titurium.* Sic et Agr.

Repeteret anxio. Libri quidam

que, quorum non alia regia fecundior exstitit, « invisum Agrippinæ nomen, et morte ejus accensum populi favorem, « disserunt: » iret intrepidus, et venerationem sui coram experiretur: » simul « prægredi » exposcunt. Et promptiora, quam promiserant, inveniunt: obvias tribus: festo cultu senatum: conjugum ac liberorum agmina, per sexum et ætatem disposita: exstructos, qua incederet, spectaculorum gradus, quo modo triumphi visuntur. Hinc superbus, ac publici servitii victor, Capitolium adiit, grates exsolvit: seque in omnes libidines effudit, quas male coercitas qualiscumque matris reverentia tardaverat.

XIV. Vetus illi cura erat, curriculo quadrigarum in-

31. *Vetus illi copia erat. Copula* ni fallor. *Irrupta copula amoris* Horat. Od. 1, 13. tanquam illigatus Nero huic studio et copulatus. Sic *vinclum sceleris* H. 4, 70. Curtius 5, 11., *secundæ adversæque res tuæ copulavere nos tecum.* Seneca de Ira 3, 8. ubi vide omnino Lipsium. Idem Epist. 5., *Eadem catena et custodiam et militem copulat. Copulari cum fortuna*, de Tranquill. an. c. 10., *in copulam injicere* de Vit. beata c. 6., *vinctæ ad sodalitium manus copulatæ* de Tranq. an. c. 11.

(Flor. Ven.) *reperiret*: quod merito Pichena probat. Dubitabat scilicet et angebatur, an senatum obsequentem, plebem faventem reperiret. Lips. Sic etiam Guelf. ed. pr. et omnes ante Rhen. qui male e MS. Bud. induxit *repeteret*. Melius mox *regia* dedit (e Bud.) pro *regio*, quod in superioribus erat. Ern.

Prægredi exposcunt. Sic MS. Flor. recte, ut divinarat Grotius. Verbum *exposcunt* indicat, non rogasse, ut Nero progrediendo experiretur, sed sibi hoc dari voluisse, ut prægrediendo tentarent animum populi: supra c. 7. *poscit summam sceleris*, et alibi. Vett. edd. (et c. Bud.) omnes *progredi*, usque ad Gronovium. *Prægredi* et *progredi* sic confunduntur ap. Liv. 35, 30. init. Adde supra 11, 37. Ern.

Vetus illi copia erat. Ita libri prisci (et Bud.). Substituerunt, *cura*: ad sententiam non male. Nescio an, *copido*, sive *cupido*. Lips. *Cura* libri edd. omnes a Puteol. ad Lips. qui *copia* reposuit: quod est in MSS. et ed. pr. Id ergo tamen servare malui, quia sensum aptum habet, *copia* nullum. Nam sequens, *nec minus fœdum studium*, indicat, hic verbum desiderari, idem significans, quod *studium*. *Copiam* de permissione matris et præceptorum accipit Ryckius, quod esse alienissimum facile patet. Si liber proferetur, in quo *cupido*, statim *cura* dimittetur: v. Suet. Ner. c. 22. ubi de studio equorum curu-

sistere : nec minus fœdum studium, cithara ludicrum in modum canere, cum cœnaret; quod « regibus et antiquis ducibus factitatum » memorabat : « idque vatum

32. *Ludicrum in modum.* Cave mutes. *Ludicrum in modum, scenicum in modum.* Noster sic sæpe. *Ludicræ artes* infra c. 16.

lium. Ern. *Cupido* probant et Mur. et Pich. ut 15, 33. Bip. reponunt *copia* eorum scil. quæ ad aurigandum pertinent. *Vetus* intelligunt a majoribus accepta. Verum cum verbo *insistere* minus bene cohæret. Hiller. Rac. 38. dat *vetus illi culpa erat*, quod propius accedit ad vulg. *copia*.

Curriculo quadr. ins. Non adesse certaminibus quadrigariorum, ut e Suet. l. c. colligas. Sed quadrigas agere, e latinitate. Infra 15, 44. *habitu aurigæ curriculo insistens.* Ern. Huc Vertranius refert numum Neronis, in quo quadrigis insistens auriga cum epigr. ETTTMIOΣ (in al. ETTIMIOΣ, ETΘTMIOΣ). Sed spectat ad celebrem aurigam, qui et in Trajani numis occurrit. V. Patini Thes. NN. p. 104. Cf. p. 144.

Cithara ludicrum in modum. Non etiam displiceat, *ludiorum*. Numos certe cusit illa bellua, in quibus ipse citharœdico habitu, in tunica oblonga, citharam percutiens. Describit eum habitum graphice Apuleius 2. Flor. in persona Bathylli : *Bique prorsus citharœdicus status, Deam conspiciens, canenti similis. tunicam picturis variegatam deorsus ad pedes dejectus ipsos, Græcanico cingulo, chlamyda vel utrumque brachium adusque articulos palmarum. Cetera decoris instrumentis dependent. Cithara baltheo cælato apta, structim sustinetur; manus ejus teneræ, procerulæ, læva distantibus digitis nervos moltur; dextra psallentis gestu suo sabulum* (lege *pulsabulum*) *citharæ admovet, ceu parata percutere.* Ita enim locum eum legimus, distinguimus. Et, quod ait de chlamyda deque cingulo, etiam illa apparent in Neronianis numis : excipio, quod non brachia velat, sed ab humeris dependet chlamys. Lips. Non video, quare *ludiorum* legatur. Multo exquisitius est *ludicrum in modum* : eodem sensu : ut in ludis fieri solet, quæ *ludicra* dicuntur. Sic ap. Sueton. Ner. c. 11. *ludicræ partes* sunt histrionum, sive ludiorum. Mox ed. pr. *cum celaret*, quod fortasse aliquis defendet e Suet. c. 22. item *quis regibus..... memoret.* MS. Flor. *qis regium memorat* : unde Jac. Gron. *quasi regium et.... memorans.* Quod mihi parum placet. MS. Guelf. (et Bud. a 1. m.) *quis regum e. a. d. factum memorabat.* Forte fuit : *antiquis regum et ducibus f. memorabat.* Vel si brevitas jactata Taciti fert *priscis regum et a. d. f. m.* Relativum sæpe inculcatum est in Tacito. Ern. Mox c. 16. occurrunt *ludicræ artes.* De re ipsa v. Suet. 21. Numum, in quo Nero citharœdus, exponit Eckhel in D. NN. vett. vol. 6, p. 276.

Cum cœnaret. Non rejiciendam puto d'Hottevillii conjecturam *in scena.* Unde forsan librarius *in cena*, ex quo per glossam *quum cœnaret*, Expressit in versione gallica D. de Lamalle.

Quod regibus et antiquis ducibus.

laudibus celebre, et deorum honori datum. Enimvero cantus Apollini sacros; talique ornatu adstare, non modo græcis in urbibus, sed romana apud templa, numen præcipuum et præscium. » Nec jam sisti poterat; cum Senecæ ac Burro visum, ne utraque pervinceret, alterum concedere. Clausumque valle Vaticana spatium, in quo

33. *Ne utraque pervinceret.* Sic MS. Flor. lege *pervincerent.*

Ita in Panegyrico illo ad Pisonem, qui hoc ævo scriptus, inserta eadem defensio v. 157. *Nec pudeat pepulisse lyram, cum pace serena Publica securis exultent otia terris.... Ipse fidem movisse ferox narratur Achilles.* Quem, Ovidio ablatum, viri docti tribuunt Lucano. Neutri ego. Ab Ovidio ætas abjudicat : ab Lucano conditio scribentis. Nam ille quicumque poeta ignotus fuit, obscura domo, fortuna tenui : et humilius blanditur Pisoni, quam ut decuerit Lucanum. Ait ecce v. 241. ..... *tu, Piso, latentem Exsere : nos humilis domus, at sincera parentum, Sed tenuis Fortuna sua caligine celat.* At Lucanus certe notus, celeber : per se, perque uxorem prædives. Adde Senecam patruum in aula : qui huic humili et tenui protendere manum potuisset, præ Pisone. Sed et decimo nono ætatis anno scriptum hoc carmen ; nam ait v. 248. *Quamvis nunc juvenile decus mihi pingere malas Cœperit, et nondum vicesima venerit æstas.* Quod non convenit in ætatem Lucani, præsertim cum scriptum sit diu post consulatum Pisonis ; et paullo ante detectam, ni fallor, conjurationem. Certe post consulatum diu : quoniam et eloquentiæ ejus specimen Neapoli præbitum celebrat. Quod scimus contigisse nos quinquennali certamine, cum Nero in eadem urbe græcanica copiam fecit suæ vocis, annis aliquot post Pisonis consulatum, quem iniit a. U. 810. Sed nec Statius hujus carminis mentionem facit : cum omnia minima scripta ejus recenseat Silv. 2, 7. Lips.

Ne utroque pervinceret. Putarem, *ne utrumque :* id est, ne duo illa extorqueret, alterum indulgere, ut in eo acquiesceret. Lips. At *utraque* verum, quod e MS. Fl. protulit Pichena, habetque ed. pr. Ceteræ inde a Puteolano veteres *utroque*, ut Guelf. Bodl. Ern. Bud. *utroque*, sed 2. m. *utrumque*. Bip. *utraque* scil. libido. Potius sexto casu ponitur, subaudito *parte*, durior quippe altera ellipsis.

Valle Vaticana spatium. Credo id a Plinio denotari 36, 15., *Tertius obeliscus Romæ, in Vaticano Caii ac Neronis principum circo.* Lips. Suet. l. c. *hortos* ponit. Sed ii in valle Vaticana. Add. Ryck. ad h. l. Mox *laudibusque* quod e Fl. dedit Pichena, etiam Guelf. ed. pr. pariter ut *eodem :* quod est etiam in ceteris ante Rhen. qui (e Bud.) dedit *eo*, denique etiam *evulgatus*, quod in *vulgatus* mutatum a Puteol. restituit Rhen. (e Bud.) Muretus tamen et Acidalius præferebant *vulgatus* : frustra. *Evulgare* dixit etiam Liv. 9, 46. similia ap. nostrum *emunire*, *emercari* et alia. In quo genere ver-

equos regeret, haud promiscuo spectaculo. Mox ultro vocari populus romanus, laudibusque extollere, ut est vulgus cupiens voluptatum, et, si eodem princeps trahat, lætum. Ceterum evulgatus pudor non satietatem, ut rebantur, sed incitamentum adtulit. Ratusque dedecus amoliri, si plures fœdasset, nobilium familiarum posteros, egestate venales, in scenam deduxit: quos fato perfunctos, ne nominatim tradam, majoribus eorum tribuendum puto. Nam et ejus flagitium est, qui pecuniam ob delicta potius dedit, quam ne delinquerent. Notos quoque equites romanos operas arenæ promittere subegit donis ingentibus: nisi, quod merces ab eo, qui jubere potest, vim necessitatis adfert.

XV. Ne tamen adhuc publico theatro dehonestaretur, instituit ludos, *juvenalium* vocabulo, in quos passim no-

34. *Ratusque dedecus amoliri. Molliri* bene Flor. et Agric. Apud Propertium 4, 11, 41., *me neque censuræ legem mollisse.* — 35. *Promittere subegit.* Cod. Agric. *promittere donis subegit.*

borum libenter variavere librarii. V. Cuningam. ad Horat. p. 235. ut alios taceam. Ern. Bud. *laudibus* absque copula. Circi rudera hodieque restant. Obeliscus, qui olim ibi, a Sixto V erectus est ante ædem D. Petri.

Ratusque dedecus amoliri. Romana editio, *dedecus molliri*. Quod ego præfero. Lips. Sic etiam MS. (Bud. Flor. Agr.) Bodl. alii *moliri*. At Puteol. *amolliri* pro *amoliri*, ut sequentes omnes habent. *Molliri* probant etiam Freinsh. et J. Gronov. Simile est *invidiam mollire* supra 4, 30. Sed tamen nescio, quomodo magis placet *amoliri*, nec credo *molliendi* verbum esse aptum dedecori et turpitudini, in qua nulla acerbitas aut asperitas, ut in invidia intelligi potest. Et credibilius est, Neronem dedecus voluisse omne tollere, quam tantum minuere. Rom. ed. quam Lipsius laudat, non est Beroaldina, sed prima. Ern. Habet tamen et noster 11, 25. *ignominiam mollire*, quod hic placebat et Modio ep. 99.

Ne nomin. tradam. At Dio nominat. V. Xiphil. 61, 17.

Nam et ejus. Ed. pr. non habet *nam*: quod melius videtur. Duplex ratio silentii affertur, prima, ut majoribus parcatur; deinde, quia flagitium magis Neronis, quam ipsorum. Ern.

Equites Rom. Respice ad 1, 16.

Operas arenæ. Sic *theatrales operæ* 1, 16.

Instituit ludos juvenalium. Qui

mina data: non nobilitas cuiquam, non ætas, aut acti honores impedimento, quo minus græci latinive histrionis artem exercerent, usque ad gestus modosque haud viriles. Quin et feminæ illustres deformia meditari: exstructaque apud nemus, quod navali stagno circumpo-

36. *Ad gestus modosque haud viriles.* Malim *motusque*. 15, 37., *scorta visebantur nudis corporibus jam gestus motusque obscœni. Motus ionici* pro saltu apud Horat. Od. 3, 6, 21. et *Ut festis matrona moveri jussa diebus.*

privati et per domum celebrati aut in hortis. Tacitus 15, 33., *Acriore in dies cupidine Nero agitabatur promiscuas scenas frequentandi: nam adhuc per domum aut hortos cecinerat juvenalibus ludis.* Mansit nomen ludorum posteriori ævo, et imperatores, quos in palatio ludos dabant Kalendis novi anni (de quibus e Juliano monui ad 4, 70.) Juvenalia videntur appellasse ab exemplo hoc Neronis. Sidonius in Narb. v. 307. *Janus forte suas bifrons Kalendas... Sumendas referebat ad curules. Mos est Cæsaribus die bis uno (Privatos vocitant) parare ludos. Tunc cœtus juvenum sed aulicorum Elæi simulacra torva campi Exercet spatiantibus quadrigis.* Et addit post descriptionem curulium ludorum v. 428. *Jam vero juvenalibus peractis.* Ut videantur ii ludi, tunc quidem, scenicum nihil habuisse. Atque ita distinguit etiam, nisi fallor, Capitolinus in Gordianis 4. *Cordus dicit, in omnibus civitatibus Campaniæ, Piceni, Umbriæ, de proprio illum per quatriduum ludos scenicos et juvenalia edidisse.* Quod notari volo. Neronis tamen ævo et instituto, scenici: ex Tacito hic et Plinio, qui 37, 7. ad hos ludos respiciens, ait Neronem *peculiari theatro in hortis primum cantasse, et Pompeiano prælusisse.* Non prætereo notam Xiphilini, qui 61, 19. hos ludos institutos vult per caussam positæ a Nerone primæ barbæ. Et hercle ea nominis caussa. Juvenalia enim dicta, quia ut tirocinii die pueros exuebant: sic barba rasa juventutem, transibantque tunc in viros. Unde illud Domitiæ amitæ blandientis Neroni votum: *Simul hunc excepero, mori volo*, Sueton. c. 34. Itaque is dies Romanis pariter festus. De Octaviano Dio 48, 34., Ἀμέλει τὸν πώγωνα ὁ Καῖσαρ τότε πρῶτον ξυράμενος, αὐτός τε μεγάλως ἑόρτασε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δημοτελῆ ἑορτὴν παρέσχε. Καὶ ὁ μὲν καὶ ἔπειτα ἐπελείσθυτο τὸ γένειον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι. Alia huic ritui in Excurs. B. Lips. Vox *theatro* abest a MS. Oxon. et alio ap. Brot. Mox *gestus modosque* vir doctus (Heins.) ap. Ryckium emendabat *gestus motusque* ex 15, 37. quod non displicet. *Modi non viriles* sunt *gestus motusque non viriles*, ut supra *in modum ludicrum.* Tum *modi* magis de voce et cantu, quam de gesticulationibus dicuntur. Ern.

Feminæ illustres. Qualis Ælia Catella, quæ octogenaria saltavit. V. Dio l. c. ap. Xiphil.

Navali stagno circumposuit Augustus. Ad Tiberim. deque eo stagno supra 12, 56. *Augustus structo cis Ti-*

suit Augustus, conventicula et cauponæ et posita veno irritamenta luxus. Dabanturque stipes, quas boni necessitate, intemperantes gloria consumerent. Inde gliscere flagitia et infamia; nec ulla moribus olim corruptis plus libidinum circumdedit, quam illa colluvies. Vix artibus honestis pudor retinetur: nedum, inter certamina vitiorum, pudicitia aut modestia aut quidquam probi moris

37. *Et posita veno.* Malim *et exposita veno.* Mox *irritamenta luxuriæ*, non *luxus*, cod. Agric et Vatic.

berim stagno. Et Suetonius Aug. 43. At nemus illud est, quod *Cæsarum nemus* appellatum. Vide et hic Xiphil. 62, 15. (et ibi Reim.) Lips. Mox *veno*, quod se correxisse (e Bud.) dicit Rhen. est jam in ed. pr. In Puteol. ed. irrepserat *vero* operarum errore: id fideliter servatum a Rivio, Beroaldo et Alciato. MSS. Vaticani (et Agr.) deinde ap. Vertran. *luxuriæ*: ed. pr. *luxui*: ut supra *caussæ bello* 2, 64. *fundamenta urbi* ap. Liv. 1, 12. Noster *incitamenta ingeniis allaturas* infra c. 21. Ern.

Dabanturque stipes. Cui rei datæ stipes? ad ludosne? Ita olim sane Apollinaribus ludis factum reperio. *Prætor edixit*, ait Livius 25, 12. *ut populus per eos ludos stipem Apollini, quantum commodum esset, conferret.* Plinius 33, 48., *Populus romanus stipem spargere cœpit Sp. Postumio, Q. Marcio coss. Tanta abundantia pecuniæ erat, ut eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit.* Quæ verba ne te fallant. Nam stipes, de qua Livius, multis annis prior notatione Pliniana. Sed voluntariam, credo, Plinius intellexit, illa fuit ex edicto. Sed et Augustus stipem prætoribus dari ad ludos voluit, innuente Dione 54, 2., Τοῖς μὲν στρατηγοῖς τὰς παιγνίους πάσας συνέταξεν, ἵστε τοῦ δήμου δίδοσθαί τι αὐτοῖς κελεύσας. Nisi tamen τὸ δημόσιον intellegi voluit potius, quam δῆμον. Stipes alias usitate dabantur diis, et ad res sacras. Seneca de Benef. 7, 4., *Omnia deorum sunt: tamen diis ponimus domum, et stipem jecimus.* Et Ep. 116. (115.) *Colitur autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis, nec auro argentoque suspenso, nec in thesauros stipe infusa, sed pia et recta voluntate.* Varro de L. L. 4, 36., *Diis cum thesauris assem dant, stipem dicunt.* Ita in capita fontium, quæ sacra, stipem jaciebant. Plinius Epist. 8, 8. de Clitumno: *Fons purus et vitreus, ut numerare jactas stipes, et relucentes calculos possis.* Seneca Quæst. Natural. 4, 2. de Nili venis: *In hæc ora stipem sacerdotes, et aurea dona præfecti, cum solenne venit sacrum, jaciunt.* Lips. Hic stipes datæ a Nerone, ut statim per libidinem absumerentur. Gruterus comparat factum Augusti ap. Sueton. c. 98. Mox non placet mihi: *nec ulla moribus.... plus lib. addidit quam illa colluvies.* Delendum puto *ulla*, intelligendumque quid, quidquam. Puto, me similia exempla reperisse. Ern. De stipe fontibus injici solita v. Caylus Rec. d'Antiq. t. 2. pl. 98. ubi exemplum in numo Nemausensi.

reservaretur. Postremo ipse scenam incedit, multa cura tentans citharam et præmeditans adsistentibus. Facies accesserat, cohors militum, centuriones tribunique et

38. *Postremo ipse scenam inscendit.* Lego *scenæ intendit*, vel *in scenam intendit.* Sed cod. Agr. *ipse scenam incedit.* An, *ipse in scenam se dedit?*

Reservaretur. Ed. pr. *reservatur:* unde possis conjicere *reservetur*, sed solennis illa præsentis et imperfecti confusio. Vid. ad 3, 17. extr. Ern.

Postremo. Sic emendavit Lipsius. Bud. et edit. priores *postremus.*

Ipse scenam inscendit. Restitui ex libris. Vulgo, *ipse scenas incedit.* Lips. *Scenam incedit* MSS. Flor. Vatic. Agr. ed. pr. *Scenas incedit* Guelf. (Bud.) ed. Rhen. et seqq. usque ad Lipsium. Puteol. Beroald. Alciat. *scenas ascendit.* Lipsius edidit *scenam inscendit*, quod sequentes imitati sunt. Ego lectionem MSS. secutus sum, quæ a Tacito non aliena, ut jam Rhenanus monuit. Sic 1, 61. *incedunt locos mœstos.* Ern. Cf. et mox c. 22.

Assistentibus familiaribus. Falso. Nam Vatic. *absistentibus facies.* Farnes. *assistentibus facies.* Similisque lectio Budensis: quod facile odoreris e Rhenano conjectante, *absistentium facie.* Utrumne *assistentibus facibus?* Certe noctu ad lumen etiam hi ludi exerciti. sequiturque: *Hi dies ac noctes plausibus personare.* et ait postremum in scenam venisse Neronem. Ergo ad lumen. Infra etiam 20. *Noctes quoque dedecori adjectas.* Sed et Suet. Calig. 18. *Quondam etiam et nocturnos ludos præbuit accensis facibus.* Noster iterum infra 21. *Lætitiæ magis, quam lasciviæ dari paucas totius quinquennii noctes, quibus tanta luce ignium nihil illicitum occultari queat.* Vos divini conferte operam; si mihi Phœbus hic non facit. Lips. Etiam MS. Flor. Guelf. *assistentibus facies* et ed. pr. *abs. facies.* Vulgatam induxit Puteolanus. Muretus corrigebat *fonascis* s. *phonascis.* In MS. Fl. ultimæ voci superscriptum *homines.* Hinc J. Gronovius conjiciebat *assistenti histrionum aciei:* quod an aliquis probaturus sit, nescio. *Qui homines* adscripsit, voluit indicare, illo corrupto vocabulo homines significari. Vulgata an e MS. ducta sit, nescio. Sed valde consentit iis, quæ Suetonius narrat c. 21. apud quem pariter amicorum intimi adfuisse dicuntur. Ac fortasse inde correctionem Puteolanus sumpsit. Ern. Bud. *asistentibus facies abscesserat.* Agr. *assistentibus ceteris.* Heins. vult *ass. amicis.* Bip. *præmeditans* i. e. præludens *assistentibus. Facies* i. e. facies principalis ex milite prætoriano, Burro etc. *accesserat.* Eo fere sensu *facies* accipitur 1, 41. et ap. Cic. Phil. 8, 8. Hoc, etsi duriusculum videatur, sequi lubet, quia vim codicibus non adfert. Hiller. Rac. 11. parum adposite: vel *avertentibus facies omnibus*, vel *accendentibus faces familiaribus.*

Accesserat cohors militum. Ita legend. non, quia Suet. l. c. ita narrare videtur, sed quia res poscit. Nam Suetonius de alio ibi et publico theatro. Lips. Nempe ante in edd. erat *abscesserat*, male. Mox ed. pr. *centurionesque.* Ern.

mœrens Burrus ac laudans. Tunc què primum conscripti sunt equites romani, cognomento *Augustanorum*, ætate ac robore conspicui, et pars ingenio procaces, alii in spe potentiæ. Hi dies ac noctes plausibus personare formam principis vocemque deum vocabulis adpellantes : quasi per virtutem clari honoratique agere.

XVI. Ne tamen ludicræ tantum imperatoris artes notescerent, carminum quoque studium adfectavit, contractis, quibus aliqua pangendi facultas. Nec dum in-

39. *Personare formam. Formam personare.* cod. Agric. — 40. *Nedum insignis ætatis nati.* Hæc corruptissima sunt. Alii alia. Scribo, *Nedum insignitæ artis noti. notus artis*, ut passim hæc talia noster. *insignitior infamia* Ann. 3, 70. *insignitius flagitium* 4, 51. Possis et *insigniti artis notitia* vel *nedum insignitis notitia artis*, idque verius.

Mœrens Burrus, ac laudans. Unus ergo hic tantum præfectus prætorio. Nec pugnat Sueionius, qui duos nominat, quia Tacitus de juvenali ludicro adhuc loquitur ; de publico theatro Suetonius, capite dicto. Lips. Verba quidem Taciti non indicant, unum tantum præfectum præt. adfuisse, sed Burrum, cum mœreret animo, tamen voce laudasse : de altero nihil præcipui erat, quod traderet. Mox vir doctus in ed. Gryph. deleverat *que*. Post Muretus pro *in spe* malebat *spe* : quod non displicet. At, quod idem deleri vult *hi*, quod et a MS. Bud. aberat, non probo. Sed interpunctio mutanda, ut fecimus, et est in MS. Guelf. Vulgo punctum est post *personare*, et comma ante *quasi*. Ern. Acid. *volebat in spem.* Bip. forsan *et spe*. Fallitur et fallit Rhen. dum abesse pronomen *hi* a Regio i. e. Bud. codice refert. Clare legitur post punctum *Ii dies* etc.

Augustanorum. Suet. paullo aliter c. 20. Idem. c. 25. *Augustianos* vocat.

Carminum quoque studium. Plinius 37, 12., *Domitius Nero in ceteris vitæ suæ portentis, capillos quoque conjugis suæ Poppææ in hoc nomen adoptaverat, quodam etiam carmine Succina appellando.* Intellexit et Seneca hunc poetam, Quæst. Natur. 1, 5., *Ut ait Nero Cæsar disertissime, Colla Cytheriacæ splendent agitata columbæ.* Laudat eum Martialis 8, 70., *Carmina qui docti nota Neronis habet.* et 9, 27., *Ipse tuas etiam veritus Nero dicitur aures, Lascivum juveni cum tibi lusit opus.* Lips.

Nec dum insignis ætatis. Forte leg. *quibus aliqua pangendi facultas, necdum insignis. Ii alternatim considere simul.* Muretus 15, 2. cui scriptor hic noster in amoribus, et jure, corrigit : *quibus aliqua pangendi facultas, necdum insignis erat. Ii considere simul ; et natos ibidem versus connectere, ctque ipsius verba quoquo modo prolata supplere.* Non damno : germana tamen esse non credo. Ceterum ab hoc Cornelii ju-

signis ætatis nati, considere simul, et adlatos vel ibidem repertos versus connectere, atque ipsius verba, quoquo-

dicio Tranquillus dissentit c. 52. Lips. Meo judicio rem acu tetigit hactenus Muretus (id visum et Ryckio) post quem, quæ alii tentarunt quum considero, miror quemquam hiscere ausum: adeo nihil est, quod cum ejus conjectura putem comparandum. Quod *si* elidi *τὸ nati* ferre nequeunt, faciamus: *nec dum insignis erat ad famam*: vel *insignis erat. hi acciti considere simul.* Tales enim quæsivit, qui callerent versuum faciendorum studio, sed nihil dum edidissent, aut eo nomine celebres essent. *Insignis ad famam*, ut Ciceroni de Legib. 3. 8. *insignis ad deformitatem puer.* Quod autem Tacitum et Suetonium committunt; utrumque verum, sed in diversis opusculis, existimo tradidisse. Neque enim dubito, quin et potuerit scribere versibus Nero, et quædam scripserit sine cujusquam auxilio. Et in hujusmodi tabulas incidit Suetonius. Sed et, quum repentinus hic impetus ei venisset, dum festinat, omnis moræ impatiens, et gestit eloquentiæ auctoribus accenseri, atque illam laudem rapere potius, quam mereri; non tantum sumpsisse temporis et otii et secessu, quantum justa cura requirit; ideoque hos adjutores adhibuisse, facile credo Tacito, et id tyranni juvenis, lascivientis et luxuriantis, indoli valde conveniens mihi videtur. Licet et suspicari factum id in opere, quod parabat ad instantem commissionem. Gron. Idem videbatur viro docto in ed. Gryph. ubi hunc locum ad mentem Mureti correxerat. Jac. Gronovius addi vult *laus*: *nec dum insignis erat laus.* J. F. Gronovii *acciti* probari non potest, quia id jam est in *contractis.* Broterius locum sic constituit: *quibus a. p. facultas, nec dum insignis. Ætate pares considere simul etc.* (* Sic et D. de Lamalle.) Ego nihil expedio destitutus libris melioribus. Ern. Addo aliquot conjecturas. Pich. *necdum ins. erat. Ii jussi cons.* Triller. Obs. crit. 2, 21. *nec tam insignis artis gnari;* (* vel *nec dum insignis arte*: *ii gnari cons.*) Hill. Rac. 16. *τὸ nati* vertit in *vates.* Danesius et Ursin. *necdum ins. ætatis vatibus.* Quid si legas, *contr. q. al. p. f. necdum insignis artis vatibus, cons.* Demum Bip. sic: *necdum insignia arte conati.*

Et allatos. Pichena conjicit *oblatos* e cod. Fl. ubi est *ablatos.* Ego vero haudquaquam hoc sollicitandum censeo. *Allatos* est domi meditatos. Quod ad primum quidem congressum non congruit; sed, postquam semel studia junxere, vix est, ut unquam discesserint, quin præcepissent animis proximi conventus materiam, et ad eam aliquid domi per habentes carmina somnos natum possent afferre. Sed et ad illos, quos subito ad jussum principis effuderant, emendandos aliquid domi potuit subnasci, et inde allatum in regia repertis addi. Gron. Sed ita Mureti correctio probatur tantum usque ad *simul.* Mox *quoquo modo* bene Pichena e Flor. Sed sic et Guelf. ep. pr. omnesque veteres. Vitium operarum fuit *quoque modo*, in editione ea, qua Pichena usus est. Velut id reperi in ed. Lips. 1585. correctum in aliis. Ern. Bud. *ablatos*, sed a 2. m. *adlatos.*

modo prolata, supplere : quod species ipsa carminum docet, non impetu et instinctu, nec ore uno fluens. Etiam sapientiæ doctoribus tempus impertiebat post epulas, ut contraria adseverantium discordiæ eruerentur. Nec

41. *Nec ore uno fluens. Tenore* malim. Et sic Acidalius. Deinde cod. Agric. *inani impetu*, pro *non impetu*. — 42. *Utque.... discordiæ eruebantur. Discordias erueret* cod. Agric. Budensis *discordiæ merentur*. ed. Venet. *eruerentur. asseverant tum discordiæ rueret* Mediceus. Lego, *idque ut contraria asseverantium discordias irrideret*. Ann. 2, 2., *irridebantur et Græci comites*. c. 9., *irridente Arminio viliæ servitii pretia*. Sic passim 4, 35., *Quo magis socordiam eorum irridere libet*. c. 60., *insistentibus contra irridentibusque, qui Sejano fautores aderant*. 5, 2., *Tiberium acerbis facetiis irridere solitus*. 6, 46., *C. Cæsari forte orto sermone Sullam irridenti*.

Nec uno ore fluens. Miror, hic neminem tentasse *fluentium*, cum alibi talia tententur in Tacito et aliis. Nam *fluens* et *species* non bene conveniunt. Sed illa ἀκρίβεια non semper a Tacito servata est, ad poeticam rationem inclinante. Vide ad 4, 32. Mox in ed. pr. abest *tempus*. Ern.

Utque contraria asseverantium discordiæ eruebantur. Malim nihil hic mutari : nam illud, *utque eruebantur*, habet quandam ἔμφασιν, quam in nulla earum, quas subjiciunt, lectione reperio. Illæ namque significant modo, quid fieret : hoc etiam vanum, simulatum, fucatum fuisse, quod fiebat. Perinde namque est, quasi dixisset : *et quasi eruebantur* : et volebat videri se id agere, ut variæ et diversæ sectarum opiniones cognoscerentur et exuterentur. Nam τὸ *ut* similitudinis est, ut bene Salmerius animadvertit. Gron. Rhenanus conjiciebat *quærerentur* (* D. de Lamalle *quærebantur*) : quod maxime mihi placuit ante ex iis, quæ vidi. Emphasin illam Gronovianam vix assequor, nec *utque eruebantur* est *et quasi*. MSS. Flor. *rueretur*. Bud. *ruerentur*. Agr. *eruerẽt*. Guelf. *atque eruebantur*. Ed. pr. *ruerẽt*. Sed puto, virgulam errore operarum ex ultima litera in vicinam translatam. Puteol. *eruerentur*. Beroald. cum seq. omnibus *eruebantur*. Credo Tacitum scripsisse *rideretur*. Juvat etiam, quod subjicitur : fuisse tamen etiam, qui non riderent cum principe, sed, dum ille rideret philosophos disputantes, severo vultu adsiderent. MSS. Fl. Reg. (Bud.) et ed. pr. mox *ore vultuque* pro *voce v.* quod recepi; et quia sequitur *spectari*, et quia alibi quoque *os* et *vultus* junguntur, ut ap. Virgil. 9, 251. et alibi. Ern. Bip. reponunt *eruerentur*, quod verum puto. *E* initiale a finali præcedentis vocis est absorptum. Sed sic rectius legetur : *ut c. ass. d. eruerentur*, quod visum et Hillero Rac. 38. Bud. a 1. m. habebat *atque c. ass. d. ruerentur*; unde 2. m. fecit *utque*. Bip. conjectant porro : *ut qui c. asseverarent, in discordias ruerent*. Ernestinæ conjecturæ *viderentur* prælusit jam Heinsius. Scopo Neronis omnino hæc convenientior. Paullo ante Bud. *impartiebat*, ut edit. veteres.

deerant, qui ore vultuque tristi inter oblectamenta regia spectari cuperent.

XVII. Sub idem tempus, levi contentione atrox cædes orta, inter colonos Nucerinos Pompeianosque, gladiatorio spectaculo, quod Livineius Regulus, quem motum senatu retuli, edebat. Quippe oppidana lascivia invicem incessentes, probra, deinde saxa, postremo ferrum sumpsere, validiore Pompeianorum plebe, apud quos spectaculum edebatur. Ergo reportati sunt in urbem multi e Nucerinis, trunco per vulnera corpore, ac plerique « liberorum aut parentum mortes » deflebant. Cujus rei judicium princeps senatui, senatus consulibus permisit. Et rursus re ad patres relata, prohibiti publice in decem annos ejusmodi cœtu Pompeiani, collegiaque, quæ contra leges instituerant, dissoluta : Livineius, et qui alii seditionem conciverant, exsilio multati sunt.

43. *Qui voce vultuque. Ore vultuque* cod. Med. et Agric. Forte *qui squalore.* Ad vestes proprie referendum. Gellius 2, 6., *In corporibus incultis squamosisque alta congeries sordium squalor appellatur.* Et est proprius philosophorum. — 44. *Exilio multati sunt.* Delet τὸ *sunt* cod. Agric.

Levi contentione. MS. Fl. *intentione.* Puteol. item. Ed. pr. *intentio :* unde possis conjicere *levi initio* vel *levi ab initio :* sed ultima syllaba excidit. Intelligenda tamen præpositio *ab*, quam in hac formula omittere noster solet, ut infr. c. 32. Beroaldus primus edidit *contentione*, ut est in Guelf. quod omnes secuti sunt. Mox vett. edd. *Lividineius.* Male. (Bud. *libidini ejus.*) Recte hic et 3, 11. editur *Livineius*, ut e cognomine apparet. Ern.

Retuli. Libro deperdito.

Invicem incessente. Lege, *incessentes.* Lips. Mox edd. pr. Puteol. ceteræque vett. MS. (Bud.) Guelf. *deportati*, sc. e spectaculo : et MS. Fl. (Bud.) ed. pr. *aut parentum*, non *ac*, ut sequentes. Ern.

Re ad patres relata. Sic scripsi e MS. Flor. et ed. pr. ut etiam videbatur J. Gronovio, pro *delata*, quod est in (Bud. et) omnibus aliis edd. intelligendumque de relatione, quam coss. re caussaque cognita fecere. Non jam *res deferri* ad senatum poterat, quod factum erat, re nunciata senatui, et ultione petita : sed, quam pœnam statui vellet, quæsitum. Similiter plerique codd. ap. Liv. 21, 6. *tunc delata res ex integro ad senatum :* sed ex MS. Flor. et Cantabrig. recte Gronovii correxerunt *relata*, atque ita edidit Drakenb. Ern.

Livineius. Bud. hic *Lividineius.*

XVIII. Motus senatu et Pedius Blæsus, adcusantibus Cyrenensibus, « violatum ab eo thesaurum Æsculapii, delectumque militarem pretio et ambitione corruptum. » Iidem Cyrenenses reum agebant Acilium Strabonem, prætoria potestate usum, et missum disceptatorem a Claudio agrorum, quos regi Apioni quondam habitos,

45. *Quos regi Apionis quondam habitos.* Lege *avitos.* Familiare mendum in Tacito. Malim et *regi Apioni.* Ann. 11, 35., *tum quicquid avitum Neronibus ac Drusis in pretium probri cessisse.* Ubi ante Lipsium et Ursinum pari modo peccabatur: etiam alibi. Sic 13, 34., *quamvis per luxum avitas opes dissipasset.* Valerius Max. 6, 2., *Devictæ Carthaginis avita spolia.* Sic recte e codice Cauchiano Pighius, cum *habita* ante legeretur. Ita et restituit Schottus Obser. Hum. 3, 32. Apud Justinum initio operis: *veterem et quasi avitum gentibus morem Ninius rex nova imperii cupiditate mutavit.* Ubi in MSS. *habitum* Bongarsius testatur. Recte etiam scripti *gentibus.* Nam alioquin *genti* potius dicendum esset, quam *gentibus.* Agit enim de gente Assyria. Sic et *gentibus* MSS. 2, 10. nec recte Vorstius *gentium* mavult. *Habe* pro *ave* in vetustis libris et in scriptoribus antiquis, *habena* pro *avena.* Sic *avitum mancipium* Ann. 14, 43. *avita ac paterna sacerdotia* H. 1, 77. Apud Phædrum quoque castigandum *agros avitos.* Ubi *vites* nunc legitur Fab. 4, 4, 38., *Agros avitos, pecora cum pastoribus Donate macheæ.* Seneca Ep. 88., *Paterno agro, inquit, et avito expellor.* Tamen Ann. 4, 5., *habebantur Hispaniæ tribus legionibus.* c. 44., *habitæ modeste opes.*

Pedius Blæsus sen. mot. Postea restitutus, H. 1, 77.

Delectum militarem etc. I. e. in delectu militari inique versatum esse, et vacationem militiæ dedisse pro pecunia, aut gratiæ caussa iis, qui ætatem militarem haberent, et stipendia facere deberent etc. Ern.

Apionis quondam habitos. Lego, *regi Apioni.* Rufus hac de re: *Cyrenas cum ceteris civitatibus Libyæ Pentapolis Ptolemæi antiquioris liberalitate suscepimus. Libyam supremo regis Apionis arbitrio sumus assecuti.* Item Eutropius 6, 11., *Quo tempore Libya quoque Romano imperio per testamentum Apionis, qui rex ejus fuerat, accessit, in qua inclytæ civitates erant, Berenice, Ptolemais et Cyrenæ.* Appianus in extremo Mithridatico: Τοῖς Ῥωμαίοις Κυρήνην Ἀπίων βασιλεὺς τοῦ Λαγωνῶν γένους νόθος ἐκ διαθήκης ἀπέλιπεν. Factum hoc a. U. 660. C. Cœlio L. Domitio coss. Sed, ut moneam, in verbis Rufi vereor ut menda sit, licet occultior. Quis ille *Ptolemæus antiquior?* Plerique omnes Ægyptii reges Ptolemæi, et parum proba aut recepta discriminis hæc nota. Ausim rescribere, *Ptolemæi Apionis.* Nam hic sane rex Ptolemæus fuit, sed cognomento Apion. Appianus Civil. 1, 111., *Sequenti anno, populus romanus duabus provinciis ex testamentis regum est auctus, Bithyniam Nicomede relinquente, Cyrenen Ptolemæo ex Lagidis, cui Apioni cognomentum fuit.* Lips. *Regi Apioni* bene probat Ryck. ex 11, 35. Lipsius olim conjiciebat *avitos* pro *habitos*, sicque correxerat vir doctus in ed.

et pop. rom. cum regno relictos, proximus quisque possessor invaserant, diutinaque licentia et injuria quasi jure et æquo nitebantur. Igitur abjudicatis agris, orta adversus judicem invidia: et senatus, « ignota sibi esse mandata Claudii, et consulendum principem, » respondit. Nero probata Strabonis sententia, « se nihilominus subvenire sociis, et usurpata concedere, » scripsit.

XIX. Sequuntur virorum illustrium mortes, Domitii Afri et M. Servilii, qui summis honoribus et multa eloquentia viguerant. Ille orando caussas, Servilius diu foro, mox tradendis rebus romanis celebris, et elegantia

46. *Nero probata. Tum princeps non improbata* cod. Agr. lege *cum princeps.* — 47. *Elegantia vitæ celebris.* Cod. Agr. non habet *celebris.* Forte *elegantis vitæ.* Tum idem, *quæ clariorem Africæ effecit.* An *exegit?*

Gryph. sed illud melius; *regi habitos* i. e. possessos. ad 11, 35. 13, 34. Ern. Bud. et alii *regis Apionis*, quod servat Brot. In loco Appiani lege Ἀαγιδᾶν, ut Civ. 1, 111.

P. R. c. regno relictos. A. U. 658. teste Julio Obseq. c. 109. Cf. Vales. ad Amm. Marc. 22, 16.

Nero probat. Sic primus edidit Pichena, cum ante esset *princeps*, e vestigiis MS. Flor. *ne probata*, ut et habet Guelf. nisi quod tamen addit *princeps*. J. Gronovius tamen malebat, *Nero rata*. At in ed. pr. est *ne improbata*: quod verbum etiam exhibet MS. Agr. nisi quod ille addit: *tum princeps non*. Mihi venit in mentem: *nec improbata S. s.* Sæpe Tacitus eventum rei tradit initio facto ab *et*. Principis verbum e proximo intelligi potest. Et nescio, quomodo aptius huic loco videtur *non improbata sententia*, quam *probata*, et multo magis *rata*. Nam rata quidem sententia illa non fuit, cum nihil ex ea actum sit, nec agri veteribus possessoribus adempti. Omnino *rata sententia* dici, pro, cum ratam sententiam esse jussisset, vix credo. Ern.

Et elegantia vitæ, quam clariorem. Trajecerim, *et quem elegantia vitæ clariorem effecit.* Lips. *Elegantiam* accipio in optimam partem, et prorsus, ut de Pomponio Secundo 5, 8., *At Pomponius multa morum elegantia et ingenio illustri.* Ille autem, *ut par ingenio, ita morum diversus*, non Servilius est, sed Domitius. Quam, inquit, elegantiam vitæ Servilii effecit clariorem Domitius, ut par ingenio, ita morum diversus. Fecisse dicitur Domitius, quod, ut homines facerent, occasionem dedit. In contrarium Cicero ad Fam. 12, 9., *Tu velim animo sapienti fortique sis, ut tua moderatio et gravitas aliorum infamet injuriam.* Gron. Verissima hæc, et omnes aliorum conjecturas inanes reddunt. Sed tamen excidisse puto nomen proprium, quod post *effecit* necessario desideratur: *quam*

vitæ; quam clariorem effecit, ut par ingenio, ita morum diversus.

XX. Neronequartum, Cornelio Cosso coss. quinquennale ludicrum Romæ institutum est, ad morem græci certaminis: varia fama, ut cuncta ferme nova. Quippe erant, qui « Cn. quoque Pompeium incusatum a senio-

clariorem effecit Afer. Nam ad hunc certe ista pertinent. Ern. Frustra in hoc loco constituendo laborant interpretes. Sanus est, nec medicina eget. *Eloquentiam*, qua, *ut ingenio, par Domitio fuit Servilius*, hic *elegantia vitæ clariorem effecit*, quippe *morum* ab Afro *diversus* i. e. honestiore vita conspicuus, quam Afer. Is enim *Afer*, ut noster ait 4, 52. *prosperiore eloquentiæ quam morum fama fuit*. Fraudi fuit Gronovio, Ernestio, Hillero Rac. 38. aliis, quod Afrum elegantia morum eminuisse putarent. Nec ferenda conjectura Bip. qui ex *vitæ quam* effingunt *uterque eam*, quasi vitæ elegantia tribuatur utrique. Ita jam in versione Itala locum reddiderat Davanzati, perperam. — * Mecum faciunt Broterius et Dureau de Lamalle.

Nerone IV. Corn. Cosso coss. Quorum mentio in lapide Romæ (ap. Grut. p. 8, 5.) I. O. M. ET. GENIO. VENALIC. P. ACILIVS. CERDO. VOTVM. SOLVIT. NERONE. CÆSARE. AVG. IIII. COSSO. LENTVLO. COSS. P. COS. Lips. Aliam inscr. vide ap. Ryckium. Ern.

Quinquennale ludicrum. Est hoc ipsum, quod noster 16, 4. *lustrale certamen* appellat. Quod longo intervallo post reduxit et firmavit Gordianus Junior imp. de quo apposite Victor c. 27. *Eoque anno lustri certamine, quod Nero Romam invexerat, aucto firmatoque, in Persas profectus est*. Exemplum autem, credo, Nero sumpsit a Neapolitis, de queis Strabo lib. 5. p. 246. Νυνὶ δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ' αὐτοῖς, μουσικός τε καὶ γυμνικὸς ἐπὶ πλείους ἡμέρας, ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα. Nota quod ait, νυνὶ δὲ. Institutum enim id certamen ejus ævo in honorem Augusti. Suetonius clare Aug. 98. et in Claud. 11. Herodes etiam Judææ rex theatrum et certamen quinquennale condidit, ad honorem gratiamque Augusti, uti Josephus narrat 15, 8. Sunt et numi Neroniani, in quibus mensa cum corona et lebete, inscripti: CERTA. QVINQ. ROM. co. sc. id est, *Certamen Quinquennale Romæ constituit*. Lips. Quidni exemplum sumpserit a ludis quinquennalibus Actiacis ap. Sueton. Aug. c. 98. Sed forte etiam sponte instituturus fuerat. Vid. de his ludis Neronis Scalig. Emend. temp. p. 469. et ad 16, 2. Ern. De numis Neronis v. Eckhel D.NN. vet. vol. 6. p. 264. De re ipsa Suet. 12. A. Neapolitisne sumpserit Nero exemplum ludicri quinquennalis, dubitat P. Faber agonist. 3, 15, p. 547. — * Gymnicos æque ac musicos ludos intelligi disputat idem 1, 29.

Pompeium incusatum, quod. Perpetuum sane theatrum Pompeius condidit primus a. U. 689. Antea subitaria erant, et censorum jussu plerumque disjecta. Tertull. de spectac. 10. *Sæpe censores renascentia*

ribus » ferrent, « quod mansuram theatri sedem posuisset. Nam antea subitariis gradibus et scena in tempus structa ludos edi solitos : vel, si vetustiora repetas, stantem populum spectavisse, ne, si consideret, theatro dies totos ignavia continuaret. Spectaculorum quidem antiquitas servaretur, quotiens prætores ederent, nulla cui-

48. *Si consideret.* Puto, *ne, si considerent theatro, dies totos ignavi continuarent.* Cod. Agr., *ne si consideret. Desidere in theatris*, Seneca dicit.

theatra destruebant, moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingens de lascivia providebant..... Itaque Pompeius Magnus solo theatro suo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum extruxisset, veritus quandoque memoriæ suæ censoriam animadversionem, Veneris ædem superposuit. Donec, præcipitantibus moribus, extruxerunt ipsi censores. Valerius 2, 4, 2., *Theatra inchoata quidem sunt a Messalla et Cassio censoribus, ceterum auctore Scipione Nasica omnem apparatum operis eorum subjectum hastæ vænire placuit.* Appianus Civil. 1, 28., Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ Σκιπίων ὕπατος κατῆλε τὸ θέατρον, οὗ Λούκιος Κάσσιος ἦρκτο, καὶ ἴδια που τίλος ἐλάμβανεν· ὡς καὶ τοῦδε στάσεων ἄρξον ἑτέρων, ἃ οὐ χρήσιμον ὅλως Ἑλληνικαῖς ἀνυπαθείαις Ῥωμαίους ἐθίζεσθαι. Eamque in rem SC. interpositum, quod legis nomine Tertullianus intellexit in Apolog. 6. *Quonam illæ leges abierunt.... quæ theatra, stuprandis moribus orientia, statim destruebant?* Velleii locus addatur, qui corruptus vulgo, 1, 15., *Cassius censor, a Lupercali in Palatium versus, theatrum facere instituit : cui in demoliendo eximia civitatis severitas et consul Cæpio restitere.* Scribe, *in emoliendo* et *Scipio.* Lips.

Antea subitariis gradibus. Ausonius in prol. ad Lud. 7. Sap. 14., *Ædilis olim scenam tabulatam dabat Subito excitatam, nulla mole saxea.* Lips.

Stantem populum spectavisse. Valerius l. c. ait : *SC. cautum, nequis in urbe propiusve passus mille, subsellia posuisse, sedensve ludos spectare vellet.* Sessionem tamen adstruere Livius 1, 35. et Dionysius videntur 3, 68. sub Tarquinio rege : *Loca divisa patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent, fori appellati. Spectavere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes.* Sed tantum in Circo. Lips.

Ne si consideret. Omnes hic *ne si cons.* scribendum censent, cum vulgo sit in scriptis et editis *si consideret.* Solus Ryckius in textum recepit *ne*, et mox ante *spectaculorum* idem delevit, auctore cod. Agr. quem nos imitati sumus. Nempe loco motum est τὸ *ne*, quod e sequente versu huc retrahendum erat. Etiam J. Gronovius secutus est, sed tacite, Ryckium, ne confiteretur, aliquid boni esse in cod. Agr. præsertim, quod non esset in Florentino. Ern.

Quoties P. R. sederet. Libri scripti (in his Bud.) *prætor sederet.* Facile et vere emendes, *prætores ederent.*

quam civium necessitate certandi. Ceterum abolitos paullatim patrios mores, funditus everti per accitam lasciviam, ut, quod usquam corrumpi et corrumpere queat, in urbe visatur, degeneretque studiis externis juventus, gymnasia et otia et turpes amores exercendo, principe et senatu auctoribus; qui non modo licentiam vitiis permiserint, sed vim adhibeant: proceres romani, specie orationum et carminum, scena polluantur. Quid superesse, nisi ut corpora quoque nudent et cæstus adsumant, easque pugnas pro militia et armis meditentur? An justi-

49. *Gymnasia et otia.* An *repotia?* paullo ante *funditus eunti* cod. Agric. non *everti.* — 50. *An justitiam augurii et decurias.* MS. Agric. nil juvat. Lege *an vi institutas*

Enimvero editionem ludorum magistratibus incubuisse, præsertim prætori, notum iis, qui in vestibulo versantur antiquitatis. Facit huic parti illa responsio: *Nec proinde magistratus rem familiarem exhausturos*, etc. Lips. Ed. pr. *Prætor sederet.* et sic ceteræ usque ad Rhen. qui edidit *quoties P. R. sederet.* Lipsius vere correxit. recepit Pichena. Ern.

Necessitate certandi. Secutus sum manuscriptos. Vulgata scriptio tamen recta adæque, *spectandi.* Utrumque enim factitatum sub his comœdis principibus, ut viri illustres et ad certandum cogerentur et ad spectandum. Nec displiceat geminari, *necessitate spectandi aut certandi.* Lips. *Certandi* edd. omnes ante Rhen. qui edidit *spectandi.* quod secuti sunt omnes usque ad Lipsium. *Certandi* etiam MS. (Bud. et) Guelf. Ern. *Spectandi* posset defendi ex 16, 5.

Funditus everti. Libris meis abest τὸ *everti*, et omiseris recte. Scribi etiam possit *et verti.* Lips. *Everti* edd. omnes habent, nisi quod in pr. corrupte *eunti.* (ut c. Agr.) Omitti posse censebat etiam Muretus. Acidalius *verti* volebat, quo sæpius Tacitus utatur, quam *everti* (ut 4, 42.). Ego abesse posse non credo: esse enim ante deberet *aboleri*, non *abolitos.* Tum, quid est *abolitos paullatim funditus?* Immo, cum ante paullatim aboliti sint, nunc repente funditus everti per peregrinam lasciviam. Ern. Bud. etiam *everti.*

Specie orationum et carminum. Ad musicum certamen referto. Lips. Immo etiam ad oratorium. v. c. 21. Ante *proceres* colon scripsimus, ut est etiam in ed. pr. Ita difficultas tollitur, quam fingit Acidalius, eoque aut *ut* addi, aut *pollui* corrigi vult. Pendet scil. membrum a superiori *ut.* Mox possis conjicere *cæstus sumant*, ut ex ultima præcedentis verbi nata sit syllaba prima in vulgato; est enim usitatius in tali re simplex. Sed etiam Agric. 3. *assumere fiduciam*, pro quo alii potius *sumere fiduciam.* Ern. *De cæstu* v. Servius ad Æn. 5, 401.

An justitiam augurii. Vitium: cui medendo impar ego. Lips. *Fracti*

tiam augurii et decurias equitum egregium judicandi munus expleturos, si fractos sonos et dulcedinem vocum

augurii, vel *an instituta augurii decurias equitum egregium judicandi munus expleturas*. Est epexegesis, pro decuriis equitum augurio institutis. Equitum decuriæ augurato scriptæ et institutæ a Romulo. Vide hic Gronovium et Lipsium, H. 1, 84. ubi de senatu, *hunc auspicato institutum a parente et conditore urbis nostræ posteris tradamus*. Ubi vide omnino interpretes de equitibus. Ibid. 3, 72., *auspicato conditum a majoribus nostris Capitolium*. Livius 1, 13., *tres decurias equitum conscriptas* scribit *a Romulo Rhamnenses, Titienses et Luceres*. Nihil hic de augurio. Sed de augurio is ib. c. 36., *Tarquinius* (Priscus), *equitem maxime suis deesse viribus ratus, ad Rhamnes, Titienses, Luceres, quas centurias Romulus scripserat, addere alias constituit etc. Id quia inaugurato Romulus fecerat, negare Accius Navius novum constitui, nisi aves addixissent, posse*. Rursus c. 43. de Servio Tullio: *Sex item alias centurias, tribus ab Romulo institutis, sub iisdem, quibus inauguratæ erant, nominibus fecit*. Valer. Max. 1, 4., *L. Tarquinius rex centuriis equitum, quas Romulus auspicato conscripserat, alias adjicere cupiens*. De decuriis equitum in judicium adhibitis vide omnino Lips. ad Senecam de Ira 3, 33. n. 284.

soni non significant aliquid ad artem pertinens, sed id, quod Seneca dicit *non virile*, cum in Hercule Furente canit v. 450., *Ad non virilem tympani movit sonum*. *Decuriæ* autem *equitum* ut nihil respiciunt militarium muniorum, ita nec augurali ullus hic est locus disciplinæ. Tamen est etiam, qui sensui serviisse ait sese, absque cura verborum, quæ Lipsius corrupta credat. Hoc autem velle Tacitum, vaticinatur: ubi posthac inventum iri severitatem judicis et sanctimoniam sacerdotis inter homines gnaros mollium sonorum et numerorum musicorum? Id elici satis commode putat ex infra scriptis, quæ positis hic respondent: *nec cuiquam judici grave aures studiis honestis et voluptatibus concessis impartire*. Ubi etiam sine cura, opinor, verborum, interpretatur judicem nihil perdere gravitatis. Interim hoc posteriore in loco, quid est, quod confirmet illam castimoniam sacerdotis? De solis judicibus excusat, quia de solis judicibus mota erat invidia. Desinamus augari et audiamus solum Pichenam, qui corrigit, *an institutos Augustanos et d. e.* Posset legi: *An institutos Augustanos e decuriis equitum*: sed non est necesse. Nam *institutos Augustanos et decurias equitum* per ἓν διὰ δυοῖν dicitur de iisdem; prorsus ut 13, 25., *ludicram licentiam et fautores histrionum*. C. 46., *Pellice ancilla et assuetudine Actes*. Num, inquit, adolescentulos secundi ordinis (qui conscripti sint cognomento Augustanorum, aliquando in decurias judicum allegendi) paratius et religiosius caussas audituros, si molliter et dulce canenti Cæsari artificiose plaudere et docte atque ingeniose acclamare didicissent? Nam hoc est *perite audire* (ut ap. Suet. 22. *solos scire audire Græcos*) *plausibus personare formamque principis et vocem doum vocabulis appellare*, quemadmodum interpretatus ipse Tacitus c. 15. Quod quia fiebat assidue, *dies et noctes*, ideo justior hæc invidia in tam male perdentes tempus, quod collocare deberent in sanctissimo judicum officio discendo, cui

perite audissent? Noctes quoque dedecori adjectas, ne quod tempus pudori relinquatur, sed, cœtu promiscuo, quod perditissimus quisque per diem concupiverit, per tenebras audeat. »

XXI. Pluribus ipsa licentia placebat, ac tamen honesta nomina prætendebant: « Majores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis, pro fortuna, quæ tum erat; eoque a Tuscis accitos histriones, a Thu-

51. *Perite audissent.* Puto, *si fracto sono et dulcedine vocum perita adjuvissent.* Vide locum insignem Ann. 16, 4., *et plebs quidem urbis histrionum quoque gestus juvare solita personabat certis modis, plausuque composito.* Add. Plinius Epist. 9, 34. ubi agit de recitatione sua. Vide et nostrum supra c. 15. et Sueton. in Ner. 22. et Gronovium ad Liv. 7, 2. Idem Plinius Ep. 7, 24., *per adulationis officium in theatrum cursitabant, exsultabant, plaudebant, mirabantur, ac deinde singulos gestus dominæ cum canticis reddebant.* Paneg. c. 2., *Populus romanus quanto paullo ante concentu formosum alium, hunc fortissimum personat, quibusque aliquando clamoribus gestum alterius et vocem, hujus pietatem, abstinentiam, mansuetudinem laudat.* De operis theatralibus vide interpretes ad Ann. 1, 16. *Perite audire tamen* defendi posset ex Suet. l. c. *Solos scire audire Græcos.* Ubi puto *scite.* Quomodo apud Gellium 18, 5., *Tunc Juliano nuntiatur, anagnosten quendam voce admodum scitu et canora Ennii annales legere ad populum in theatro.* Vide omnino locum egregium Ep. 1, 26. Aristœneti, et illic Mercerum. *scite loqui* idem Gellius 17, 17. *diligenter audire* Seneca de Benef. 3, 27.

destinabantur. Gron. Broterius locum sanari putat, una copula transposita *et egr. i. m.* Justitiam augurii intelligit auguratum. Ern. Brot. ita explicat: an augurum, an judicum muneribus pares futuros homines etc. (*Quem sequitur D. de Lamalle). Equidem cum Salinerio initium periodi refero ad *proceres*, et post *equitum* comma tollo, hoc sensu: an proceres curatius executuros, quæ ad jus augurii pertinent; an equites, quæ ad munus judicandi? Bip. *augurii* mutant in *augures*, et per justitiam intelligunt jus, juris rationem summam, de qua Cic. de Legg. 2, 12.

Ac tamen. Ed. pr. *attamen.* Licentia illa uti cupiebant, sed sub honestioribus nominibus. Ern.

Spectaculorum oblectamentis. Farnes. *oblectamenta.* Vere. Lips. Edd. omnes ablativum habent. Ern.

A Tuscis accitos histriones. Freinshemius pro *Tuscis* putat legendum *Oscis* ex 4, 14. Frustra. Nam et Livius 7, 2. *ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant.* Atque etiam nomen Tuscum est, auctore eodem Livio ibid. *quia hister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum.* Nempe ludus ipse ab Oscis est, ut noster tradit 4, 14. Livius l. c. histriones ex Etruria venere, cum ludi jam essent, ut clarum e Livio, ut magis excitarentur, fierentque jucundiores. Ern.

riis equorum certamina: et, possessa Achaia Asiaque, ludos curatius editos: nec quemquam Romæ, honesto loco ortum, ad theatrales artes degeneravisse, ducentis jam annis a L. Mummii triumpho, qui primus id genus spectaculi in urbe præbuerit. Sed et consultum parcimoniæ, quod perpetua sedes theatro locata sit potius, quam immenso sumptu singulos per annos consurgeret ac strueretur. Nec perinde magistratus rem familiarem ex-

52. *Qui primus id genus spectaculi. Spectacula* malim, ut alibi.

A Thuriis equorum certamina. Atqui Livius 1, 35. etiam equos a Tuscis derivat, *Ludicrum fuit, equi pugilesque, ex Etruria maxime acciti.* Et, cum equorum certamina antiquissima Romæ sint, vix videntur ea petiisse tam longinque. Magna Græcia certe et illa ora, in qua Thurii, non tam pernota tunc Romanis. Quæ tamen frons mea a Tacito dissentientis? Thurii vicini Tarentinis, ab iisque eversi, ut Strabo narrat: quorum olim Sybaris, oppidum celebre deliciis. Ab Augusto colonia illuc deducta, Copiæ. Lips. Vir doctus in marg. ed. Gryph. *Tyriis*: nescio unde, aut quare. Ern.

Ludos curatius editos. Germana Cornelii vox, non *accuratius*, ex libris. Lips. Sic et Guelf. ed. pr. Puteolanus dedit *accuratius*. Ern.

Nec quemquam. Sic Pich. e codd. vet. prius *neque q.*

Ducentis jam annis. Et paullo pluribus, quoniam triumphavit de Achæis et Corinthiis Mummius a. U. 608. Lips. Ceterum *Mummii* MS. Flor. ed. pr. non *Mumii*, ut est in edd. ceteris usque ad Ryckium. Ern. Consentiunt lapides Capitolini.

Qui primus id genus. Quod genus? gymnicosne? inclinabam, sed primus athletas dedisse legitur in ædilitate Æmilius Scaurus, multis post annis. Potes igitur capere ludos Græcos. Nam antea noti tantum Osci et Latini. Cicero ad Marium 7, 1., *Non enim puto te Græcos aut Oscos ludos desiderasse: præsertim, cum Oscos vel in senatu spectare possis, Græcos vero ita non ames, ut nec ad villam tuam via græca ire soleas.* Hos triplices ludos Tranquillus in Julio intellegit 39. *Ludos regionatim urbe tota dedit, et quidem per omnium linguarum histriones.* Et Aug. 43. *Ludos fecit nonnunquam vicatim, ac pluribus scenis, per omnium linguarum histriones.* Lips.

Consurgeret ac strueretur. Haud dubie elegantius et ad brevitatem aptius foret, si abesset *ac strueretur*, quod habet speciem glossæ. Nam *surgere* et *consurgere* eleganter dicuntur, quæ *struuntur, ædificantur.* (* V. Burm. ad Anth. 2, 70. p. 224.) Quorsum ergo idem bis dicitur, et suavitas tropi explicatione exstinguitur? Admiratores brevitatis et elegantiæ Cornelianæ facile largientur, delendum esse. Sed tamen omnes scripti et edd. habent, et Tacitum sibi in brevitatis cura non satis

hausturos, aut populo efflagitandi græca certamina a magistratibus caussam fore, cum eo sumptu resp. fungatur. Oratorum ac vatum victorias incitamentum ingeniis adlaturas : nec cuiquam judici grave, aures studiis honestis et voluptatibus concessis impartire. Lætitiæ magis quam lasciviæ dari paucas totius quinquennii noctes, quibus, tanta luce ignium, nihil illicitum occultari queat. » Sane nullo insigni dehonestamento id spectaculum transiit. Ac ne modica quidem studia plebis exarsere, quia, redditi quamquam scenæ, pantomimi certaminibus sacris prohibebantur. Eloquentiæ primas

53. *Eloquentiæ primas. Primitias* cod. Agr. *primitiæ metallorum nullis fornacibus victæ* H. 4, 53. *justæ dolorum primitiæ* Valer. Flacc. 3, 515. de superbo rege Virg. Æn. 11, 16. et 156. et alibi. Symmach. *gaudeo mihi sermonis tui primitias obtigisse.* Ep. 5, 73., *prælibare primitias scriptionis.* Sed nil muto.

constare semper id quoque jam alibi monuimus. Igitur *ἐπίχω*. Si Cicero aut Livius esset, non dubitarem esse insititium. Magis tamen inclino in partem eam, ut Tacito abjudicem, propter frequentia glossematum, quibus ejus libri interpolati sunt. V. ad 16, 1. Ern. *Destrueretur* invenit in libro quodam J. Ad. Nodell. in crit. obs. edit. Campæ 1781. Verum exergasia vulg. bene habet

Efflagitandi græca certamina. Certaminis vox ad gymnasium spectare potius videtur, quam ad scenam. Sed in scena ipsa certamen quoddam victoriæ. Lips.

Nec cuiquam judici grave. Respondetur ad verba: *an institutos Augustanos et decurias equitum egregium judicandi munus expleturos?* Judicium caussarum forensium et carminum orationumque bene conjungi. Cicero pro Arch. 10. *aures poetis dedere* dixit. Ern.

Totius quinquennii. Ita scripserim, non *potius*. Lips. Bud. *potius.*

Ac ne modica quidem. Immodica legendum videtur : quæ videlicet excitari solebant pantomimorum certamine. Supra 1, 77. et 13, 25. Gron. Sane verbum *exarsere* vehementius est, quam pro *ne modica quidem.* At contra mihi *immodica* non videntur pati *ne quidem.* Igitur vulgatum huic conjecturæ præfero. Si quid tamen tentandum, malim *ne solita quidem.* Ern. Non opus. Sensus est, ne mediocres quidem plausus orti sunt. *Exardescere* sæpe non plus significat, ut H. 2, 38. Vell. 1, 48. Cf. Hiller. Rac. 38.

Pantomimi certaminibus sacris. Certamina sacra, sive *ἱεροὺς ἀγῶνας, ὧν τὰ ἆθλα ἐν στεφάνῳ μόνῳ*, definit Pollux 3, 30. Tale hoc Neapolitanum, quod et *ἱερὸς ἀγὼν* a Strabone dicitur l. 5. p. 246. Lips.

Eloquentiæ primas partes. Farnesiano abest *partes.* Recte. Lips. Item a Flor. (et Bud) et ed. pr. Ern.

nemo tulit, sed, « victorem esse Cæsarem, » pronuntiatum. Græci amictus, quis per eos dies plerique incesserant, tum exoleverant.

54. *Græci amictus.* Cod. Agr. *Gratiam jactam quo per eos dies tum exsolverent.* — 55. *Incesserant.* Ab incessendo. Ne muta. Sic infra c. 22. Sed malo *incessebant*, vel *incesserant, exoleverunt.*

Græci amictus. Libri leviter aberrant. Nam Farnes. *Ciraetiam jactam quo.* Vatican. *Græciam jactus ta quo.* Dixi, aberrant. Nam vera lectio hæc: *Græci etiam amictus, quis per eos dies p. incesserant:* vel, *quos p. e. d. p. ingesserant.* Græcanicum scilicet hoc certamen fuit, et ideo amiciebantur plerique ad morem græcum, palliati crepidatique. Hæsi olim, sed expedivit me plane Dio 60, 6. de hoc ipso spectaculo, Neapoli: Ἐπεὶ ἔν γε τῇ Νεαπόλει καὶ πανταπασιν ἰδιωτικῶς ἔζη. Τά τε γὰρ ἄλλα Ἑλληνικῶς καὶ αὐτὸς καὶ οἱ συνόντες οἱ διητᾶτο, καὶ ἐν μὲν ταῖς τῆς μουσικῆς θεωρίαις ἱμάτιον καὶ χρηπῖδας, ἐν δὲ τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι τριβωνίου καὶ στέφανον χρυσοῦν ἐλάμβανε. Et simile, quod in Commodo tradit 72, 17. quotiens theatrum ingrederetur, solitum sumere χλαμύδα ὁλοπόρφυρον τὸν ἑλληνικὸν τρόπον, καὶ στέφανον ἔκ τε λίθων Ἰνδικῶν καὶ ἐκ χρυσοῦ πεποικιλμένον. Ex his facile intellego restituoque Suetonii locum Domitiani 4. *Certabant etiam et prosa oratione græce latineque, ac præter citharœdos chorocitharistæ quoque et psilocitharistæ. In studio vero cursu etiam virginum certamini præsedit crepidatus purpureaque amictus toga græcanica, capite gestans coronam auream.* Corrigo et distinguo: *et psilocitharistæ: in studio vero cursu etiam virgines. Certamini præsedit*, etc. Vera lectio, vera mens: certasse, præter citharœdos, etiam chorocitharistas, et in stadio, certamine cursus, etiam virgines. At certamini toti quinquennali præsedisse Domitianum ritu græco, purpurea toga et corona ornatum. Dixit enim togam: mallem chlamydem, uti idem scriptor Neronis c. 25. reditum in urbem describens, habitu græcanico: *in veste purpurea, distinctaque stellis aureis chlamyde*: ubi, *veste*, glossematium puto, deleoque. Item Dio supra, et Capitolinus in Pertinace 8. *Purpureasque chlamydes græcanicas.* Ern. Scribo, *incessirant.* Quos, inquit, per eos dies toga posita gestatos plerique arguebant, jam vulgares tum erant, et sero reprehendebantur. Gron. MSS. Flor. (Bud.) Guelf., *Græci amictus*, ut est in omnibus edd. præter pr. quæ habet *græciam jactus* ut MS. Vatic. Mox MSS. præter Guelf. omnes (et Bud.) et ed. pr. *quo*: unde Pichena colligebat legendum *quomodo.* Id recepit Berneggerus. *Quos*, quod edd. omnes inde a Puteol. habent, estque in Guelf. restituit J. F. Gron. In *quo* nihil impedit, quo minus intelligas *amictu*, etsi pluralis præcedit: cujus formæ exempla ap. Græcos et Latinos sunt. Sic mox c. 22. post *stagna*, in *cui* intelligi posse *stagno* putabat J. Gronovius. Grosiotius malebat *quis.* Sed *quos* melius. *Incesserant* (al. *incessiverant*) int. conviciis. Gronovii *in-*

XXII. Inter quæ et sidus cometes effulsit : de quo vulgi opinio est, tanquam mutationem regnis portendat. Igitur, quasi jam depulso Nerone, quisnam deligeretur, anquirebant. Et omnium ore Rubellius Plautus celebrabatur, cui nobilitas, per matrem, ex Julia familia. Ipse placita majorum colebat, habitu severo, casta et secreta domo, quantoque metu occultior, tanto plus famæ adeptus, Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. Nam, quia discumbentis Neronis apud Simbruina stagna, cui *Sublaqueum* nomen est, ictæ da-

56. *Celebrabatur. Celebratur* cod. Agr. forte *celebratus*. — 57. *Cui sublaqueum nomen est.* Lege, *quis sublaquei nomen est*, vel *sublaqueo*. Utrumque enim Tacito familiare. Ann. 5, 1. Forte tamen, *villæ sublaqueum nomen est.*

cessirant, defendam, si in libris occurrat : corrigendo nulli obtrudam. Ern. Bip. præferunt *quis* pro *quibus* usi erant. Mihi quoque magis hæc lectio arridet. Dein Bud. *exoluerant.*

Inter quæ etc. Cf. Sen. N. Q. 7, 17. sq. et Octav. v. 231.

Tanquam mutationem regis p. Bentleius ad Lucan. 1, 529. corrigit *regnis*. Sane admodum probabiliter. Broterius recepit in textum. Ern. Ita et Bip. recte.

Anquirebant. Sic cum J. Gron. correxi vulgatum *inquirebant*, e MS. Flor. adjuvante loco simili 13, 6. ea verba et alibi confusa. Secutus est Broterius. MS. Agr. et ed. pr. *perquirebant ;* quod certe malim, quam *inquir.* quod est in omnibus edd. reliquis. Mox *celebrabatur* est a Pichenæ correctione, quæ jam Mureto in mentem venerat. Nam MSS. (Bud. etiam et Agr.) edd. superiores omnes *celebratur.* At J. Gronov. in MS. Flor. legit *celebratus*, idque recepit. Præsens imperfecto sæpe in Tacito substitutum esse, jam vidimus. V. c. 15. Ern. In Bud. a 1. m. fuisse videtur *anquirebant.*

Rub. Plautus. Cf. mox c. 57. et 13, 19.

Apud Simbruina stagna, cui Sublaqueum nomen est. Plinius 3, 12. (17.) *Anio lacus tres amœnitate nobiles, qui nomen dedere Sublaceo* (ita enim potius scribend. quia a lacu) *defert in Tiberim.* Addubito, num vox Tacito desit, legendumque : *villa, cui Sublaqueum nomen.* Certe Neronis villa Sublacensis Frontino 2. de Aquæduct. cognita. Æmoinus 2, 16., *Benedictus pater in loco, qui Sublucus dicitur, qui ab urbe Roma 40 millibus abest..... effulsit.* Philostratus 4, 43. De vita Apollonii ad hanc rem addit, calicem Neronis, quem jam ori admoverat, fulmine excussum. Lips. Suspicor a Tacito fuisse : *discumbentis Neronis apud Simbruina stagna* (*loco Sublaqueum nomen est*) *ictæ dapes.* ut H. 4, 26. *nec ausi ad hostem pergere* (*loco Gelduba nomen est*) *castra fecere.* Sic et restituendum apud Florum 3,

pes, mensaque disjecta erat, idque finibus Tiburtum acciderat, unde paterna Plauto origo, hunc illum numine deum destinari credebant fovebantque multi, quibus, nova et ancipitia præcolere, avida et plerumque fallax ambitio est. Ergo permotus iis Nero, componit ad Plautum literas, « consuleret quieti urbis, seque prave diffamantibus subtraheret. Esse illi per Asiam avitos agros, in quibus tuta et inturbida juventa fruerétur. » Ita illuc cum conjuge Antistia et paucis familiarium concessit. Iisdem diebus nimia luxus cupido infa-

58. *Hunc illum numine deum destinari. Huc illum* lege. — 59. *Inturbida juventa. Juventate* cod. Agr. bene.

3., *Prioresque Theutonos sub ipsis Alpium radicibus assequutus* (*locum Aquas Sextias vocant*) *quo* (*fidem Numinum!*) *prælio oppressit?* Gron. Gronovii correctio probatur Ryckio. Et est sane usitata ista ratio nostro, et Livio in primis. Sed tamen nulla necessitas sic loquendi; et, ut recte monet J. Gronovius, relativo noster non minus sæpe utitur. Ipse intelligit *stagno* : non male. Immo cur non *loco*, quod non raro per ellipsin abest. Vir doctus in ed. Gryph. correxerat *quis*. De Simbruinis collibus v. ad 11, 13. *Stagna* sunt tres lacus Plinio memorati. MS. Guelf. pro *ictæ* habet *jactæ*. Ern. Ryck. supplet *loco*, *cui. Villa*, *cui Subl.* legit Cluver. Ital. ant. 2, 10. Boxh. pro *cui* vult *quibus*. De Simbruinis stagnis dixi ad Vib. Seq. p. 53.

Hunc illum numine deum destinari credebant. Groslotius, Rhenanus et Grotius *hinc* corrigunt. Quasi non alterum multo sit elegantius. (Bud. *hunc*.) Virgilius Æn. 4, 675., *Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?* Petronius c. 101. *hic est Cyclops ille et archipirata, cui vecturam debemus*. Gron. Sic supra *quem illum* : ubi frustra tentabant *ullum*. Mox *præcolere nova et ancipitia* est colere, præteritis tutis et præsentibus. Ern.

Consuleret sibi et turbis. Volebam, *sibi et urbi* : sed notat in Flor. legi *consuleret quiet urbis* : ex quo apposite Pichena, *quieti urbis*. Sed sic tamen prius illud deest *sibi* : nec abeo a mea conjectura. Lips. Repugnat Pichenæ Lipsius, passus ἀνθρώπινόν τι. Neque enim τὸ *sibi* vel Neronis vel Taciti oratio necessario requirit, ut, si absit illud, manca vel vitiosa debeat putari. Posset id tenere locum, si constarent cetera. *Sibi et turbis* (ut in Bud.) tolerari nequit : et arguitur ab antiqua manu, ex qua corrector indoctior fabricavit vulgatum, cum faciendum haberet, quod Pichena. Tum *consuleret urbi*, quam laxum. At *consuleret quieti urbis* tale, nihil ut possit expressius aut definitius. Gron. MS. Corb. Ed. pr. *sibi e turbis*. Mox *prava*. Ern. Sic et Bud.

Iisdem. Bud. *Isdem*. ita frequenter.

miam et periculum Neroni tulit, quia fontem aquæ Marciæ, ad urbem deductæ, nando incesserat : videbaturque potus sacros et cærimoniam loci corpore loto polluisse. Secutaque anceps valetudo iram deum adfirmavit.

XXIII. At Corbulo, post deleta Artaxata, utendum recenti terrore ratus ad occupanda Tigranocerta, quibus excisis, metum hostium intenderet, vel, si pepercisset, clementiæ famam adipisceretur; illuc pergit, non infenso exercitu, ne spem veniæ auferret, neque tamen remissa cura, gnarus, facilem mutatu gentem, ut segnem ad pericula, ita infidam ad occasiones. Barbari, pro ingenio quisque, alii preces offerre, quidam deserere vicos, et in avia di-

Aquæ Marciæ. Vera lectio. Frustra turbant libri, qui partim, *aquæ marginæ*, partim *morgio* referunt. Lips. Hoc habet ed. pr. Sed inde a Puteol. vulgatum est in omnibus edd. In MS. Guelf. a manu pr. *Marsiæ*, a sec. *Marsyæ*. Mox Heinsius e cod. Agric. corrigebat *incestarat*. V. ad Vellei. 2, 73. (* et Claud. de R. Pros. 2, 217.) Sed hic narrat Tacitus modo, quid fecerit, de polluta aqua statim sequitur. Recte igitur et a Ryckio hæc correctio rejicitur. Ern. Ex h. l. clare patet ap. Ryckium, amicum, quem citare solet, esse Heinsium.

Corpore toto polluisse: Immo, *corpore loto*. Fontes et capita aquarum priscis sacra: in iisque natare nefas. Plinius ep. 8, 8. de Clitumno: *Pons terminus sacri profanique: in superiori parte navigare tantum, infra etiam natare concessum.* Immo in quibusdam aquis navigare etiam vetitum. Ib. ep. 20. de lacu Vadimonis: *Nulla in hoc navis* (*sacer enim est*) *sed innatant insulæ*, etc. Seneca epist. 41. de his cæremoniis; *Magnorum fluminum capita veneramur; subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet: coluntur aquarum calentium fontes, et stagna quædam vel opacitas vel immensa altitudo sacravit.* Lips. *Loto* etiam volebat Heins. ep. ad Græv. t. 4. Coll. Burm. p. 424. Valdeque probat Grævius ibid. p. 426. Recte. Sic supra confusa *tecti* et *lecti*. c. 5. Ern. Bud. *toto corpore*. Recepi *loto* cum Bip.

Post deleta Artaxata. V. 13, 41.

Ad occupanda Tigranocerta. Sic MS. (Bud.) Guelf. ed. pr. Rhen. et sequentes omnes. At Puteol. Beroald. Alc. *occupandum*, quod ipsum quoque rectum est, nec inusitatum bonis scriptoribus. Mox *infidam ad occasiones* est, si occasio opportuna deficiendi daretur, defecturam facile. Ern.

In avia digredi. Proprie dicimus *in avia degredi*: sed, quia non omnes easdem partes petiere, sed fuga illa

gredi: ac fuere, qui se speluncis, et carissima secum, abderent. Igitur dux romanus diversis artibus, misericordia adversus supplices, celeritate adversus profugos, immitis iis, qui latebras insederant, ora et exitus specuum, sarmentis virgultisque completos, igni exurit. Atque illum, fines suos prægredientem, incursavere Mardi, latrociniis exerciti, contraque irrumpentem montibus defensi. Quos Corbulo, immissis Hiberis, vastavit, hostilemque audaciam externo sanguine ultus est.

XXIV. Ipse exercitusque, ut nullis ex prœlio damnis, ita per inopiam et labores fatiscebant, carne pecudum propulsare famem adacti. Ad hæc penuria aquæ, fervida æstas, longinqua itinera, sola ducis patientia mitigabantur, eodem plura, quam gregario milite, tolerante. Ventum dehinc in locos cultos, demessæque segetes, et ex duobus castellis, in quæ confugerant Ar-

60. *Atque illum fines suos prætergredientem. In fines suos progredientem* cod. Agr. Puto *fines suos prægredientem.*

etiam dispersi sunt, vulgatum ferendum puto. Ern.

Fines suos prætergredientem. MS. Flor. (et Bud.) *prægredientem.* Ed. pr. *progredientem* vitiose, pro *prægredientem*: quod non spernendum cum J. Gronovio puto. Sic *prævehi* pro *prætervehi* sæpe, etiam apud nostrum, ut suo loco videbimus. Et *prægredi* quoque sic Livio aliisque usurpatum, et adsertum a viris doctis. V. J. F. Gronov. et Drakenb. ad Liv. 29, 32. Similiter hæc verba in libris confunduntur ap. eundem 35, 30. ubi *prægredi* præfertur Recepit et Broterius. MS. Guelf. habet quidem *prætergred.* sed ut literæ *æter* sint in litura. Ern.

Carne pecudum propulsare. Ut Tacitus, sic et Cæsar B. G. 7, 17. *usque eo, ut complures dies milites frumento caruerint, et pecore, e longinquioribus vicis adacto, extremam famem sustentarent.* Nempe carere frumento militi romano extrema fames est. Gron.

Ad hæc. Bud. *Ad hoc.* Mox Agr. *aquarum penuria.*

Eodem plura quam gr. Ed. pr. *eodem plura gregario milite toleranti.* Unde suspicor Tacitum scripsisse *eadem plura gregario milite tolerantis.* Nam, si accurate perpendas, non *eodem*, sed *ipso* latinitas postulat. Tum ablativi prope nimis frequentes, quamquam *tolerante* ad *patientia* referri potest. Ern. Bud. *quam gr. m. toleranti.*

menii, alterum impetu captum; qui primam vim depulerant, obsidione coguntur. Unde in regionem Taurantium transgressus, improvisum periculum vitavit. Nam haud procul tentorio ejus, non ignobilis barbarus cum telo repertus, ordinem insidiarum, seque auctorem et socios per tormenta edidit. Convictique et puniti sunt, qui specie amicitiæ dolum parabant. Nec multo post legati Tigranocerta missi, patere mœnia adferunt, intentos popularis ad jussa. Simul hospitale donum, coronam auream, tradebant. Accepitque cum honore; nec quidquam urbi detractum, quo promptius obsequium integri retinerent.

XXV. At præsidium regium, quod ferox juventus clauserat, non sine certamine expugnatum est. Nam et

61. *Quod ferox juventus clauserat.* Mendosa. Forte, *quo evaserat.* Præsidium pro arce ponit, ut sæpe alias Ann. 3, 21, *præsidium, cui Thala nomen.* Atque ita passim. Cum castellis *præsidia* conjungit 14, 33.

Alterum impetu captum. Vox addita, auctore Vatic. Lips. Nempe *captum*, quod etiam Guelf. ed. pr. exhibent. Ern.

Tauraunitium. Sic cum J. Gron. rescripsimus, qui ita reperit in MS. Flor. Vereor tamen, ne verum sit *Taurannitium*, quod est in ed. pr. consentitque cod. Guelf. Agr. Quod Beroaldum primum exhibuisse dicit idem *Tauruntium*, fallitur: secutus est Puteolanum, qui ita habet. *Taurantium* esse a Lipsio dicit Ryckius: sed ita jam reperio in Gryphiana, operarum, ut opinor, vitio; nam alioqui Rhenanum sequitur, qui dedit *Tauruntium*. Ern. In Rhen. forsan vitium hæret, nam Bud. habet *Taurantium*. Agr. *Tauramnitium*.

Vitavit. Acid. conjicit *vix vitavit.*

Non ignobilis barbarus. Unus Megistanum. estque ille ipse, de quo Frontinus sic narrat 2, 9., *Domitius Corbulo, cum Tigranocertam obsideret.... in quemdam ex Megistanis, quos ceperat, animadvertit, caputque ejus ballista excussum, intra munimenta hostium misit. Id forte decidit in medium concilium, quod tum cum maxime habebant Barbari; ad cujus conspectum velut ostento consternati ad deditionem festinaverunt.* Lips.

At præsidium regium etc. Præsidium accipe de castello, ut supra 3, 21. Id milites impositi, fortitudine freti, clauserant, cum contra Tigranocertis mœnia paterent. Frustra Muretus *quo f. i. clausa erat*, et non animadversa elegantia vulgati. Pro *regium* MSS. Bud. Guelf. et ed. pr.

prœlium pro muris ausi erant, et pulsi intra munimenta aggeris demum, et irrumpentium armis cessere. Quæ facilius proveniebant, quia Parthi Hyrcano bello distinebantur. Miserantque Hyrcani ad principem romanum, societatem oratum, « adtineri a se Vologesen pro pignore amicitiæ, » ostentantes. Eos regredientes Corbulo, ne Euphraten transgressi hostium custodiis circumvenirentur, dato præsidio, ad litora maris Rubri deduxit: unde, vitatis Parthorum finibus, patrias in sedes remeavere.

62. *Et pulsi.* Puto *sed pulsi.* Deinde cod. Med. Agricolæ et Venetus. *demum et irrumpentium.* Scribe, *eo irrumpentium.* 13, 26., *coalitam libertate irreverentiam eo prorupisse. Eo provehi, eo progredi*, et similia passim apud nostrum. — 63. *Pro pignore amicitiæ ostentantes. Ostentant* cod. Agr.

legerat. (Agr. *inerat.*) Forte latet hic nomen istius castelli. Mox MSS. Fl. (Bud. Agr.) Guelf. edd. vett. omnes *et irrumpentium :* quod restituit J. Gron. Recentiores copulam omiserant. Ryckius pro *aggeris* vult *aggeribus* sc. obsidentium. (cf. H. 3, 20.) Non displicet : aggeribus demum muro injunctis, et irrumpentibus hostibus cessere. Ern.

Hyrcano bello distinebantur. Scribendum *detinebantur.* Sic Livius 27, 12., *Hannibalem acerrimo bello detineret.* Apud Cic. Phil. 11, 2. est quidem in recentioribus libris *distineri bello :* sed edd. vett. omnes *detineri.* Ern.

Ad litora maris Rubri deduxit. Valde equidem hic nunc hæreo, olim et in primis editionibus transitum aut neglectum. Ad quod *mare Rubrum* Hyrcanos (de iis sermo) deduxit? Illud Ægyptium, quod vulgo sic appellant? ingens via sit, et nec sic in fines suos, nisi per Parthorum, intrarint. An alterum illud magnum et Indicum? ita solent veteres, fateor : sed nec hic ei locus, aut omnis Chorographia me fallit. Sunt enim Hyrcani ad mare Caspium ipsum siti, procul ab omni Indico : et pone, vel flexu magno isse, tamen Parthorum fines omnia illa maritima fere tangebant. Plinius 6, 26. (29.) *Persæ Rubrum mare semper accoluere*; atque aliæ sub Parthis gentes. Considera, et inspice (oculorum res est) abeunt a patria millibus millium; et in discrimina ipsa veniunt, quæ vitabant. Quod dicam, non habeo, nisi si scripsit Tacitus, *ad litora maris sui.* Nam Tacitum ut imperitiæ accusem, durum improbumque sit : et mea ista lectio haud ab re sit, ex Armenia cum præsidio, brevi flexu, deductos ad mare, juxta quod habitabant. Supra Euphratem igitur iverint, per montana et finitima Iberiæ ad suum mare. Lips. Vide quæ contra pro vulgata disputat Ryckius ad h. l. Ern. Paucis. Duxit per Syriam ad sinum Persicum s. Indicum. Non enim licebat aut itinere terrestri, nisi per vastas regiones, quæ Parthis parebant, aut maritimo, periculosum quippe Caspium mare.

XXVI. Quin et Tiridaten, per Medos extrema Armeniæ intrantem, præmisso cum auxiliis Verulano legato, atque ipse legionibus citis abire procul ac spem belli amittere subegit: quosque nobis, ob regem, aversos animis cognoverat, cædibus et incendiis perpopulatus, possessionem Armeniæ usurpabat: cum advenit Tigranes, a Nerone ad capessendum imperium delectus, Cappadocum ex nobilitate, regis Archelai nepos, sed quod diu obses apud urbem fuerat, usque ad servilem patientiam demissus. Nec consensu acceptus, durante apud quosdam favore Arsacidarum. At plerique, superbiam Parthorum perosi, datum a Romanis regem malebant. Additum et præsidium, mille legionarii, tres sociorum cohortes, duæque equitum alæ, quo facilius novum regnum tueretur. Pars Armeniæ, ut cuique fi-

64. *Aversos animis.* Codex Agr. *alienos animis*, hoc est, animi. De quo ad Nasonem. — 65. *Additum et præsidium.* Lege *additum ei.*

Spem b. amittere. Hic quoque Acidalius tentat *omittere*. Sed supra jam ei satisfactum. *amittere* est omittere, dimittere. Ern. *Omittere* c. Agr. probat Heins.

Quosque nobis etc. Lectio vulgata est a Puteolano. At MS. Flor. et ed. pr. *q. n. ab rege animis cog.* sed syllaba *ge* in Fl. superscripta, ut *ab re* fuisse videatur. Unde J. Gron. conjicit *abhorrere*. MS. Agr. *q. n. alienos a. c.* Guelf. *adversos animis*. De confusione *advers.* et *avers.* infra dicetur. *Animis* pro *animi* recepi. Mox a codd. Oxon. Guelf. et aliis abest *delectus*. Et commode sane abfuerit. Ern.

Usurpabat. Bud. *occupabat* et in marg. *exurpabat*, puto pro *usurpabat*. Vocem *delectus* habet Bud.

Additum et præsidium. Sic Fl. (Bud.) Guelf. et ed. pr. Vulgo, *additum etiam præsidium*, a Puteol. usque ad Pichenam. Post Freinsh. bene, ut opinor, corrigit: *equitum alæ, quo facil. n. r. tueretur. Pars* etc. Sic videbatur etiam Ryckio. At isti violentiæ, ut vocat, valde adversatur J. Gron. Quid ad tuendum regnum prosunt aliorum incrementa? MS. Guelf. *tuerentur*. Ern. Recte Ernesti probat emendationem Freinshemii, quam in textum recipere nullus dubito. In Bud. quoque, etsi conjunctio adsit ante *quo*, nova tamen periodus infit a *Pars*.

Pars Nipolique. Latet in corruptione nomen alicujus regis. Forte *Thrascypolique*. qui dynasta alibi in finitimis Armeniæ locis. Lips. Ego divinabam: *Pars Armeniæ, ut cuique finitima, Pharasmani Polemo-*

nitima, Pharasmani Polemonique et Aristobulo atque Antiocho parere jussæ sunt. Corbulo in Syriam abscessit, morte Ummidii legati vacuam ac sibi permissam.

XXVII. Eodem anno, ex illustribus Asiæ urbibus, Laodicea tremore terræ prolapsa, nullo a nobis remedio, propriis opibus revaluit. At in Italia vetus oppidum, Puteoli, jus coloniæ et cognomentum a Nerone adipiscun-

nique et Aristobulo atque Antiocho parere jussæ sunt. Iberus est Pharasmanes jamdudum per filium Rhadamistum insidiatus fratris Mithridatis regno, Armeniæ: unde cum absterreretur a Romanis, partim ut horum gratiam mereretur, partim proprio metu filium interfecit, et ex eo adversus Tiridatem Corbuloni militavit. Vide nostrum 12, 44. etc. Item 13, 37 ubi et mentio de Antiocho, quemadmodum sæpius alibi. Polemo notissimus rex Ponti, Josepho Κιλικίας Ant. 20, 7. et ap. nostrum H. 3, 47. commemoratur. Aristobulus 13, 7. Josephus 20, 8., Τὴν Μικρᾶς Ἀρμενίας προστασίαν Ἀριστόβουλος, Ἡρῴδου τῆς Χαλκίδος Βασιλίσσης παῖς, ὑπὸ Νέρωνος ἐγχειρίζεται. Gron. Felicem correctionem merito vocat Ryckius, quam et in textum recepit Broterius. MS. Fl. (et Bud.) *Pars Armenia eunt cuique.* ut et ed. pr. MS. Agr. *per Armeniam eunt cuique.* Sequentia ib. sic: *pars manipulique.* ed. pr. *pars impulique.* Vulgata est a Puteolano, quæ tamen et in Guelf. extat, nisi quod mox *visæ* pro *jussæ* habet. Ern. Gronovium sequor cum Bip. Probat et Lall.

In Syriam abscessit. Ita emendavit Lipsius (probante Pichena.) Editi ante omnes *accessit.* Ern. Sic et Bud.

Ummidii. Respice ad 12, 45.

Puteoli jus coloniæ. Puteoli, ais, adipiscuntur jus coloniæ? Ego vero advocationem peto, ut deliberem. Nonne enim jampridem id oppidum eo jure? Liquet ex Livio 34, 44. Velleioque 1, 15. qui coloniam Puteolis deductam volunt a. U. 660. P. Scipione Africano II. Ti. Sempronio coss. Sed et lapides testantur hodie (ap. Grut. p. 110, 7. 115, 9.) AB. COLONIA, DEDVCTA. ANNO. XC. *et* ÆDILIS. COLON. PVTEOLANORVM. *et*, GENIO. COLONIÆ. PVTEOLANORVM. An colonis eorumque posteris intermortuis, colonia esse desiit? an tempore interjecto transiit ad municipale jus? Ciceronis certe ævo municipium fuit, non colonia. Oratione pr. M. Cœlio 2. *Nam, quod est objectum, municipibus adolescentem non esse probatum suis, nemini unquam præsenti Puteolani majorem honorem habuerunt.* etc. Concutit me tamen iterum Frontinus in Catalogo coloniarum, cujus verba e MS. (ap. Gœs. p. 139.) *Puteoli, colonia Augusta. Augustus deduxit. ex uno latere iter populo debetur ped. xxx. Ager ejus in jugeribus veteranis et tribunis legionariis est adsignatus.* Colonia ergo adhuc recenti ævo. Recreat Agellius 16, 13. qui ostendit, sæpe commutari solere colonias in municipia, et contra. Nisi tamen Cornelii verbis ea vis, ut velit universum oppidum incolasque (plures autem inquilini ejus

tur. Veterani Tarentum et Antium adscripti : non tamen infrequentiæ locorum subvenere, dilapsis pluribus in provincias, in quibus stipendia expleverant : neque conjugiis suscipiendis, neque alendis liberis sueti, orbas

loci, ob commercia et mare) præter eos, qui restabant ex colonis Augusteis, colonico jure donatos. Et sane, duplex hoc genus hominum in coloniis fuisse, e Cicerone clarum, pro Sulla 21. ubi dissidia etiam inter Pompeianos (ii erant cives veteres) colonosque recenset. Alterum horum nisi sit, tu videris. mea in his salebris hæret navis. Ern.

Add. Placet eruditissimo nostro Pighio truncum locum esse, ob caussas, quas in commentario dixi. Itaque supplet voce addita, *Puteoli novum jus coloniæ*. (In Herc. Prodic. p. 357.) Ipsum vide. Nam nos sententia nostra non demovemur, quam in extrema nota posuimus, de toto oppido in coloniæ jus nunc translato. Lips. Probat hanc Lipsii sententiam Pagius Crit. ad a. C. 60. adnotans, illo anno decennalia imp. proconsularis a Nerone celebrata : moris autem fuisse, colonias deducere, novas urbes condere, aut veteribus nova nomina dare, per occasionem talium solennium. Ern. Contra Lipsium hic pugnat Cam. Peregrinus in Camp. Fel. diss. 2, 19. ubi per vetus oppidum intelligit eam partem, quæ principio condita fuit in supercilio non admodum spatiosi montis, quæ tum colonia fuerit per aliquam prærogativam denuo impetratam quasi renovata. In notis ad h. l. observatur de cetero, municipii et coloniæ vocabula sæpe promiscue usurpari. Ryck. e Flor. egit *apiscuntur*, ut alibi.

Tarentum et Antium adscripti. Et Antium abest a MS. Bud. Sed edd. omnes habent, unde in aliis MS. reperiri patet : et de colonia Antium missa tradit etiam Suet. 9. Porro, quod in provincias dilapsi sunt, in quibus stipendia explessent, causa fuit, quod ibi multis noti essent, et negotiari et similia facere suevissent. Ern.

Neque conjugiis suscipiendis. Milites itaque olim sine uxore ut apparet. Nec ritu, sed lege id vetitum ait Dio 60, 24., Τοῖς στρατευομένοις ἐπειδὴ γυναῖκας οὐκ ἐδύναντο ἔκ γε τῶν νόμων ἔχειν, τὰ τῶν γεγαμηκότων δικαιώματα ἔδωκε. Resolvisse hoc jus Severus imp. videtur, si recte capio Herodianum 3, 25., Τοῖς στρατιώταις, inquit, πολλὰ συνεχώρησεν, ἃ μὴ πρότερον εἶχον.... Καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς χρήσασθαι ἐπέτρεψε, γυναιξὶ τε συνοικεῖν. Certe enim de conjugio legitimo capiendum videtur, quia contubernii militibus, opinor, semper jus. A Junone arcebant eos, non a Venere romanæ leges. Testis Livius 43, 3. qui quatuor millia hominum a senatu petisse oppidum, ubi habitarent, ait : qui nati in Hispaniis, ex militibus romanis et mulieribus hispanis, cum quibus nullum connubii jus. Immo peregrini milites, id est, non cives, non amicas modo habuisse videntur, sed uxores. Nisi me inducunt frustra tabulæ Vespasiani et Domitiani ævo : quibus insculptum *Civitatem datam militibus e classe Ravennate et cohortis III. Alpinorum itemque connubium cum*

sine posteris domos relinquebant. Non enim, ut olim, universæ legiones deducebantur, cum tribunis et centurionibus et sui cujusque ordinis militibus, ut consensu et caritate remp. efficerent: sed ignoti inter se, diversis manipulis, sine rectore, sine adfectibus mutuis, quasi ex alio genere mortalium repente in unum collecti; numerus magis, quam colonia.

XXVIII. Comitia prætorum, arbitrio senatus haberi solita, quod acriore ambitu exarserant, princeps com-

uxoribus, *quas tunc habuissent*, *cum est civitas eis data*, *aut quas postea duxissent*. Tamen pugnat in eam sententiam Tertullianus, qui suo etiam ævo cælibes fuisse milites ostendit. Ævum autem ejus sub Severi. ait in Exhort. ad Castit. 12. *Scilicet solis maritorum domibus bene est? Perierunt cælibum familiæ*, *spadonum*, *militum*, *aut peregrinantium sine uxoribus? Non enim et nos milites sumus?* Severi ergo permissus aut ad prætorianos tantum pertinuit: aut verba arte capienda, ut tantum permiserit συνοικεῖν γυναιξὶ, cohabitare feminis, sub eodem tecto agere et contubernales habere, non legitimas uxores. Sed non repugnat, inquies, toti huic sententiæ Livius, qui diserte uxores militibus attribuit? Ut ecce 21, 41. in Scipionis exhortatione ad milites: *Unusquisque se non corpus suum*, *sed conjugem ac liberos armis protegere putet*. Et alibi. Respondeo. Temporaneam tunc (bello punico secundo) militiam fuisse, nec legibus suis, ut postea, devinctam. Capiebantur, mittebanturque milites, non pro stipendiorum tempore, sed bellorum. At, perpetua et firma XXV. annorum militia instituta, hoc quoque inductum de cælibatu. Sane etiam jurisconsulti hac caussa, caussam solvendi matrimonii militiam numerant. L. 60. *Bona gratia dissolvi matrimonium illud dicitur*, *quod propter sacerdotium*, *sterilitatem*, *valetudinem*, *militiam*, *retineri non potest*. Lips. Ceterum vinculum orationis ante *neque* desideratur: refertur enim ad *veterani*, ut præcedens *non subvenere*. Ern.

Non enim, *ut olim*, *universæ legiones*. Exprimit deductionem veterem Hyginus (ap. Gœs. p. 160.) *Multis legionibus contigit bellum feliciter transigere*, *et ad laboriosam agriculturæ requiem primo tirocinii gradu pervenire*. *Nam cum signis et aquila et primis ordinibus ac tribunis deducebantur*. Lips. Mox *sui cujusque ordinis* corrigebat Groslotius. Plane sic MS. (Bud.) Guelf. ed. pr. veteresque omnes: ut *suis*, quod hodie in edd. est, ab errore operarum natum putem. Illud restitui, quod elegantior latinitas postulat. Ern.

Remp. efficerent. Idem est, quod Livius dicit 1, 8. *coalescere in populi unius corpus*. Ern. In cod. Bud. a 2. m. adjectum *repente*. 1. m. etiam dederat *quo acriore*, et *jussitque* loco *auxitque*.

posuit, tris, qui supra numerum petebant, legioni præficiendo. Auxitque patrum honorem, statuendo, « ut, qui a privatis judicibus ad senatum provocavissent, ejusdem pecuniæ periculum facerent cum iis, qui imperatorem adpellavere. » Nam antea vacuum id solutumque pœna fuerat. Fine anni Vibius Secundus, eques romanus, accusantibus Mauris, repetundarum damnatur, atque Italia exigitur, ne graviore pœna adficeretur, Vibii Crispi, fratris, opibus enisus.

A privatis judicibus ad senatum. Lucis caussa, rem appellationum a capite deduxi ad hoc Neronis ævum, in Excurs. C. atque illinc lucem istis pete. Lips.

Cujus ii. Bud. egregie *cum iis.* quod recepi.

Vibius Secundus. Ed. pr. habet *Julius*, ut et H. 4, 43. Sed H. 2, 10. et 4, 41 *Jubius*, quod est, inversa prima syllaba *Vibius*. V. ad 12, 16. extr. Ern. Bud. pessime *nivius*. Sed mox recte *Vibii Crispi*. De hoc v. de Orat. 8. At Agr. *Julii Crispi*. * Quod probat Heins.

Ne graviore pœna afficeretur. An ergo in crimine repetundarum pœna gravior, quam relegatio? Attente legas, quia nec relegatio quidem. Olim sane exsilium fuit, et æstimatio, uti Asconius notat in Verrem Act. 1, 13. et Cicero subindicat non semel: sed secuta lex Julia immutavit. Ex ea pœnam fuisse, adfirmo amissionem ordinis, et æstimationem: nihil ultra. id est, qui damnatus eo crimine esset, senatu moveretur, et judices acciperet ad æstimandam litem. Docet Suetonius in Julio 43. *Repetundarum convictos, etiam ordine senatorio movit.* Sed et hauries ex Tacito infra 48. *Exin a Cossutiano Capitone, qui nuper senatorium ordinem precibus Tigellini soceri sui reciperaverat.* Is autem repetundarum lege damnatus 13, 33. Et H. 1, 77., *Redditus Cadio Rufo, Pedio Blæso senatorius locus, qui repetundarum criminibus sub Claudio aut Nerone ceciderant.* Apertius ex Plinio ep. 2, 11. ubi *Marius Priscus, accusantibus Afris, sponte senatu abiit, et judices petiit, omissa defensione:* scilicet, quasi ea ratione satisfactum legi; et 4. 9. cum *Bassum Bæbius Macer lege repetundarum teneri censuisset;* mitigans *Cæpio, salva dignitate judices dandos* pronuntiavit. Id est; uti in senatu remaneret, facta saltem æstimatione Vide Epistolas ipsas, et volens favebis sententiæ huic. Ab hac re Suetonianis verbis lumen. Oth. 2. *Tantum potentia*, inquit, *valuit, ut damnatum repetundis consularem virum, priusquam plane restitutionem ei impetrasset, non dubitaret in senatum ad agendas gratias introducere.* Motus enim ille quicumque senatu erat: sed Otho quasi plane restitutum in senatum introduxit. Hæc ergo ordinaria pœna: sed gravius et plerumque extra ordinem in id crimen animadversum, pro delicti modo. At-

XXIX. Cæsonio Pæto, Petronio Turpiliano coss. gravis clades in Britannia accepta. In qua neque A. Didius legatus, ut memoravi, nisi parta retinuerat, et successor Veranius, modicis excursibus Siluras populatus, quin ultra bellum proferret, morte prohibitus est :

que ea Macri mens leg. 7. ad leg. Jul. repet. *Hodie ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur; et plerumque vel exsilio, vel etiam durius, prout admiserint. Quid enim, si ob hominem necandum pecuniam acceperint? vel. . . . interfecerint innocentem?* Eademque ratione Plinius scripsit Ep. 2, 11., *Excessisse Priscum immanitate et sævitia crimina, quibus dari judices possent, cum ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam, pecunias accepisset.* Nec aliter capies, quod hic Vibius relegatus est : exsilii etiam pœnam meritus, nisi frater intercessisset. Sicut et 3, 68. C. Silano proconsuli Asiæ repetundarum damnato, aqua atque igni interdictum, ob insignem scilicet sævitiam. Lips.

Favore enixus. Quidam libri *opibus enixus.* Lips. Primus Pichena edidit *fratris opibus enisus* e vestigiis c. Flor. *frisoribus.* Concinit Bud. Guelf. *fratri sororibus.* MS. Corb. laudat Broterius. In ed. pr. est *fratri enisus*, sed vacuo spatio interjecto, ut aut lacuna in MS. fuerit, aut extricare descriptor nil potuerit. In ceteris edd. ante Pichenam est *fratris favore :* eodem sensu, sed haud dubie e conjectura Puteolani. Ern.

Cæsonio Pæto. Freinsh. et Lipsius putant *Cæsonium Pætum* esse eundem, qui 15, 6., *Cæsennius Pætus* dicitur. Sed bene Ryckius ostendit diversos, ex inscriptionibus duabus ap. Gruterum : quarum altera huno *Cæsonium* consulem exhibet, cum *Petronio*, altera *L. Cæsennium Pætum* cum *P. Calvisio Rusone.* Ern.

Petr. Turpil. Filio ejus, qui sub Aug. IIIvir, et cujus numi extant.

Avitus legatus, ut memoravi. Atqui A. Didium eum vocavit 12, 40. et Didium Gallum in Agricolæ vita 14. Ut ambigere possis, num rescribend. A. *Didius.* Plura tamen cognomina habere potuit, more sui sæcli. Lips. Ego vero non dubitavi rescribere *A. Didius*, ut volebat vir doctus in marg. Gryph. inductus primum ed. pr. in qua (ut in Bud.) est *Adjutus*, in quo satis perspicua vestigia veræ lectionis : deinde ratione, quod, si vel maxime duo cognomina Didio fuere, non credibile videtur, Tacitum eundem hominem alio nunc, quam supra, nomine appellaturum fuisse, veluti de alio homine loqueretur. MS. Guelf. *Alutus.* Recepit et Broterius, qui laudat *Bimardi* Diss. de vita, rebus gestis et numis T. Didii cos. et gente Didia p. 19. Mox *Veranius* MSS. Fl. (Bud.) Guelf. ed. pr. Ceteras ante Pichenam *Verannius.* Ern. Cf. Vit. Agr. 14.

Nisi parta. Bud. *nisi ut parta.*

Silvas populatus. Emendo, *Siluras populatus.* Cum ea enim Britanniæ gente tunc maxime bellum. Consule Tacitum 12, 32. Lips. Recepit Pichena. Ante edd. omnes *silvas.* Ern. Bud. *silvas.*

magna, dum vixit, severitatis fama, supremis testamenti verbis ambitionis manifestus. Quippe multa in Neronem adulatione addidit, « subjecturum ei provinciam fuisse, si biennio proximo vixisset. » Sed tum Paullinus Suetonius obtinebat Britannos, scientia militiæ et rumore populi, qui neminem sine æmulo sinit, Corbulonis concertator: receptæque Armeniæ decus æquare, domitis perduellibus, cupiens. Igitur Monam insulam, incolis validam et receptaculum perfugarum, adgredi parat, navesque fabricatur plano alveo, adversus breve litus et incertum. Sic pedes. Equites vado secuti, aut altiores inter undas, adnantes equis, transmisere.

66. *Adversus breve litus et incertum. Litus* abest ab Agric. cod. Forte *brevia et incerta.*

Supremis testamenti verbis. Glossematium est τὸ *verbis*; et statim, *subjecturum ei provinciam fuisse*, lego. capioque Britanniam ipsam, quæ nondum perdomita. Lips. Acidalius etiam *testamenti* delet. Hoc vero est vim facere. *Suprema* de morte dici scio, non de testamento. Ego vulgatum sanum puto. In ultima testamenti parte ambitionem prodidit, ut innuit verbum *addidit*. Sic ap. Cic. Ep. 2, 13. *extrema pagella me pupugit chirographo tuo.* Ed. pr. *supremi test. verbis*, quod eodem redit, sed exquisitius est, pro *verbis in extremo testamento scriptis.* Sed mox *provinciam* MS. Flor. non *provincias.* Ern. Bud. *supremis t. v.... provincias.* Et mox *timore populi.*

Igitur Monam insulam. Credo, hunc locum esse, quem aspexit Jornandes in Goth. 2. *In extrema Britanniæ parte Memma, quam Cornelius Annalium scriptor narrat.* Corrigo enim, *Mona.* Lips. Intelligenda *Mona* ea, quæ magis versus austrum sita, hodie *Anglesey* dicitur, diversa a Mona Cæsaris B. G. 5, 13. Mox *litus* abest ab ed. pr. et a suis libris afuisse dicit Lipsius in editione prima. Etiam Broterius in quibusdam MSS. non reperit delevitque. Volebantque deleri Muretus et Acidalius. Frustra. *Brevia et incerta maris* scio; similiter dici *breve et incertum*, nec scio, nec credo. In omnibus MSS. Taciti non raro verba integra omissa. Ern. *Litus* etiam in Bud. a 2. m. adjectum.

Sic pedites. Equites vado secuti. Videtur Tacitus scripsisse *vada.* Pergentes qua vada ducebant. Gron. Ryckius defendit vulgatum ex eo, quod Cæs. B. G. 1, 6. *vado transire* dixit. At non quæritur, an latinum sit, *vado sequi*, sed an hic locum habeat: quod non puto. Deberet enim sequi *aut adnando equis.* At nunc dicit equites transisse, partim quærendis vadis, partim dum adna-

XXX. Stabat pro litore diversa acies, densa armis virisque, intercursantibus feminis, in modum furiarum, quæ veste ferali, crinibus dejectis, faces præferebant. Druidæque circum, preces diras, sublatis ad cælum manibus, fundentes, novitate adspectus perculere milites, ut, quasi hærentibus membris, immobile corpus vulneribus præberent. Dein, cohortationibus ducis, et se ipsi stimulantes, ne muliebre et fanaticum agmen pavesce-

67. *Dejectis horrorem facies.* Sic cod. Agr. an *dejectis in ora.* Deinde idem codex *Druidæque circum frementes preces*, et *perculere militem.* Male mutavit Pichena ex MS. — 68. *Hærentibus membris.* An *rigentibus* vel *torpentibus?* — 69. *Et se ipsi. Et sese ipsi* cod. Agr.

tant equis. Sed MS. Fl. (Bud.) ed. pr. habet *pedes*: quod cum J. Gron. restituimus. Idem codex *tramisere*, ut alibi. Ern. (Bud. *vados*. Duplicato *s* seq. vocis.)

In modum furiarum, *quæ*. Semper credidi, hic excidisse pronomen *quæ*. Id repertum jam in ed. pr. restituimus. Recepit pariter Broterius, repertum et in MSS. Reg. Corb. Sed videatur esse alieno loco, ponendumque ante *in modum furiarum*: quod hoc maxime furiis similes erant, quod faces gestabant. Sed potest prius illud *in modum fur.* referri ad cursum. Nam et Liv. 4, 33. *fanaticum cursum* habet. Qui vulgatum mavult, punctum faciet post *feminis*. *Feralis vestis* eadem est, quæ furialis, in morem furiarum facta: similique sensu *feralem habitum* dixit Florus 1, 12, 7. quamquam ibi de toto apparatu dixit. Ceterum *feralem vestem* aut de *vittis* capiam, quas in habitu furiali memorat Florus: non enim credibile, feminas illas, præsertim barbaras, sibi vestes fecisse, quales a poetis tribuuntur furiis: aut legam *vitta* e Floro l. c. ubi in furiali habitu vittæ ponuntur. *Crines dejecti* sunt fluentes, non collecti in nodum: neque ullo modo opus cum Acidalio corrigere *disjectis* vel *rejectis*. Ceterum præ oculis habuisse Tacitus videtur locum Livii 4, 33. adde 7, 17. Ern. Bud. non habet pronomen *quæ*: *Feralis vestis* forsan nigra. Vid. Germ. 43. Cf. Hiller. Rac. 17.

* *Druidæque circum*. Cod. Agr. addit *frementes*. Glossema ductum e Virg. Æn. 1, 60.

Diras. Hor. Sat. 2, 6, 30. *iratas* dicit. de iis int. Cæs. B. G. 6, 31. ubi Gr. int. Κατάραις.

Perculere milites. Frustra vir doctus in ed. Gryph. corrigit *perpulere*. Terror hic est, qui percellit, stupefacit, non perpellit. Et Livius l. c. in re simili *Romanos exterruit*. *Milites* e Flor. edidit Pichena, quod secuti Gronovii: Ryckius *militem* servavit. Ut hic porro *fanaticum agmen*, sic ab simili re Livius l. c. *fanaticum cursum* dixit. Denique *involvere flammis* etiam dixit Virgil. Georg. 2, 308. Ern. Bud. *militem*. Sic et Agr.

rent, inferunt signa, sternuntque obvios, et igni suo involvunt. Præsidium posthac impositum victis, excisique luci, sævis superstitionibus sacri. Nam cruore captivo adolere aras et hominum fibris consulere deos, fas habebant. Hæc agenti Suetonio, « repentina defectio provinciæ » nuntiatur.

XXXI. Rex Icenorum Prasutagus, longa opulentia clarus, Cæsarem hæredem duasque filias scripserat, tali obsequio, ratus, regnumque et domum suam procul injuria fore : quod contra vertit : adeo, ut regnum per centuriones, domus per servos, velut capta vastarentur. Jam primum uxor ejus, Boadicea, verberibus adfecta,

Præsidium posthac impositum victis. Rectius *vicis*. Sic appellat, quæ habebant pro captu gentis oppida. *Vici* Marsorum 1, 50. Adde quæ scripsimus Observ. 1, 20. Gron. *Vicis* edidit Rhen. (e Bud.) quod omnes imitati sunt usque ad Pichenam, qui e MS. Fl. (et Ven.) ed. Puteol. dedit *victis*, quod etiam MS. Guelf. edd. pr. Beroaldi, Alc. habent, Gronovius pater *vicis* ediderat : filius et Ryckius *victis* : quo l et nos servavimus propter auctoritatem librorum, quibus quatuor alii ap. Broterium accedunt. Ceterum fere locis imposita præsidia reperies. Ern. Non spernendum *vicis* judicat Ryckius, si alicujus scripti auctoritate nitatur. Habet autem Bud. Parum interest.

Cruore captivo adolere aras. De hac Britannis, Gallis, Germanis, communi immanitate, dicam ad libellum de moribus Germaniæ. Lips.

Longa opulentia clarus. Scribo, *longe*, ut sit, longe notum clarumque fuisse, propter opes. Iceni autem in libris scriptis, *Tigeni* sunt. Lips. Etiam in ed. pr. At ceteræ usque ad Rhen. et MS. (Bud.) Guelf. *Igeni*. Porro ed. pr. *Phrusurugus*. *Longa* bene defendunt Gruterus et Pichena, pro *diuturna*, antiqua. Sic 1, 8. Augusto *longa potentia* tribuitur. *Longa decora* infra c. 53. Mox *regnumque et domum* e MS. Fl. (Bud.) Guelf. (Agr.) et ed. pr. Ern. Bud. *Prasutagus*.

Boodicia. Dioni Βουδουϊκα est : Tacito infra c. 37. *Boadicea* : in vita Agricolæ 16. *Voadica*, scriptum. Est illa, quam perplexe Gildas *Lœnam dolosam* appellat, *quæ rectores sibi relictos trucidavit*. Lips. *Ejus* e MS. Flor. addidit Pichena. Sic et ed. pr. MS. Guelf. et al. In iisdem libris est post *rebellationem* : quod restituit Pichena. *Rebellionem* est in duobus MSS. ap. Brot. Habetur etiam in quibusdam MSS. ap. Liv. 8, 14. Sed Livii ætate vox ea non usitata fuit, recteque repudiata est a Drakenb. Bis eo verbo usus est Valerius M. 7, 3, 9. ext. Ern. In Bud. *Boodicia..... rebellationem*. Idem post *uxor* non habet *ejus*. Scribo

et filiæ stupro violatæ sunt. Præcipui quique Icenorum, quasi cunctam regionem muneri accepissent, avitis bonis exuuntur, et propinqui regis inter mancipia habebantur. Qua contumelia, et metu graviorum (quando in formam provinciæ cesserant) rapiunt arma, commotis ad rebellationem Trinobantibus, et, qui alii nondum servitio fracti, resumere libertatem occultis conjurationibus pepigerant; acerrimo in veteranos odio. Quippe in coloniam Camulodunum recens deducti, pellebant domibus, exturbabant agris, « captivos, servos » adpellando: foventibus impotentiam veteranorum militibus, similitudine vitæ, et spe ejusdem licentiæ. Ad hæc templum, D. Claudio constitutum, quasi arx æternæ domi-

cum Rapino in Hist. Angl. et Bip. *Boadicea.*

Servitio assuefacti. Scripta veraque lectio, *servitio facti.* Lips. Sic MSS. Flor. Reg. ed. pr. Cicero dicit *factus ad aliquid.* MS. Agr. *fracti,* Puteolanus dedit *assuefacti,* quod est et in (Bud.) Guelf. et aliis tribus ap. Brot. et omnes secuti sunt usque ad Pichenam. Sane *factum ad aliquid esse* refertur potius ad naturam et ingenium, quam ad consuetudinem, ad quam hic referri, indicat τὸ *nondum*: nec posterioris generis exemplum memini me reperire. Ipse Tacitus distinguit mox c. 56. *factus natura, et consuetudine exercitus.* Igitur vereor, ne verum sit *sueti,* quo sæpe noster utitur, ut supra c. 27. vel *fracti.* Ern. Hoc Heins. et Bip. probant, quumque firmetur cod. Agr. accepi sine hæsitatione.

Templum D. Claudio. De eo Seneca in Menippæa: *Parum est, quod templum in Britannia habet, quod nunc* (lego *hunc*) *barbari colunt et ut deum orant.* Quod in Tacito est, *ara dominationis,* libenter scripserim *arra.* Quasi id templum pignus et arrabo æternæ servitutis. Quamquam et aras sane habuisse Claudium in Britannia fateor: poeta ejus ævi ad ij sum: *Oceanusque tuas ultra se respicit aras. Qui finis mundo est, non erit imperio.* Nec tamen hic in Tacito templum ideo dixeris aram. Lips. Immo *arx,* ut vult Freinshemius, quod merito receptum inde a Berneggero. V. Freinsh. ad h. l. qui e Tacito satis illustrat. *Ara* est perfugium, ut *ara sociorum* ap. Cicer. Verr. 5, 48. lex de repetundis: quod alienum. *Arx* est munimentum, firmamentum, sedes, ἐπιτείχισμα, unde fit impetus dominantium. Et forte respexit Tacitus ad locum Cic. in Pison. 5. *templum illud fuit arx civium perditorum, ... castellum forensis latrocinii.* Similiter dixit idem aliquo loco in Verrinis. pro Ligar. 7. simili sensu Africa dicitur

nationis adspiciebatur; delectique sacerdotes, specie religionis, omnes fortunas effundebant. Nec arduum videbatur, exscindere coloniam, nullis munimentis septam: quod ducibus nostris parum provisum erat, dum amœnitati prius, quam usui consulitur.

XXXII. Inter quæ, nulla palam caussa, delapsum Camuloduni simulacrum Victoriæ, ac retro conversum, quasi cederet hostibus. Et feminæ in furorem turbatæ, « adesse exitium, » canebant. Externosque fremitus in curia eorum auditos; consonuisse ululatibus theatrum, visamque speciem in æstuario Tamesæ subversæ colo-

70. *Feminæ in furore turbatæ.* Forte *feminæ repentino furore turbatæ.* Τὸ *in* abest a libro Agric. — 71. *Incuria eorum.* Vellem *equorum.* Sed Dio videtur obstare. An *coram auditos?* Cic. Acad. 1, 4., *Coram etiam ex ipso audiebamus. coram cernere* Virgil. 2, 538.

arx provinciarum omnium. Ern. In Bud. *ara.*

Dilectique sacerdotes. Legebantur enim pontifices flaminesque Claudio ex provincialibus ipsis: quibus in sacra victimasque ejus divi multi faciendi sumptus. Vide Arriani verba, quæ adduxi 1, 10. Lips.

Omnes fortunas. Bud. *omnis f.* ut sæpe apud eundem.

Cederet. Cod. Agr. *cedens.*

Feminæ in furore turbatæ. J. Gron. *feminas in furore* capit ita dictum, ut *miles in hasta*, et *turbatæ*, ut *turbata mente*, 4, 22. repudiatque Faerni correctionem *in furorem*, et cod. Agr. lectionem *furore.* Sufficiebat sane *in furore*, i. e. per furorem, dnm vaticino furore correptæ sunt. Nam *feminæ turbatæ*, cum de vatibus sermo est, sunt profecto furentes, alienatæ animis. Sic *turbidus Orestes* ap. Val. Fl. 7, 147. Pythiaque *turbata* non uno loco. Ab ejus rei intellectu, Faerni non inelegans conjectura videbitur. Ern. Bud. *in furore turbatæ.* Bip. recepere *in furorem.* Puto, recte, sequor.

Externosque fremitus in curia eorum auditos, consonuisse ululatibus theatrum. Prodigia eadem recenset Dio 62, 1., Ἔκ τε τοῦ βουλευτηρίου θροῦς νυκτὸς βαρβαρικὸς μετὰ γέλωτος, καὶ ἐκ τοῦ θεάτρου θόρυβος μετ' οἰμωγῆς, ἐξηκούετο. Lips.

Visamque speciem in æstuario. Quam speciem? aliquid deest, aut latet. In Dione hoc editur, statim post illa dicta: Οἰκίαι τέ τινες ἐν τῷ Ταμέσᾳ ποταμῷ ἔφυδροι ἐκρῶντο. Ergo legebam: *visamque ædium speciem.* Sed enimvero Pichena in Flor. esse asserit: *in æstuario tam esæ subversæ coloniæ.* Itaque nihil verius, quam quod sentit, *Tamesæ* scribendum. Nimirum species subversæ coloniæ, quæ apparuerat, signum erat evertendæ: et hæ sunt istæ Dionis ædes, sed subversæ, dirutæ, incensæ. Lips. Cum MS. Fl. con-

niæ; jam Oceanum cruento adspectu; dilabente æstu, humanorum corporum effigies relictas, ut Britanni ad spem, ita veterani ad metum trahebant. Sed, quia procul Suetonius aberat, petivere a Cato Deciano, procuratore, auxilium. Ille haud amplius, quam ducentos, sine justis armis misit: et inerat modica militum manus. Tutela templi freti, et impedientibus, qui occulte rebellionis conscii, consilia turbabant, neque fossam aut val-

sentit plane ed. pr. sed in ceteris paullo corruptius *in æstuamootam ese*. Sed hinc apparet, unde Puteolani lectio efficta, *notam esse subversæ coloniæ*, quod omnes deinde usque ad Pichenam secuti sunt: estque sic in MS. Guelf. Ern. Et Bud. In loco Dionis Reimarus legit ὕφυδροι. Mox Bud. *trahebantur*; dein *imperatore* male pro *procuratore*.

Manus, tutela templi freti. Et impedientibus. Tutela (video enim non omnes capere, ut oportebat) hic septum est et aliqua non magni operis munitio. Sic Varro R. R. 1, 14., *Nunc de septis, quæ tutandi caussa fundi aut partis fiant, dicam. Earum tutelarum genera quatuor.* Gron. *Freti* refertur ad *militum manus*: et latine sic dici potest: etsi nobis tum propter vicinum *templi* non satis placet, tum propter sensum non commodum. Nam, quorsum hoc memoratur? De ordinario præsidio dicitur, non de novo, quod sine justis armis venerat. Et non dixisset opinor *tutela*: nam nemo sic: sed aliter etc. *Tutelam templi* intelligo præsidium templi, quale fuit in Hierosolymitano et aliis: in *freti* forte aliquid latet, quod nondum assequor. Conjiciebam *spreti* scilicet Britannis; sed non satisfacit. Forte spurium est verbum: nam commode absit. Ern.

Et impedientibus etc. Ter initium fieri ad *et* sane non admodum elegans: sed negligam tamen. Verum primum *et* mihi suspectum est: et diligentius contextum inspicienti spero appariturum, *at* vel *sed* desiderari. Sed ne sic quidem satis apte cohærens reliqua oratio. Itaque Acidalius ante *quasi* inserebat *ita*. Ryckius, auctore Freinshemio, sic interpunxit: *m. m. manus: Tutela t. f. et imped.* Non repugnem. Sed tamen facile intelligitur, deesse *sed*, aut aliud verbum, quod cum superioribus aliquo modo conjungat. Ed. pr. pro *imped.* habet *inobedientibus*, it. MSS. Reg. Corb. Ern. Freinsh. sequor cum Brot. Lall. Bip. Dein Bud. *impedientibus qui occulte*. Bene. Idem *preduxerunt*, quod recte Rhen. recepit. Prius legebatur *produxerunt*. Dein. Bud. *senibus aut feminis*.

Qui occulti rebellionis conscii consilia turbabant. Sic e Flor. cui Guelf. consentit, pro vulgato, *occultæ rebellionis*, edidit Pichena. Sane rebellio non occulta erat, sed conscii. Idem est in ed. pr. Sed, quia meis auribus durum est *qui occulti conscii* (nec Tacitum sic scripsisse credo) corrigas non male *occulte*. Atque ita fuisse videtur in libris, e quibus oc-

lum præduxerunt, neque, motis senibus et feminis, juventus sola restitit: quasi media pace incauti, multitudine barbarorum circumveniuntur. Et cetera quidem impetu direpta, aut incensa sunt: templum, in quo se miles conglobaverat, biduo obsessum expugnatumque. Et victor Britannus Petilio Ceriali, legato legionis nonæ, in subsidium adventanti obvius, fudit legionem, et, quod peditum, interfecit. Cerialis cum equitibus evasit in castra et munimentis defensus est. Qua clade et odiis provinciæ, quam avaritia in bellum egerat, trepidus procurator Catus in Galliam transiit.

XXXIII. At Suetonius mira constantia medios inter hostes Londinium perrexit, cognomento quidem coloniæ non insigne, sed copia negotiatorum et commeatuum maxime celebre. Ibi ambiguus, an illam sedem bello deligeret, circumspecta infrequentia militis, satisque magnis documentis temeritatem Petilii coercitam, unius oppidi

cultæ editum est, cum editor *e* pro *æ* scriptum putaret, ut sæpe est in scriptis et olim editis. Multo tamen melius putem, et Tacito dignius *occulti rebellionis*, deleto *conscii*, quod e verbi sequentis initio glossave nasci potuit. Sic 6, 36. *occultos consilii*. Post *neque motis* etc. intellige, *et non motis*. Faernus corrigebat *amotis*, quod est verbum proprium in hac re: Heinsius *submotis*, *remotis*. Sed etiam infra *movetur* pro amovetur c. 60. Ern.

Pæto Ceriali. Scribe, *Petilio*. Ita enim statim dicitur: estque ille, qui bellum Germanicum sub Vespasiano administravit. Lips. Recepit recte Pichena. Ed. pr. (et Bud.) habet *Petio*. Post *medios*, quod Rhen. dedit (e Bud.) etiam ed. pr. At Puteol. Ber. Alc. *medius*: hoc quoque rectum: id habet Guelf. Ern.

Transiit. Sic recte Rhen. e Bud. prius *transit*.

Londinium copia negotiatorum. Etiam hodie. Eoque nomine princeps Britanniæ urbs. Commeatum proprie accipit, uti Suetonius, Ner. 20. *Alexandrini, qui de novo commeatu Neapolim confluxerunt*: Græcis κατέπλευσαν. Ammianus 27, 8. de hac urbe: *Londinium vetus oppidum, quod Augustam posteritas appellavit*. Lips. *Commeatuum* est e Flor. sic et ed. pr. Variandæ orationis caussa, aut, ut simile esset præcedenti, dixit pro *commeantium*. Ceteræ usque ad Pich. *commeatu*. Consentiunt MSS. (Bud.) Reg. Corb. Ern.

damno servare universa statuit. Neque fletu et lacrimis auxilium ejus orantium flexus est, quin daret profectionis signum: et comitantes in partem agminis acceperat. Si quos imbellis sexus, aut fessa ætas, vel loci dulcedo adtinuerat, ab hoste oppressi sunt. Eadem clades municipio Verulamio fuit; quia barbari, omissis castellis præsidiisque militarium, quod uberrimum spolianti et defendentibus intutum, læti præda et aliorum segnes, petebant. Ad septuaginta millia civium et sociorum, iis quæ memoravi locis, cecidisse constitit. Neque enim capere, aut venundare, aliudve quod belli commercium, sed cædes, patibula, ignes, cruces, tanquam reddituri

72. *Læti præda et aliorum segnes. Quod uberrimum et defendentibus in tutum spoliant læti et gloria insignes petebant* cod. Agr. Et sic fere Florent. Scribe, *læti prædæ, laborum segnes.* — 73. *Reddituri supplicium.* Subituri supplicium, quo nunc alios afficiunt. Sic *reddere odium* 16, 5. *id pœnæ redditurum* Livius 7, 19. male tentarunt alii *reddituris.*

Et comitantes. Acidalius vult interpungi post *signum*, et legi *acceperat.* De interpunctione consentit ed. pr. alterum series orationis et sensus desiderat. Ern. Bene.

Præsidiisque militarium. Bene Pichena *militaribus*, ut est inf. c. 45. Ern. Muretus volebat *militum.*

Et deferentes in tutum. Repone lectionem scriptam *et defendentibus in tutum*, quæ in prima recensione, mea culpa me fugit. Cetera etiam Mercerus ingeniose sic concinnat: *quod uberrimum spolianti, et defendentibus intutum, læti præda et aliorum segnes, petebant.* Alacres ad prædam, segnes ad cetera. Mihi tamen probaretur, *et laborum segnes.* Lips. *Spoliant* MSS. omnes et edd. vett. *spolianti* est e verissima correctione Merceri. J. Gronovius tamen malebat *spoliatu. Defendentibus intutum* etiam MSS. Fl. (Bud. a 1. m.) Corb. et ed. pr. Ceteræ ante Lips. omnes *deferentes intutum.* Hæc verba confundi in libris etiam supra 13, 56. vidimus. Denique *segnes* est a Mercero. MSS. (in his Bud.) et edd. olim *insignes. In* natum est e finali præcedentis. *Occasionum segnis* est 16, 14. Ern.

Septuaginta millia civium. At Dio, in pleraque hac historia Taciti velut interpres, periisse ait 62, 1. μυριάδας ἐκτὸ τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν. Ut hic LXXX. fortasse verior scriptura sit. Lips. *Cecidisse* MSS. Fl. Guelf. et alii. ed. pr. Ceteri libri *occid.* Ern.

Patibula, ignes, cruces. Diversa hæc igitur, patibula et cruces? quodam sensu. Patibulum enim proprie, in quo suffixus homo expanditur, transverso tamen ligno. Crux vero

supplicium, ac prærepta interim ultione, festinabant.

XXXIV. Jam Suetonio quartadecima legio cum vexillariis vicesimanis, et e proximis auxiliares, decem ferme millia armatorum erant: cum omittere cunctationem et congredi acie parat. Deligitque locum artis faucibus et a tergo silva clausum; satis cognito, nihil hostium, nisi in fronte, et apertam planitiem esse, sine metu insidiarum. Igitur legionarius frequens ordinibus, levis circum armatura, conglobatus pro cornibus eques adstitit. At Britannorum copiæ passim per catervas et turmas exsultabant, quanta non alias multitudo et animo adeo fero, ut conjuges quoque testes victoriæ secum traherent,

74. *Ac prærepta interim ultione.* Scribe *præcepta.* Ann. 1, 55., *Germanicus bellum, quod in æstatem summa ope parabat, initio veris præcepit.* 2, 35., *quia speciem libertatis Piso præceperat.* 3, 57., *præceperant animis orationem patres.* Hist. 3, 1., *Ni Antonius, id ipsum metuens, festinato prælio victoriam præcepisset.* V. Gronov. ad Liv. 22, 41. *Prærepta ultionem tamen* habes H. 1, 34. — 75. *Animo adeo fero.* Forte *adeo obfirmato* vel *firmo.*

etiam, cum is erecto simplicique stipiti adfigitur, sive infigitur: diximus abunde in libellis *De Cruce.* Lips.

Tanquam reddituri supplicium. Potius, *reddituris.* Lips. Non assecuti sunt viri docti, qui de hoc loco egere, elegantiam. *Reddituri supplicium* verum est. Imitatus est Livium, qui simili ratione dixit *reddere cladem* 24, 17. *quo minus decepta ad Cannas redderetur hosti clades.* ibid. 20. Heins. ad Vellei. 2, 35. legi vult *redditum supplicium*: non male, sed tamen sine necessitate: ceterum vim verborum bene assecutus: laudans e Seneca de Ira 2, 32. *dulce est dolorem reddere.* Mox idem vult *præcepta*, quod et in MS. uno reperit Broterius. Vulgatum verbo *festinabant* aptius videtur. Ern. Bud. *prær. int. ult.* absque præmisso *ac.* Bip. conjiciunt leg. *prompti interim ultioni.* ut 11, 32.

Vexillariis vicesimariis. Vere arbitror Acidalium correxisse *vicesimanis*, ut est c. 37 et alibi. Si vel maxime forma verbi, hoc quidem sensu, nihil vitii haberet: tamen non credibile est, Tacitum istis homœoteleutis usurum fuisse. Librarius temere terminationem præcedentis verbi repetiit, ut alibi. V. ad 11, 6. Itaque non dubitavi cum J. Gronovio *vicesimanis* recipere. Ern.

Levis c. armatura, conglob. Sic e. MSS. Fl. et Agr. restituere hunc locum Ryckius et J. Gronovius: cum ante vulgo esset (ut in Bud.) *levi c. armatura conglobatus.* Consentit MS. Reg. *Levis* est etiam in ed. pr. Ern.

Quanta non alias m. Vid. Dio. 62, 8.

plaustrisque imponerent, quæ super extremum ambitum campi posuerant.

XXXV. Boadicea, curru filias præ se vehens, ut quamque nationem accesserat, « solitum quidem Britannis, feminarum ductu bellare, » testabatur : « sed tunc non, ut tantis majoribus ortam, regnum et opes, verum ut unam e vulgo libertatem amissam, confectum verberibus corpus, contrectatam filiarum pudicitiam ulcisci. Eo provectas Romanorum cupidines, ut non corpora, ne senectam quidem, aut virginitatem impollutam relinquant. Adesse tamen deos justæ vindictæ. Cecidisse legionem, quæ prœlium ausa sit : ceteros castris occultari, aut fugam circumspicere. Ne strepitum quidem et clamorem tot millium, nedum impetus et manus perlaturos. Si copias armatorum, si caussas belli secum expenderent, vincendum illa acie, vel cadendum esse. Id mulieri destinatum : viverent viri et servirent. »

XXXVI. Ne Suetonius quidem in tanto discrimine silebat. Qui, quamquam confideret virtuti, tamen exhor-

Plaustrisque imponerent. Bud. *pl. super imponerent.*

Sed tunc non etc. Ursin. et Boxh. conjiciunt. *Se tunc non.* Acid. *Sed se....*

Confectum vulneribus c. Sic ed. pr. et recentiores omnes præter J. Gron. At a Puteolano veteres reliquæ omnes *consectum :* item MSS. Oxon. Corb. et Jes. ap. Brot. qui recepit. Non displicet. Horat. Epod. 4, 11. *flagellis sectus.* Sed quia *confectum* etiam MS. Flor. (Bud.) et Guelf. hoc prætuli. Gronovius ap. Liv. 26, 46. probat *cædendo confectus*, pro concisus, *confractus*, ut ibi alii libri habent. Quidni *verberibus confectus* dicatur ? Tum in ed. Puteol. etiam alio loco observavimus *s.* expressum pro *f.* Atqui ab illa ed. reliquæ ductæ, ut in præfatione ostendimus. Ern.

Ne str. tot millium. Fuisse enim in acie hostili δισσὰ μυριάδας, id est, centum viginti millia hominum, Dio annotavit 62, 2. Noster omisit, ut pleraque alia, in hac narratione : non incuria, aut culpa sua, sed, quod facile odorere, librariorum exscriptorumve, qui hos libros pessime admutilarunt. Lips. At vett. edd. omnes *militum*, ut MS. Guelf. (et Bud.) sed *millium* melius. Ern.

Viverent viri et serv. Bud. *viverent et viris serv.*

Qui, quamquam. Qui abest MSS.

tationes et preces miscebat, « ut spernerent sonores barbarorum, et inanes minas. Plus illic feminarum, quam juventutis adspici. Imbelles, inermes cessuros statim, ubi ferrum virtutemque vincentium totiens fusi agnovissent. Etiam in multis legionibus paucos esse, qui prælia profligarent : gloriæque eorum accessurum, quod modica manus universi exercitus famam adipiscerentur. Conferti tantum, et pilis emissis, post umbonibus et gladiis, stragem cædemque continuarent, prædæ immemores : parta victoria, cuncta ipsis cessura. » Is ardor verba ducis sequebatur, ita se ad intorquenda pila expedierat vetus miles et multa prœliorum experientia, ut certus eventus Suetonius, daret pugnæ signum.

XXXVII. Ac primum legio gradu immota, et angustias loci pro munimento retinens, postquam propius

76. *Ut spernerent. At spernerent*, ni fallor. Vide nos ad Epist. Medeæ Nason. v. 1. *Sonores* etiam Agr. m. sec. Deinde *quod modica manus* idem, ut volebat Acidalius. — 77. *Expedierat. Expedierant vetus miles* cod. Agr. Bene. — 78. *Vetus miles et multa prœliorum experientia.* Rectius *fretus miles multa prœliorum experientia*, ut *certus eventi* Suetonius. Nam cod. Agr. *eventu.* H. 1., *incerta eventi.* Sic et ibi lego. Ann. 4, 33., *plures aliorum eventis docentur. fretus bellis* Ann. 6, 31. — 79. *Post-*

Reg. (Bud.) Corb. ed. pr. non male. Ern.

Sonores barb. Vatic. *sonores.* atque ita scripsisse Tacitum pertendo. Alibi : *sonorem alterius prœlii non audirent.* Lips. Sic et Flor. Reg. (Bud.) ed. pr. Ern.

Ubi ferrum.... agnovissent. Sententia a Livio sumpta, qui ea non uno loco utitur, et noster quoque aliis locis H. 2, 4. 4, 50. Mox *esse* abest ab ed. pr. Ern. Et a cod. Bud.

Quod modica manus. Sic MSS. Flor. (Bud.) Oxon. Reg. alii, et ed. pr. ut volebat Acidalius : quod Tacito restituimus cum Ryckio. Supra c. 32. *modica manus, tutela templi*

freti. Ceteri libri *manu.* Mox recte *conferti.* Vid. ad 6, 35. Ern. * Sic Bud.

Ut certus eventus. Vett. edd. usque ad Rhenanum *eventu.* Etiam cod. Agr. et alii ap. Broterium, cui placet ob εὐφωνίαν. Nec mihi displiceret, nisi nimis insolens esset constructio. Ferretus se *eventi* alibi legisse dicit. Vellem dixisset, ubi. Id haud dubie, si in bono libro esset, præferrem. Nam ista homœoteleuta offendunt aures nimis : quamquam talia etiam melioribus scriptoribus, nominatim Livio, interdum excidere. Ern. Bud. *certo eventu.*

Propius suggressus hostis. Certi-

suggressus hostis certo jactu tela exhauserat, velut cuneo erupit. Idem auxiliarium impetus : et eques, protentis hastis, perfringit, quod obvium et validum erat. Ceteri terga præbuere, difficili effugio, quia circumjecta vehicula sepserant abitus. Et miles ne mulierum quidem neci temperabat : confixaque telis etiam jumenta corporum cumulum auxerant. Clara et antiquis victoriis par ea die laus parta. Quippe sunt, qui paullo minus quam octoginta millia Britannorum cecidisse tradant, militum quadringentis ferme interfectis, nec multo amplius vulneratis. Boadicea vitam veneno finivit. Et Pœnius Postumus, præfectus castrorum secundæ legionis, cognitis quartadecimanorum vicesimanorumque prosperis rebus, quia pari gloria legionem suam fraudaverat, abnuerat-

quam propius suggressus hostis. Videtur scribendum *propius suggresso hoste*, vel *in propius suggressum hostem.* Legio enim certo jactu tela exhauserat, quando erupit. Bene et Lipsius, *suggressis hostibus.* Malo etiam *irrupit*, vel *prorupit.* — 80. *Eques perfringit.* Eleganter cod. Agr. *perfringunt.* Alibi noster *adsunt eques.* Vide nos ad Virgil. — 81. *Confixaque telis etiam jumenta.* Tolle τὸ *etiam*, ut vult cod. Agr.

tudo hæc jactuum non videtur ad hostes referenda (paucissimi enim e Romanis cecidere, ut addit) sed ad ipsos Romanos : ideoque legam : *suggressis hostibus :* atque ea veritas. Lps. Pichena contra ad hostes refert et *incerto jactu* legit : quod recte repudiat Freinsh. Nam, si propius suggressus hostis demum misit tela, incertus jactus non fuit. Itaque aut Lipsius audiendus, aut aliud quid vitii in *certo* latet. forte *crebro*. Nam profecto *certus jactus* non satis convenit verbo *exhaurire*, si ad hostes verbum hoc pertinet. Mox *cuneo* MSS. Fl. Vat. Guelf. edd. vett. usque ad Rhen. qui (e Bud.) dedit *cuneus : cuneo* restituit Pichena. Post *perfringunt* MSS. Reg. Jes. ed. pr. non male, nec abhorrens a Taciti more. Ern. Bud. *perfringit.* Rhen. pro *cuneus* per errorem dedit *cuneis*.

Sepserant abitus. Bud. *sepserant ambitus.* Mox *octingenta m. Br. occidisse tr.*

Clara et antiq. etc. Suetonii Paullini victoriam Nero celebravit numo, de quo v. Eckhel vol. 6, p. 265.

Vitam veneno finivit. Dio 62, 12. morbo, ἀποθανούσης, ait, ἐν τούτῳ τῆς βουδουϊκης νόσῳ. Lips. Sed, nisi fallor, legendum τόπῳ. Ern.

Pœnius Postumus. Reinesio placebat *Hœnius.* Et est *Hœnia* familia clara, ex qua consul a. U. 894. T. Hœnius Severus. Sed et *Pœnii* in monimentis antiquis occurrunt, etsi minus nobiles. Ern.

que, contra ritum militiæ, jussa ducis, se ipsum gladio transegit.

XXXVIII. Contractus deinde omnis exercitus sub pellibus habitus est, ad reliqua belli perpetranda. Auxitque copias Cæsar, missis e Germania duobus legionariorum millibus, octo auxiliarium cohortibus ac mille equitibus : quorum adventu nonani legionario milite suppleti sunt; cohortes alæque novis hibernaculis locatæ, quodque nationum ambiguum aut adversum fuerat, igni atque ferro vastatur. Sed nihil æque, quam fames, adfligebat serendis frugibus incuriosos, et omni ætate ad bellum versa, dum nostros commeatus sibi destinant : gentesque præferoces tardius ad pacem inclinant : quia Julius Glassicianus, successor Cato missus, et Suetonio discors, bonum publicum privatis simultatibus impediebat. Disperseratque, « novum legatum opperiendum esse, sine hostili ira et superbia victoris clementer deditis consulturum. » Simul in urbem mandabat, « nullum prœlio finem exspectarent, nisi succederetur Suetonio : »

82. *Octo auxiliariorum. Auxiliarium* cod. Agr.

Auxiliarium cohortibus. Sic cum J. Gron. edidi e MS. Fl. ed. pr. (sic et Bud.). Ceteræ *auxiliariorum.* Mox forte melius fuerit *vastatum.* Post ed. pr. *versos.* Unde conjicias *omni ætate ad bellum versos.* Ern. Bud. *versa.*

Serendis frugibus incuriosos. Heins. fors. *serendæ frugis.* Sed noster etiam H. 2, 17. *melioribus incuriosos.*

Simul in urbe mandabat. Vett. edd. usque ad Rhen. *in urbe,* quod et MS. Guelf. (et Bud.) exhibet. V. ad c. 36. extr. *mandare in urbem,* pro mittere, qui nunciarent, s. literas, quibus nunciarent, illa ætas dixit sæpe, quamquam ita etiam antiquiores, sed raro. v. ad Sueton. Calig. 25. Ern. *In urbem* Rhen. ex ingenio.

Nullum prœlio finem. Ἀκίρους. Legerem, *bello :* aut certe, *prœliorum.* Lips. Probat Gruterus. Possis etiam *prœliis.* Atque etiam verba *bellum* et *prœlium* sæpissime in MSS. confundi, satis constat, atque in ipso Tacito, ut infra bis videbimus : unde merito priorem Lipsii conjecturam probes. Ern. *Bellum* haud raro pro *prœlio* poni, Cortius docet ad Sall. Cat. 9. Ita hic forsan v. v. *prœlium* pro *bello.* Cf. et Hiller. Rac. 39.

cujus adversa pravitati ipsius; prospera ad fortunam reipublicæ referebat.

XXXIX. Igitur ad spectandum Britanniæ statum missus est ex libertis Polycletus, magna Neronis spe, posse auctoritate ejus, non modo inter legatum procuratoremque concordiam gigni, sed et rebelles barbarorum animos pace componi. Nec defuit Polycletus, quo minus, ingenti agmine Italiæ Galliæque gravis, postquam Oceanum transmiserat, militibus quoque nostris terribilis incederet. Sed hostibus irrisui fuit, apud quos, flagrante etiam tum libertate, nondum cognita libertorum potentia erat: mirabanturque, quod dux et exercitus, tanti belli confector, servitiis obedirent. Cuncta tamen ad imperatorem in mollius relata: detentusque rebus gerundis Suetonius, quod post paucas naves in litore re-

83. *Prospera fortunæ referebant.* Sic cod. Agr. Forte, *prospera fortuitis accepta referebant.* Vide interpretes Hist. 1, 4. excidit certe aliquid. — 84. *Detentusque rebus gerundis Suetonius.* Mendosa. Forte *Dein intentus æque*, æque ac antea, et *ubi post paucas.*

Prospera ad fortunam reip. In Rom. edit. legas, *prospera fortunæ.* At sententia tota sumpta a Sallustio: cujus fragmentum in similes calumniatores ap. Non. 4, 403., *Ad hæc, rumoribus, adversa in pravitatem; secunda, in casum, fortunam in temeritatem declinando, corrumpebant.* Lips. Edit. Rom. intellige princ. aliam a Beroaldina, quæ habet a Puteolano *ad f. reip.* cum seqq. omnibus. *Reip.* est haud dubie a Puteolano. Nam in MSS. est *ipsius*, ut Flor. Bud. Guelf. ed. pr. Tum ille cod. *fortunam.* hi (Bud. Guelf.) ad *fortunam.* Ed. pr. *fortunæ.* Unde varietas corrigentium nata. J. Gron. volebat *imperii.* Quid si: *cujus adversa pravitati ipsius, prospera fortunæ referebat?* ut illud alterum *ipsius* temere ex antecedentibus repetitum sit. Ern. Cf. Agr. 27.

Postquam. Bud. *posteaquam.*

Cognita libertorum potentia. In MSS. Bud. Guelf. ed. pr. Puteol. est, *libertinorum.* Sed vulgatum reotum, intellectu Cæsaris, de cujus solis libertis sermo. Ern.

Detentusque rebus gerundis Suetonius. Faernus legebat, *demotusque rebus gerundis*, quod verum videtur. Sic 13, 14. *demovet Pallantem cura rerum* etc. Nam hoc melius consentit exercitibus. Ern.

Quod post paucas. Scribe: *postquam paucas.* Gron. MSS. Flor. Guelf. *quod post p.* Bud. *quod perpaucas*, sine relativo. Agric. *quod*

migiumque in iis amiserat, tanquam durante bello, « tradere exercitum Petronio Turpiliano, » qui jam consulatu abierat, jubetur. Is non irritato hoste, neque lacessitus, honestum pacis nomen segni otio imposuit.

XL. Eodem anno Romæ insignia scelera, alterum senatoris, servili alterum audacia, admissa sunt. Domitius Balbus erat prætorius, simul longa senecta, simul orbitate et pecunia insidiis obnoxius. Ei propinquus Valerius Fabianus, capessendis honoribus destinatus, subdidit testamentum, adscitis Vinicio Rufino, et Terentio Lentino, equitibus romanis. Illi Antonium Primum

85. *Ejus propinquus. Et* cod. Agr. hoc est *ei*, sic et alii.

postpaucas. Florentino consentit ed. pr. Puteol. autem dedit *qui quod post p.* quod Beroaldus et Alciatus secuti sunt. Male ergo Ryckius Beroaldum dicit induxisse *qui post p.* Rhenanus: *quod perpaucas*, cum sequacibus Aldo, Gryphio. Sed post lectio *quod post* restituta a Lipsio, Pichena, Ryckio. In ed. Gron. patr. est *qui post*, nescio unde. Sed id tamen repetiit filius. *Quod* verum puto, si *demotus* verum. Sin *detentus*, necessarium est, cum Gronovio corrigere *postquam*. Sed illud tota res suadet, ut credamus. *Post* deinde aut delendum, aut e cod. Bud. *perpaucas* legendum. Ab ed. pr. etiam abest *durante*. Ern. Sic cape. Post relationem imperatori factam *Suetonius* aliquamdiu *detentus est rebus gerundis*, sed, *quod postea paucas naves in l. r. in his* (sic Bud.) *amiserat*, *quasi durante bello* etc. Ubi non opus cum Mureto legere *quamquam dur. b.* Ergo lectio recepta bene se habet. *Tanquam* indicat, bellum jam deflagrasse, quum Petronius Suetonio surrogaretur.

Alterum senatoris. Sic MSS. Flor. (Bud.) Guelf. Oxon. ed. pr. idque consentit magis stilo Taciti: unde restitui. Vulgo *senatoria*. Mox pro vulg. *ejus propinquus*, dedi cum J. Gron. *ei*: quod in MSS. Flor. Guelf. Bud. Agr. et ed. pr. est *et*. Et sic dudum conjecit Rhenanus. *Ejus* est e conjectura Puteolani. Ern. Cum Rhenano faciunt et Muretus, Acidalius.

Domitius Balbus. Reinesius ad marginem scripserat: *an est Domitius Tullus, de quo simile quiddam narrant?* Plin. Ep. 8, 18. Dissimilem rem, qui inspexerit Plinium, videbit. Ern.

Vicio Rufino. Vett. *Vincio*. Lips. MSS. Flor. Oxon. Bud. Agr. Guelf. ed. pr. At ceteræ edd. omnes *Vicio*. Corrigunt *Vinicio*. Etiam *Vincios* occurrere in monumentis antiquis, notavit bene Ryckius: sed tamen *Rufinus* esse cognomen *Viniciorum*, ex iisdem patere. Ern. *Vinicio* jam Rhen. volebat Consentiunt Faernus, Mercerus. Recipio cum Bip.

Antonium Primum. Illum, qui

et Asinium Marcellum sociaverant. Antonius audacia promptus : Marcellus Asinio Pollione proavo clarus, neque morum spernendus habebatur, nisi quod paupertatem præcipuum malorum credebat. Igitur Fabianus tabulas iis, quos memoravi, et aliis minus illustribus, obsignat. Quod apud patres convictum : et Fabianus Antoniusque, cum Rufino et Terentio, lege Cornelia damnantur. Marcellum memoria majorum, et preces Cæsaris, pœnæ magis, quam infamiæ exemere.

XLI. Perculit is dies Pompeium quoque Ælianum, juvenem quæstorium, tanquam flagitiorum Fabiani gnarum : eique Italia et Hispania, in qua ortus erat, interdictum est. Pari ignominia Valerius Ponticus adficitur, quod reos, ne apud præfectum urbis arguerentur, ad prætorem detulisset, interim, specie legum, mox præ-

postea acerrima fax Vespasiano ad civile bellum : cujus multa in Histor. libris 3 et 4. mentio. Lips.

Fabianus tabulas iis. Manuduxit me ad veram hanc lectionem Vaticanus, qui *tabulasiis* refert. Reliqui omnes *tabulariis*. Quantillus error, quantas tenebras? Nam JCti nostri misere torquentur in tabulariis istis eruendis. Alciatus eos putat, quos nunc tabelliones vocamus : contra Ferretus obsignatores et scriptores testamenti. Vertranius postremo, tanquam cornicum oculos, rescribendum censet : *Fabianus tabularius iis.* Lips. *Tabulasiis* quoque MSS. Flor., sed ita ut *s* erasum et *r* recentiori manu rescriptum esset. Etiam ed. pr. *tabulariis :* sed Guelf. *tabellariis.* Ern. Bud. *tabulariis.*

Lege Cornelia damnantur. Id est, ordine senatorio moventur. Nam, quamvis legis Corneliæ ordinaria pœna deportatio sit, et bonorum publicatio : tamen in honestioribus submotio etiam ordinis admissa est. Tacitus H. 2, 86., *Primus Antonius legibus nocens, et tempore Neronis falsi damnatus, inter alia belli mala senatorium ordinem reciperaverat.* Paullus Sent. 5, 15., *Hi, qui falsum vel alia testimonia dixerunt, aut in exsilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia submoventur.* Lips. Cf. idem Sent. 4, 7, 1.

Pompeium. Sic Flor. Bud. alii. Male vulgo *Pompeianum.*

Ad prætorem detulisset. Quem prætorem? urbanumne? Non opinor : nec enim ejus in crimine cognitio. Olim sane proprius peculiarisque prætor, qui constitutis quæstionibus perpetuis cognosceret de Falso. Eum hic intellegi credo. Etsi enim pleraque judicia in senatu aut apud præf. urbis, et prætorum potestas immi-

varicando, ultionem elusurus. Additur senatus consulto: « qui talem operam emptitasset, vendidissetve, perinde pœna teneretur, ac publico judicio calumniæ condemnatus. »

XLII. Haud multo post præfectum urbis, Pedanium Secundum, servus ipsius interfecit: seu negata libertate, cui pretium pepigerat, sive amore exoleti infensus, et

86. *Vendidissetve. Venditassetve* cod. Agr.

nuta: mansit tamen, opinor, veteris ritus imago quædam et umbra: quam Ponticus hic pro re amplexus, non sine sua fraude. At *præfectum urbis omnia crimina omnino sibi vindicasse* ab Ulpiano traditum est l. 1, De offic. præf. urbis; non quidem ab Augusto, (falluntur, qui id censent; et Augustus jus tantum ei dedit in servos; et quod civium audacia turbidum, nisi vim metuat) sed crescente paullatim, concessu principum, ut solet, nova potestate. Lips.

Additur SCto. Sic MSS. Flor. Bud. Agr. ed. pr. Ryckius, J. Gron. cf. H. 4, 45. Ceteræ edd. *SCum:* quod sane speciosum est. Non enim videtur, in decretis senatus de pœnis singulorum sancitum esse de generibus criminum. Potuere librarii verbo *additur* decipi, ut SC. acciperent *senatusconsulto.* Mox *venditassetve* e MS. Agr. edidit Ryckius, quod videtur natum, dum librarius hoc verbum præcedenti conformat. Post ed. pr. *perinde*, sine *ut*, quod inde a Puteol. omnes habent, usque ad Pichenam, estque et in Guelf. Delevimus deinde etiam *si*, post *ac*, quod non est in (cod. Agr. nec in) ed. pr. delerique voluit Faernus. Ern. Bud. *vendidissetve* (hoc *ve* delevit 2. m.) *ut perinde.... ac si.* Id *ut* non habet Flor.

Judicio calumniæ condemnatus. Eum, qui prævaricatus sit, quive prævaricatorem emerit, fecerit, punit hoc SC. calumniæ pœna. Ea est talio et infamia, uti colligas ex l. penult. et l. 4. D. de prævaricat. Lips. Mox ed. pr. *interficit.* Ern. Bud. *interfecit.* De pœna cf. Paull. Sent. 5, 4, 11.

Cui pretium pepigerat. Moribus receptum, uti servus interdum cum domino quasi pacisceretur in certum pretium: quod si exsolvisset, liber esset. Id pretium e peculio servi, vel adventicio lucro. Seneca Ep. 80. *Mancipia quoque conditionis extremæ, et in his sordibus nata, omni modo exuere conantur servitutem; peculium suum, quod comparaverunt ventre fraudato, pro capite numerant.* Virgilius eo respiciens Ecl. 1, 33., *Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.* Et vetus sane ille mos, cujus vestigia plura in Plauto, ut Asin. 5, 8. Strobilus, reperto thesauro: *Quin ego illi invenisse me hanc prædam dico, atque eloquor? Igitur orabo, ut manu me mittat, ibo atque eloquar.* Gripus servus, Rudente 4, 2, 23..... *ad herum veniam docte atque astute. Pauxilla-*

dominum æmulum non tolerans. Ceterum cum, vetere ex more, familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitaverat, ad supplicium agi oporteret, concursu plebis, quæ tot innoxios protegebat, usque ad seditionem ventum est: senatuque in ipso erant studia nimiam severita-

87. *Senatuque in ipso erant studia. Senatusque, in quo ipsa* cod. Agr. Forte *senatus quin et eo ipse ferebatur in studia. eo* pro *eo usque.* Deinde *ex quis* cod. Agr. et Flor. bene pro *quibus.*

tim pollicitabor pro capite argentum, ut sim liber. Et clarius in Casina 2, 5, 7. *Quid est tu me libertate territas? Vobis invitis atque amborum ingratiis, Una libella liber possum ego fieri.* Quod non aliter intelligendum, quam ut cum libero jam ante pactus fuerit in libram. Et in hanc sententiam scripsit Hermogenianus adversus dominum consistere servis licere, *si qui suis numis redemptos se, et non manumissos contra placiti fidem, adsevera.t.* l. 53. D. de judiciis. Item Ulpianus: *Qui se dicit suis numis redemptum, si hoc probaverit, exinde liber erit, ex quo redemptus est.* Interdum vero imaginaria quædam emptio interposita persona tertia, adhibebatur. De qua l. 4. de Manumiss. Quod si dominus non servaret fidem, querela servo Romæ apud præf. urbi, apud præsidem in provinciis, ex constitutione Divorum fratrum fuit. l. 5. ib. Lips.

Amore exoleti infensus. Amore edd. pr. Rhen. (e Bud.) et seqq. omnes ut et MS. Guelf. Sed Puteol. Riv. Beroald. Alciat. *amori.* Pro *infensus* Pichena malebat *incensus.* (sic c. Agr.) Sane infensus animus exprimitur sequentibus. Ern. Ryckius præfert *infensus*, ne idem bis dicatur; sed hoc potius de *infensus* valet.

Cum vetere ex more. Bene, veteri ex more. Nam etiam libera rep. id obtinuit, ex epistola Servii Sulpicii de cæde Marcelli in Cic. Epp. 4, 12. *Ego tamen ad tabernaculum ejus perrexi: inveni duos libertos et pauculos servos: reliquos aiebant profugisse metu perterritos, quod dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset.* Hunc priscæ severitatis ritum firmavit postea SC. Silanianum sub Augusto, itemque nunc Neronianum, de quibus Cujacium vide Obs. 1, 18. et 10, 33. Addo, ne feminas quidem immunes exceptasque fuisse: suasus Taciti infra verbis, *numerum, ætatem, aut sexum miserantium.* Item rescriptio Hadriani l. 1. de SC. Silaniano. Lips. Cf. 13, 32.

Senatusque in quo. Expeditior sententia, *sen tuque in ipso.* Lips. MSS. (Flor. Bud Oxon.) *senatusque in quo ipso.* Idemque exhibent edd. Rhenan. et seqq. usque ad Bernegg. qui Lipsii correctionem recepit cum seq. nisi quod in pr. est *ipse.* At Puteol. dedit *senatus in q. i.* quod secuti sunt Ber. Riv. Alc. Lipsius verum vidit. Nam nihil est, ad quod nominativus *senatus* referatur. Mox MS. Flor. et ed. pr. vitiose *multandum.* Recte contra *ex quis*, ut sæpe. Vulg. *quibus* usque ad Ryckium.

tem adspernantium, pluribus nihil mutandum censentibus. Ex quis C. Cassius, sententiæ loco, in hunc modum disseruit.

XLIII. « Sæpenumero, P. C., in hoc ordine interfui, cum contra instituta et leges majorum nova senatus decreta postularentur: neque sum adversatus: non, quia dubitarem, super omnibus negotiis melius atque rectius olim provisum, et, quæ converterentur, in deterius mutari; sed ne nimio amore antiqui moris studium meum extollere viderer. Simul, quidquid hoc in nobis auctoritatis est, crebris contradictionibus destruendum non existimabam, ut maneret integrum, si quando respublica consiliis eguisset. Quod hodie evenit, consulari viro domi suæ interfecto, per insidias serviles, quas nemo prohibuit aut prodidit, quamvis nondum concusso senatus consulto, quod supplicium toti familiæ minitabatur. Decernite hercule impunitatem. At, quem dignitas sua defendet, cum præfectura urbis non profuerit? quem numerus servorum tuebitur, cum Pedanium Secundum quadringenti non protexerint? cui familia opem feret,

Ern. Bud. *mutandum.... ex quibus.*

C. Cassius. Legum probe gnarus. 12, 12. Cf. Ryck. ad 6, 15. Paullo post Bud. *melius ac rectius.*

Quod h. evenit. Sic MSS. ed. pr. Rhen. et seqq. In ed. Puteol. *venit* vitio operarum: id tamen tenuere Riv. Beroaldus, Alciatus. Ern.

At, quem dignitas sua defendet. Rhen. e MS. Bud. notat *ut quem*: ex aliis nil notatum video. At mirum, ni hic dissentiat MS. Flor. cum dissentiat ed. pr. quacum tam sæpe convenit illi optime. Ea habet: *ut quem dignitas sua defendat, cui præfectus urbis non profuit? Præfectus* haud dubie pro *præfectura.* Certe *at* h. l. non satis commodum, ut sensit etiam Rhenanus, qui volebat *ecquem.* In illo autem ironia belle continuatur. Vulgatum est a Puteolano: qui hæc sequentibus similia efficere voluit. Guelf. *atque d. s. defendet, vel cui præfectura urbis non profuit.* At MS. Reg. ap. Brot. *ut quem.* MS. Corb. *et quem* quod favet conjecturæ Rhen. Mox MSS. plures ap. Brot. *cui.* Ern. Rhen. servavit *at quem.* Bud. *cum præfectus urbis.* unde 2. m. fecit *cui præfectura.* Mox idem *opem ferat.* et p. p. *anne.*

quæ ne in metu quidem pericula nostra avertit? An, ut quidam fingere non erubescunt, injurias suas ultus est interfector? quia de paterna pecunia transegerat, aut avitum mancipium detrahebatur? Pronuntiemus ultro, dominum jure cæsum videri. »

XLIV. « Libet argumenta conquirere in eo, quod sapientioribus deliberatum est? Sed et, si nunc primum statuendum haberemus; creditisne, servum interficiendi domini animum sumpsisse, ut non vox minax excideret? nihil per temeritatem proloqueretur? Sane consilium occuluit, telum inter ignaros paravit : num excubias

88. *Quæ ne in metu quidem.* Puto *quæ ne sui metu quidem pericula nostra avertit. Sui metu avertit* cod. Agr. Vid. 4, 24. 6, 19. deinde c. seq. puto, *si libet argumenta conquirere.*

Avertit. Suspicor Tacitum scripsisse : *quam ne in metu quidem pericula nostra advertunt.* Sic habes verbum exquisito illo usu, quo esse solet interdum apud nostrum et Livium. Gron. Ut edidi, est in edd. vett. omnibus, unde restituit jam Ryckius (ex Agr.) *Advertit* edidit Lipsius et seqq. quod et MS. (Bud. et) Guelf. exhibet. Elegans tamen est J. F. Gronovii conjectura. Ern.

Quia de paterna pecunia. Abite sinistræ manus : nihil mutandum. Εἰρωνικῶς ista et ἐξ ἀντιστάσεως capienda sunt. Lips.

Libet argumenta conquirere. Interrogationis nota est a Freinshemio : et sic placebat Ursino. Sensus est : Frustra argumentis demonstrabimus, quod majores, nobis haud paullo sapientiores, re satis deliberata jam decrevere. Sequentia Rhenanus sic cum antecedentibus conjungenda censet : *ac si nunc primum st. haberemus.* Ern. Bud. *Sed si.*

Animum insumpsisse. Sic. MSS. edd. pr. Puteol. Ber. Alc. sed Rhenanus (e Bud.) correxit *sumsisse.* Vetus restituit Ryckius, sequente J. Gronovio. Ego quoque veterem lectionem retinui, sed vereor, ne *sumsisse* melius sit. Ryckius ad Statium Theb. 12, 643. provocat : *dignas insumite mentes Cœptibus.* Sed ibi *cœptibus* videri potest esse dativus. Aliud autem est *mentem insumere alicui*, aliud *mentem insumere* simpliciter. Illa forma sæpe apud nostrum ut 3, 44. 16, 23. Hujus nullum exemplum mihi, quod sciam, alibi occurrit. In MS. Guelf. syllaba *in* est in litura, potuitque nasci, ut alibi, e finali litera præcedentis verbi. Ern. Bene. Bip. sequuntur Budensem.

Occuluit. Flor. *occultavit.*

Num excubias transiret. Nocturnas ergo ad limen excubias servorum habuerunt domini potentiores. Quod tu mihi, philologe, observa. Quinctil. Declam. 1. pro Cæco : *Dicitur*

transiret, cubiculi fores recluderet, lumen inferret, cædem patraret, omnibus nesciis? Multa sceleris indicia præveniunt. Servi si prodant, possumus singuli inter

89. *Transiret.... recluderet..... inferret, ... patraret.* Cod. Agric. *transire, recludere, inferre, patrare.* Ut *quivis* subintelligatur. — 90. *Si prodant, possumus. Non possumus* cod. Agr.

cæcus sine rectore, sine duce.... per inane longum, per tot offensa limina, per excubantes servulos errasse cum ferro: cubiculum deinde patris ingressus. Idem Declam. 2, 16. pro Cæco: *Tu sentis, quando senem vicerit lassitudo curarum.... Scis pariter, an una quiescentium fores vallaverit cura servorum.* Apuleius Met. 2. *Pueros ablegat arbitrio nocturni gannitus:* qui alioqui de more procubabant. Silius 1, 66. ad hunc ritum de Annibale: *Sæpe etiam famuli turbato ad limina somno Expavere trucem per vasta silentia vocem.* Vide et Appianum Civ. 2, 99. in Catonis morte, et Tacitum in Othonis H. 2, 50. Lips.

Multa sceleris indicia præveniunt servi si. Retineo veterem interpunctionem: et *præveniunt* non accipio, ut sit, præcedunt, ante scelus existunt; sed, ut sit, occupant, præcipiunt, deprehendunt, antequam scelus eventum habeat. Sic alibi noster *præventam gratiam*, id est, occupatam. Hæc illi *si prodant*, extra periculum sumus: si dissimulant et succumbimus sceleri, manente SC. Silaniano, *non inulti* peribimus. Gron. At hæc non est vetus interpunctio, sed ea, quam nos exhibuimus; quæ est in ed. pr. Puteol. Beroald. Alc. In ed. Rhenani mutata est, sed tacite, et vitiose, ut manifestum est. Sic enim habet (e Bud.) *præveniunt servi, si prodant. Possumus.* Et tamen hoc secuti Aldus, Gryphius etc. Inde factum deinde, *præveniunt servi. si prodant, possumus.* Et hæc est vetus Gron. interpunctio. Sensus est planus in vetere interpunctione, quam nos restituimus. Multa sceleris indicia se exserunt ante, quam facinus patretur, nec ita tale consilium premi potest, quin indicia quædam, vel per imprudentiam, erumpant. Ea si servi animadversa prodant, nihil a servis timendum est. Ern.

Possumus singuli inter pl... anxios. Hæc sunt, ut mihi videtur, vitiosa. Nam hæc conjunctim haud dubie capienda sunt, *possumus singuli inter plures tuti*, ut mox *inter nocentes non inulti.* Quid jam fiet reliquis, *inter anxios?* Scire velim, unde ista sint? In pr. ed. *anxios* non est. Quid in libris aliis scriptis sit, non reperio notatum. Guelf. quidem *anxios* habet, quod, a Puteolano editum, omnes secuti sunt. Vereor, ne ita supplere maluerit aliquis, quam *inter* illud delere, quod librarius, per errorem scriptum, delere noluerat, ut sæpe factum scimus. Si deleas cum *anxios*, belle procedit oratio. Nisi quis malit, alium nominativum ante ista verba excidisse, quia sequitur *postremo:* quod saltem duo membra præcedentia exigere videtur. Au *securi?* Sed etiam ap. Cic. Mur. 23. *denique* est, præcedente uno tantum membro. Ern. Non video, quid sibi

plures, tuti inter anxios, postremo, si pereundum sit, non inulti inter nocentes agere. Suspecta majoribus nostris fuere ingenia servorum, etiam cum in agris aut domibus iisdem nascerentur, caritatemque dominorum statim acciperent. Postquam vero nationes in familiis habemus, quibus diversi ritus, externa sacra, aut nulla sunt, colluviem istam non nisi metu coercueris. At quidam insontes peribunt. Nam et ex fuso exercitu, cum decimus quisque fusti feritur, etiam strenui sortiuntur. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur. »

XLV. Sententiæ Cassii, ut nemo unus contra ire au-

91. *Fusti feritur.* Cod. Agr. *fustinetur.* An *fusti necatur?* (vide nos ad Velleium 2, 78.) vel *fustigatur.* Glossæ Labbei, *Fustigatus, βαυλισθείς. Fustigo, ξυλακεύω, τύπτω ξύλῳ. Fustigo, μαστιγόω.* Deinde *sortiuntur* sine τῷ *non* scripti omnes. Bene.

hic velit Ern. tria membra hic adsunt, egregie disjuncta. Opponuntur *singuli pluribus*, *tuti anxiis*, *non inulti nocentibus.*

Nam et ex fuso exercitu. Neque interrogationis notam admiserim, nec negandi particulam quam fatetur satis Pichena in Flor. non apparuisse, quum ex Veneto accessit. Est autem oratio brevis, continens rationem ejus, quod non ponitur, sed intelligitur ex præcedenti. Quasi foret: *At quidam insontes peribunt.* Pereant sane; neque id hoc solum casu contingit. *nam et ex fuso exercitu* etc. *etiam strenui sortiuntur*, id est, sortem trahunt inter decimandos, et sæpe accipiunt iniquiorem, pereuntque insontes. Neque enim *sortiuntur* παθητικὸν, ut volunt. Cicero in Verr. 2, 29., *Dic, inquit, illi adesse non possunt. Nam hercle, inquit Minucius, me quoque Petilius, ut sibi in consilio essem, rogavit: et simul a subselliis abire cœpit.* Intelligitur, immo et ego, inquit Minucius, adesse non possum: *nam hercle me* etc. Pluribus alibi hoc in sermone compendium illustramus. Gron. Rectissime. Et plane sic est in ed. pr. Rhen. (e Bud.) Ald. Gryph. Alterum dedit Puteol. quem secuti Riv. Ber. et Alc. A MSS. Flor. Guelf. etiam abest *non.* Ac mirum, cur lectionem Puteol. receperint recentiores. Bene igitur antiquius ac verius restituere Ryckius et J. Gron. In *fusti* (sic Bud.) hic quoque variatur, ut supra c. 8. Ern. Puteol. *Num et ex fuso.... non sort?* Acid. *Num et ex f.... sort?* Bip. conjiciunt: *Nonne ex f.*

Ut nemo unus. In MS. Guelf. *unus* est in litura. Fuerat *bonus.* (Sic Bud.) Sed *unus* verum est. Mox in eodem est *dubiam*, absorpta syllaba *in.* ut sæpe. a præcedente litera Ern. Bud. a 1. m. *indubiam innocentiam.* unde a.

sus est, ita dissonæ voces respondebant, « numerum, aut ætatem, aut sexum, ac plurimorum indubiam innocentiam » miserantium. Prævaluit tamen pars, quæ supplicium decernebat. Sed obtemperari non poterat, conglobata multitudine et « saxa ac faces » minitante. Tum Cæsar populum edicto increpuit, atque omne iter, quo damnati ad pœnam ducebantur, militaribus præsidiis sepsit. Censuerat Cingonius Varro, ut liberti quoque, qui sub eodem tecto fuissent, Italia deportarentur. Id a principe prohibitum est, « ne mos antiquus, quem misericordia non minuerat, per sævitiam intenderetur. »

XLVI. Damnatus iisdem consulibus Tarquitius Priscus repetundarum, Bithynis interrogantibus, magno patrum gaudio, qui adcusatum ab eo Statilium Taurum, proconsulem ipsius, meminerant. Census per Gallias a

m. fecit *indubie*. Admitti posset deleto *ac* præcedente

Et saxa ac faces. Sic MSS. Flor. Guelf. et edd. omnes ante Rhenan. qui (e Bud.) copulam *et* delevit. Notum est Virgilianum Æn. 1, 150. *jam faces et saxa volant.* MSS. idem etiam et edd. Puteol. Ber. Alc. habent *minante*. Sed frequentativis gaudet noster. Mox *incenderetur* scripti (Bud. a 2. m.) et edd. omnes ante Pichenam, qui conjecturam Rhenani et Merceri recepit primus, idque secuti sunt ceteri. Ern. Bud. *minitante*. Idem *incenderetur* a 2. m.

Tarquitius Pr. Hujus *M. Tarquitii* ProC. nomen in numo Claudii et Neronis, apud Patinum, Valentem, cuso a Nicomediensibus: unde patet, statim ab accusatione, quæ facta est anno ante mortem Claudii, accepta provincia missum proconsulem. Quod in numo Neronis est M. Ταρκυτίου Πριστιν. id puto esse cum viris doctis vitiosum; sed ut cum Spanhemio putem, esse potius pro Πριεσεν (vid. de Us. et Pr. Num. t. 2, p. 593.) quam cum Perizonio Πρυτανικοῦ ap. Ryckium ad 12, 59. Ceterum libri, ita ut supra, variant inter *Tarquitius* et *Tarquinius*. Ern. Bud. *Tarquitius*. *Interrogare* pro accusare occurrit et 16, 21.

Qui adcusatum ab eo Statilium Taurum. Supra 12, 59. Lips. Guelf. (et Bud.) *quia*. MS. Flor. *proconsule*, quod recepit J. Gron. Ceteri omnes scripti (etiam Bud.) et editi *proconsulem*. recte. Vid. ad 2, 52. Pro *ipsius* MSS. Reg. Corb. ed. pr. *ipsi*. Ern. Bud. *ipsius*. Ryckius præfert *quia*, quod et Flor. et Agr. et ed. Ven. habent. Mihi hiatus, qui ex seq. voce oritur, displicet. Mox Bud. *valitudine*, sic sæpius.

Q. Volusio et Sextio Africano Trebellioque Maximo acti sunt, æmulis inter se, per nobilitatem, Volusio atque Africano: Trebellium dum uterque dedignatur, supra tulere.

XLVII. Eo anno mortem obiit Memmius Regulus, auctoritate, constantia, fama, in quantum, præumbrante imperatoris fastigio, datur, clarus: adeo, ut Nero, æger valetudine, et adulantibus circum, qui « finem imperio adesse » dicebant, « si quid fato pateretur, » responderit, « habere subsidium rempublicam. » Roganti bus dehinc, « in quo potissimum? » addiderat, « in Memmio Regulo. « Vixit tamen post hæc Regulus, quiete defensus, et quia nova generis claritudine, neque invidiosis opibus erat. Gymnasium eo anno dedicatum a Nerone, præbitumque oleum equiti ac senatui, græca facilitate.

92. *Præbitumque oleum.* *Oletum* cod. Agr. Non pato. *Oletum* Catoni locus, in quo seritur olea. Mox pro *Antistio* idem cod. *C. Antistius.*

A Q. Volusio etc. Ed. pr. *Volusino.* V. Lips. ad c. 56. sed deinde MSS. Flor. (Bud.) Reg. Corb. Agr. *Sextio* pro vulg. *Sexto*, quod cum Ryckio et J. Gron. recepimus. *Supra tulere* i. e. fecere, ut plus ipse gloriæ, laudis, gratiæ ferret. Ern.

Eo anno. MS. Reg. *eodem anno*, ut supra *iisdem* coss. Mox in *præumbrante imp. f.* ductum verbum e græco ὑπισκιάζειν, quo sic utuntur elegantissimi, Demosthenes, Lucianus et alii. Ern.

Addiderat. Sic edidi ex MS. Guelf. et ed. pr. cum in ceteris omnibus sit *addiderit.* Atqui illud necessarium est in recepta ab omnibus interpunctione. *Addiderit* requirit *et roganti bus dehinc.* Ern. Bud. *addiderat.*

Gymnasium. Hac occasione vide quæ de Demetrio Cynico referat Philostr. in v. Apoll. 4, 42.

Præbitumque oleum. Si oleum populo tantum præbitum, nihil novum aut græcanicum: præbuit ante P. Scipio, quem ædilem dedisse congium olei in vicos singulos Livio credo 25, 2. Dedit et C. Cæsar post victoriam Africanam. Τόν τε δῆμον, inquit Dio 43, 31. λαμπρῶς εἱστίασε, καὶ σῖτον ἕξω τοῦ τεταγμένου καὶ ἔλαιον προσέδωκεν αὐτῷ. Etiam M. Agrippa in ædilitate oleum et salem, ut auctor idem Dio 49, 43. Sed nemo eorum ad gymnasium, quod hic Nero. Plinius 15, 5., *Usum olei ad luxuriam vertere Græci, in gymnasiis publicando.* Adde Sueton. 12. Lips. Exemplum talis græcæ facilitatis in Seleuco Nicatore ap.

XLVIII. P. Mario, L. Asinio coss. Antistius prætor, quem in tribunatu plebis licenter egisse memoravi, probrosa adversus principem carmina factitavit, vulgavitque celebri convivio, dum apud Ostorium Scapulam epulatur. Exin a Cossutiano Capitone, qui nuper senatorium ordinem, precibus Tigellini, soceri sui, receperat, majestatis delatus est. Tum primum revocata ea lex: credebaturque haud perinde exitium Antistio, quam imperatori gloria quæsita, ut condemnatus a senatu, interces-

93. *Tum primum revocata ea lex credebatur.* Lege, *tum primum revocata ea lex, credebaturque haud perinde exitium Antistio, quam imperatori gloriam quæsivisse.* Nec multum abludit Freinshemius.

Jos. A. l. 12, 3. qui etiam Judæis a præfectis gymnasiorum pecuniam ad oleum emendum dari jussit. Ern. Oleum in eo gymnasio præbitum aut ad ludorum gymnicorum, aut ad thermarum, quæ ibi, usum, existimat P. Faber Agonist. 3, 16.

P. Mario, L. Asinio coss. Nomen hujus primi consulis corrupte legas in vetusta Persii vita nuper cum Juvenalis Scholiaste edita; *Decessit Persius VIII. Kalend. Decembr. Rubrio Mario, Asinio Gallo COSS.* scribe, *Publio Mario.* cui cognomen fuit Celsus. Lips. Cf et Grut. Inscr. p. 1106, 7.

Quem in tribunatu licenter egisse memoravi. 13, 28. Lips.

A Cossutiano Cap. De hoc 11, 6. 13, 33.

Tum primum revocata etc. Locus haud dubie vitiosus, eaque de causa, varie tentatus. Libri non magnopere variant, nisi quod edd. Puteol. Beroald. Alc. *ne condemn.* ed. pr. *exponeret*, pro *eximeretur*; utrumque vitiose: denique MS. Flor. *ut* non habet, quod in Guelf. est in litura. (Bud. habet *ut.*) Tentatur correctio sic, ut alii, auctore Mercero, *qua* corrigant, alii cum Mureto *quæreret*: Acidalius *credebaturque quæsisse*: Freinsh. *credebaturque.... gloria quæsita*: Jac. Gronovius denique *credebaturque quæri, uti*, quod ille etiam in contextum recepit. De *credebaturque* haud ambigo: nam non lex quæsivit gloriam Neroni, sed adcusator et ipse Nero: de altera parte nihil dum definire audeo. Magis tamen inclino in *quæsitam*. Etenim non videtur dicere velle Tacitus, quid homines de re judicarint ante eventum, sed quid post eventum: ex quo videbant, Neronem spe falsum sua et adcusatorem. Si ante causam actam sic credidissent, nihil impedisset, quo minus durius statuerent. Sed offensio Neronis et rescriptum indicabat, voluisse materiam habere gloriæ. Atque ante qui scire poterant? Ern. Bud. vulgatum habet, *credebatur, quæ.... gloriam quæsivit.* Freinshemii emendationem meam feci. Ryckius probavit, nec tamen recepit.

Intercessione tribunicia. Intercessione ipsius Cæsaris: qui ita clemen-

sione tribunicia morti eximeretur. Et, cum Ostorius, « nihil audivisse, » pro testimonio dixisset, adversis testibus creditum : censuitque Junius Marullus, consul designatus, « adimendam reo præturam, necandumque more majorum. » Ceteris inde adsentientibus, Pætus Thrasea, multo cum honore Cæsaris, et acerrime increpito Antistio, « non, quidquid nocens reus pati mereretur, id, egregio sub principe, et nulla necessitate obstricto senatu, statuendum, disseruit. Carnificem et laqueum pridem abolita : et esse pœnas legibus constitutas, quibus, sine judicum sævitia et temporum infamia, supplicia decernerentur. Quin in insula, publicatis bonis, quo longius sontem vitam traxisset, eo privatim miseriorem, et publicæ clementiæ maximum exemplum futurum. »

94. *Quin in insula publicatis bonis. Quin in insulam relegatus publicatis bonis* cod. Agric. Deinde puto, *eo privatim ut miseriorem, ita publicæ clementiæ* etc. Nam cod. Agr. *eo privatus miserior.*

tiæ gloriam pararet. Lips. Ad instar Augusti 1, 2.

Junius Marullus consul designatus. Inter suffectos non dubie consules. Sed in hunc ipsum annum, Annæum Senecam et Trebellium Maximum coss. referunt viri docti in opere Fastorum : et loca sunt, quæ annuunt. Ausonius tamen in Panegyrico Senecæ consulatum aperte detrahit : *Dives Seneca, nec tamen consul, arguetur rectius quam prædicabitur non eruditisse indolem Neronis, sed armasse sævitiam.* Quo loco video esse, qui negationem subtrahant, legantque : *Dives Seneca, tamen consul.* Lips. V. Pigh. ad a. 814. et Vinet. ad h. l. Ausonii, qui consules suffectos parum curasse videtur.

Obstricto senatu. Vett. edd. ante Rhenanum *senatui.* Si copula *et* abesset, probarem. nunc *senatu* verum est. Ern. Bud. *senatu.* et sic jam Puteol. contra Beroald. *senatui.*

Carnificem et laqueum. Respondent illi decreto, *more majorum necandum.* Ex quo clare discis, quid *punire* Tacito *more majorum.* Lips. Add. Suet. Ner. 39. Ern.

Quin in insula. Hæc lectio a Pichena inducta, velut ex ed. Veneta Puteol. Sed in ea est *quin in insulam :* ut in MS. Guelf. ed. Beroald. Alc. Ceterum veram puto. MS. Flor. *qui in insula.* Agr. *qui in insulam.* Ed. pr. *qui ne insula.* Rhenanus *quin insula*, quod omnes usque ad Pichenam secuti sunt. Ern. Bud. *qui insula.*

Eo privatim miserior. Lego : *eo*

XLIX. Libertas Thraseæ servitium aliorum rupit. Et, postquam discessionem consul permiserat, pedibus in sententiam ejus iere, paucis exemptis : in quibus adulatione promptissimus fuit A. Vitellius, optimum quemque jurgio lacessens et respondenti reticens, ut pavida ingenia solent. At consules, perficere senatus decretum non ausi, de consensu scripsere Cæsari. Ille, inter pudorem et iram cunctatus, postremo rescripsit, « nulla injuria provocatum Antistium, gravissimas in principem contumelias dixisse : earum ultionem a patribus postulatam, et, pro magnitudine delicti pœnam statui, par fuisse : ceterum se, qui severitatem decernentium impediturus fuerit, moderationem non prohibere. Statuerent ut vellent : datam etiam absolvendi licentiam. » His at-

95. *Datam etiam absolvendi licentiam.* Lego *ratam et absolvendi licentiam.* Certe cod. Med. habet *et.*

privatim miseriorem : et sermonis textus ita postulat. Lips. Recte : nec dubitavi recipere. Faernus malebat *futurus :* sed adcusativi cum infinitivo sunt in superioribus. Ern.

Silentium aliorum. Vett. *servitium.* At velim consideres, satin' sana hæc tota narratio sit. Antea prædixit, *tum primum revocata ea lex credebatur, quæ haud perinde exitium Antistio, quam imperatori gloriam quæsivit, ut condemnatus a senatu, intercessione tribunicia morti eximeretur.* Quid? condemnatusne Antistius a senatu? Contra video. In insulam seponitur. Idem intercessione Cæsaris morti eximitur? Falsum. Nec quidquam in tota re, quod Neroni clementiæ gloriam, sævitiæ potius invidiam, parere possit. Ego sane æstuo : nec cuneum reperio huic nodo. Nisi placet cum Josia Mercero elegantissimo juvenum legi, *qua haud perinde*, ut ad adcusatorem referas, non ad legem : qui non tam exitium eo facto quærebat, quam gloriam principi. Sed hominis consilium Thraseæ sententia subvertit. Lips. *Servitium* omnes edd. ante Rhen. qui *silentium* invexit. Non bene. Notior formula *silentium rumpere*, imposuit sive ipsi, sive MS. Bud. librario. Pichena bene vetus restituit. Sensus est : παῤῥησία Pæti fecit, ut ceteri quoque libere decernerent. Ern. Omnino in Bud. *silentium*, unde Rhen. At *servitium* fere sic 15, 61.

Paucis exemtis. Flor. habet, *exeptis.* Forte, *exceptis*, Pichena inquit. Foret id sane melius. Sed a scriptura illa nihil extrices. Virgula super *e* omissa est. Ed. pr. *exĕptis.* Ern. Sic et Bud.

Et respondenti reticens. Sic etiam Livius 23, 12. ubi v. J. Fr. Gron. Ern.

Data etiam absolvendi. Melius e

que talibus recitatis, et offensione manifesta, non ideo aut consules mutavere relationem, aut Thrasea decessit sententia, ceterive, quæ probaverant, deseruere: pars, ne principem objecisse invidiæ viderentur; plures numero tuti; Thrasea sueta firmitudine animi, et ne gloria intercideret.

L. Haud dispari crimine Fabricius Veiento conflictatus est, « quod multa et probrosa in patres et sacerdotes composuisset, iis libris, quibus nomen *Codicillorum* dederat » Adjiciebat Talius Geminus, adcusator: « venditata ab eo munera principis, et adipiscendorum honorum jus. » Quæ caussa Neroni fuit suscipiendi judicii: convictumque Veientonem Italia depulit, et libros exuri

priscis, *datam etiam abs. licentiam*, Lips. Nam sic MSS. Flor. (Bud. a 1. m.) Guelf. edd. pr. Puteol. Ber. Alc. idque bene restituit Pichena, Ablativi sunt a Rhenano. *Licentia* dicitur illa quidem etiam in bonam partem apud nostrum, ut 1, 26. sed forte hic non absurdum sit, existimare, data opera ambiguitatem quæsitam. Ceterum in Guelf. (it. ed. Put. Ber.) est *et* pro *etiam*, fortasse melius. Vide tamen ad c. 36. extr. Ern.

Fabricius Veiento. Puto illum esse, qui A. Fabricius Dioni dicitur: quique, prætor, canes circensibus ad currus adjunxit pro equis. Lips. Ryckius de eo laudat Plinium ep. 4, 22. Juvenal. Sat. 4, 113. Mox bene Pichena *quod multa* e MS. Flor. pro *qui m.* Sic etiam ed. pr. MS. (Bud.) Guelf. Ern. Bud. *Vegento.*

Nomen Codicillorum dederat. Noto, fuisse morem, uti in testamentis convicia quædam et probra liberius scriberent: quæ ante Augustum inobservata et permissa. Scilicet, quia supremis illis tabulis et voci, danda videbatur aliqua libertas. Frenum injicere senatus voluerat, sed ille idem princeps. ut Suet. ait c. 56. *de inhibenda testamentorum licentia ne senatus quidquam constitueret, intercessit.* Ea enim germana lectio, germana mens ejus loci: non ut vir doctus substituit, *scommatorum.* Exempla in Tacito passim, de iis, qui supremis tabulis multa atrocia in Macronem, in Tiberium, aliosque potentes, composuerint. Hoc exemplo ergo maledicentiæ suæ cavens Veiento, inscripsit opicos et Oscos eos libros Codicillos. Lips.

Talius Gem. Muretus volebat *T. Allius*, idque olim probabat Lipsius, rejecit postea. Nec spernendum putat Ryckius, proferens ex inscr. vetere *Q. Allium Max. consulem. Talia* occurrit ap. Murator. p. 1501, 2. Mox MS. Bud. et Guelf. a manu sec. *vendicata.* Male. Post idem Guelf. *indicii.* Ern.

jussit, conquisitos lectitatosque, donec cum periculo parabantur : mox licentia habendi oblivionem adtulit.

LI. Sed gravescentibus in dies publicis malis, subsidia minuebantur : concessitque vita Burrus, incertum valetudine, an veneno. Valetudo ex eo conjectabatur, quod in se tumescentibus paullatim faucibus, et impedito meatu, spiritum finiebat. Plures, jussu Neronis, quasi remedium adhiberetur, illitum palatum ejus noxio medicamine, adseverabant : et Burrum, intellecto scelere, cum ad visendum eum princeps venisset, adspectum ejus aversatum, sciscitanti hactenus respondisse, « Ego me bene habeo. » Civitati grande desiderium ejus man-

96. *Quod in se tumescentibus paullatim faucibus. In se* non placebat. Putabam *quod insuetum tumescentibus. vana tumens* apud Virgil. 11, 854. Sic *rarum* saepe alibi. Vid. Ann. 2, 15. Sed *in se* probum est. Seneca ep. 95. de crapula : *Inde suffusio luridae bilis, et decolor vultus, tabesque in se putrescentium, et retorti digiti articulis obrigescentibus.* Deinde *spiritus finiebat*, ut 6, 50.

Valetudine an veneno. Sic Rhen. ex scriptura, ut ait, regii codicis, i. e. Bud. quod secus est, nam is clare habet *valitudine aut veneno*, ut Puteol. Beroald.

Quod in se tumescentibus. Muretus corrigit *intumescentibus*. Placet. Certe *in se* vitiosum est. Ern. *In se* idem esse ac *per se* autumat Hiller. Rac. 39. Sic *per se* quaedam *intumescere* docet Celsus 7, 2. i. e. *vitio intus orto.*

Impedito meatu spiritum finiebat. Haec corrupta esse credo, legendumque : *et imped. meatu spiritus, finiebat*, sive etiam *finierat. Spiritus meare* dicitur, ut ap. Curtium 3, 5. *Finire* autem simpliciter pro mori, noster cum aliis dixit 6, 50. Id ignorans librarius e *spiritus* fecit *spiritum*. Adjuvat MS. Guelf. in quo est *spiritu*. Litera *s* absorberi potuit ab initiali sequentis verbi. Denique haec conjecerunt homines post mortem Burri. Itaque melius *finierat* ; quod et sequentia desiderant. Ern. *Animam finire* Ovid. dixit Met. 7, 591.

Illitum palatum ejus. Ejus habent MSS. Flor. Guelf. et edd. vett. ante Rhen. qui auctore MS. Bud. delevit, ut mox *eum*. Tacitus, etsi brevitatem alias affectans, libenter hoc pronomine sine necessitate utitur, ut supra jam notavimus. Item infra hoc capite *veterem imp. atque inf. in eo secutus*. Cicero et Livius sine *in eo* dixissent. c. 59. *talem eum centurio trucidavit.* Sufficiebat *talem*. c. 62. *accitum eum Caesar admonet.* Ciceroni et Livio suffecisset *accitum Caesar admonet* : quamquam et Livius interdum sine necessitate pronomen addit. V. not. ad Suet. Caes. 7. Ern.

Aspectum ejus aversatum, scisci-

sit, per memoriam virtutis, et successorum alterius segnem innocentiam, alterius flagrantissima flagitia et adulteria. Quippe Cæsar duos prætoriis cohortibus imposuerat: Fenium Rufum, ex vulgi favore, quia rem frumentariam sine quæstu tractabat: Sofonium Tigellinum, veterem impudicitiam atque infamiam in eo secu-

97. *Sine quæstu tractabat.* Forte *sine questu.* Sine querela plebis. Infra c. 60., *Inde crebri questus, nec occulti, per vulgum.* — 98. *Veterem impudicitiam atque infamiam in eo secutus.* Forte *veterem impudicitiæ atque infamiæ vitam in reo sec.*

tantique hactenus respondisse, Ego me bene habeo. Heinsius sic distinguit: *sciscitantique, hactenus, respondisse, ego me bene habeo.* Acute: et illud *hactenus*, ut Burri, non Taciti, etiam præfert Aurelii lectio, verba ista, *hactenus ego me bene habeo*, alio charactere formata exhibens. Commode tamen, *hactenus respondisse*, potest excudi, hoc tantum. Vide Observ. in Eccles. cap. 22. In eo autem responso quæ vis sit, dicet Seneca Epist. 24. *sicut illum Cn. Pompeii socerum Scipionem, qui contrario in Africam vento relatus, cum teneri navem suam videret ab hostibus, ferro se transverberavit, et quærentibus, ubi imperator esset, Imperator, inquit, bene se habet. Vox hæc illum parem majoribus fecit et fatalem Scipionibus in Africa gloriam non est interrumpi passa*, etc. Gron. Hoc verum. Sed MS. Flor. (et Bud.) et ed. pr. habent *sciscitanti*, sine copula *que*: quod secutus sum. Mox ed. pr. *flagitia adultima*: vitiose pro *adulteria*. Etiam a Flor. abest copula. Sed, nisi Tacitum parum accurate scripsisse dicamus, hic aliud quid latet. Nam *adulteria* sunt in *flagitiis*. Nisi vero voluit generi hanc speciem addere, ut in quam in primis flagitiosus esset. Post Rhen. malebat *tractaverat*. Immo *tractarat*. Exn. Bud. *tractabat*.

Sofonium Tigellinum. Tigellinum libri appellant, et Græci, quibus semper Τιγελλῖνος. Sopronium corrupte epitoma Dionis: Ofonium Tacit. H. 1, 72. Quod sit de vetere infamia, intelligit, credo, stuprum ejus cum Agrippina matre Neronis: qua caussa a Caio in exsilium pulsus. Dio 59, 23. ἐν τούτοις δὲ τότε φεύγουσι, καὶ ὁ Τιγελλῖνος ὁ Σωφόνιος, ὃς καὶ Ἀγριππίνᾳ μεμοιχευκὼς, ἐξέπεσεν. Mentio clara hominis, immo brevis vitæ descriptio, in scholiaste veteri Juvenalis ad versum 1, 155., *Pone Tigellinum. C. Fulcinius* (corrigendum, *C. Ofonius*) *Tigellinus, patre Agrigentino, Scylaceum relegatus juvenis, egens, verum admodum pulcher, in concubinatum a Bincio et Lucio Domitio maritis Agrippinæ et Fulviæ sororum Cæsaris, atque in utriusque uxoribus suspectus, ob hoc urbe summotus.* Plura illic vide, sed hæc corrige: *a Vincio et Lucio.* Itemque *Agrippinæ et Liviæ sororum C. Cæsaris.* Nihil certius. Nam M. Vinicius Liviam Germanici filiam uxorem habuit, et L. Domitius Agrippinam. Tacitus 6, 45. Idem Tigellini nomen corruptum odoror in Egesippi 4, 20. ubi de

tus. Atque illi pro cognitis moribus fuere: validior Tigellinus in animo principis, et intimis libidinibus adsumptus: prospera populi et militum fama Rufus: quod apud Neronem adversum experiebatur.

99. *Quæ illi pro cognitis.* Sic et cod. Agr. Sed emendat pro *ingenitis.* — 100. *Ex intimis libidinibus. Et in intimis* cod. Agr. et Vatic. lege *et intimis libidinibus.*

Nerone. *Et ideo*, inquit, *nequissimis se Nymphidio et Gemellino præcipue credendum putavit.* Gemellinum hunc nusquam reperias, et suppone fidenter *Tigellino.* Adprobat, quod ipse subdit desertum Neronem ab utroque: quod historiæ, et nominatim de Tigellino Tacitus, prodiderunt. Lips. *Offonium* vel *Ofonium Tigillinum* vett. edd. usque ad Lipsium. Ern. Sic et Bud.

Ac quæ illi pro cognatis moribus. Non displicet Farnesiana scriptura. *Atque illi procognitis moribus fuere.* id est, præscitum antea, qui mores utriusque. Vatic. refert, *progenitis moribus.* Tentabam, *pro gentis majoribus.* Quasi commendatione vitiorum pro natalibus usus. Humilitatem quidem generis ejus notat idem Tacitus H. 1, 72., *Sophonius Tigellinus obscuris parentibus, fœda puerilia.* Forte et sic leg. *ut qui illi pro geminis moribus faveret.* Geminum, simile. Emeritus ergo Tigellinus favorem Neronis similitudine morum vitiorumque. Sed, ne dissimulem, Farnesiana lectio firmari omnino a Victore videtur, phrasim hanc æmulante, immo sumente a Tacito, in Othone: *Qui potentia dies fere quinque et octoginta, præcognitis moribus, potitus, postquam a Vitellio pulsus est, mortem sibi conscivit.* Atque ita Victor: tamen ingeniosus Mercerus divisim illa Farnesiani codicis legebat: *illi pro cognitis*: tales, quales jam ante noti. Lips. Sive potius, ita valuere, ut mores cogniti cujusque ferebant. Ita certe vult Mercerus, atque id sequentia desiderant; in quibus explicatur distincte de singulis, quid sit, *pro cognitis moribus esse.* Ceterum correctionem Merceri recepit primus Pichena, quem ceteri secuti sunt. MSS. Fl. (Bud.) Guelf. *atque illi pro cognatis moribus fuere*: quod J. Gronovius explicat *congenitis*, quos juvenes velut insitos secuti erant, nec ad honores provecti emendarant. Mirum. Immo, si Tacitus ita dedit, sensus est: ita apud quemque favorabiles fuere, ut cuique similes moribus erant. Nam ut Græcis σύμφυτος est, pro similis, sic *cognata* Latinis, similitudine quadam inter se conjuncta, similia. Ryckius e cod. Agr. dedit: *quæ illi pro cognitis moribus fuere.* Male. Ed. pr. *atque illi prægenitis moribus fuere.* Ern.

Ex intimis libidinibus. Vatic. *in intimis*, esset, ad intimas libidines electus. Lips. MS. Flor. *et intimis*, ut edidit Rhen. (e Bud.) Consentit ed. pr. nisi quod est *et in intimis*: idque secutus sum cum J. Gron. *Ex intimis* est a Puteolano. Sed id h. l. non convenit. Esset enim, cum ante intimis ejus libidinibus conscius fuisset. Atque socius potius et adjutor nunc sumitur. Ceterum sic etiam est in Guelf. Ern. In Rhen. 1544. errore typographi servatum est *ex*, etsi cas-

LII. Mors Burri infregit Senecæ potentiam; quia nec bonis artibus idem virium erat, altero velut duce amoto, et Nero ad deteriores inclinabat. Hi variis criminationibus Senecam adoriuntur, « tanquam ingentes et privatum supra modum evectas opes adhuc augeret, quodque studia civium in se verteret, hortorum quoque amœnitate et villarum magnificentia quasi principem supergrederetur. » Objiciebant etiam, « eloquentiæ laudem uni sibi adsciscere, et carmina crebrius factitare, postquam Neroni amor eorum venisset. Nam oblectamentis principis palam iniquum, detrectare vim ejus equos regentis; illudere voces, quotiens caneret. Quem ad finem nihil in rep. clarum fore, quod non ab illo reperiri credatur. Certe finitam Neronis pueritiam, et robur juventæ adesse. Exueret magistrum, satis amplis doctoribus instructus majoribus suis. »

LIII. At Seneca criminantium non ignarus, prodentibus iis, quibus aliqua honesti cura, et familiaritatem

101. *Postquam Neroni amor eorum venisset. Eorum amor evasisset* cod. Agr. Forte, *Neronem evasisset.*

tigationes profiteantur positum *et*.

Ad deteriores inclinabat. Bud. habebat *ad terrores*, unde 2. m. *ad errores*, truncato vocis capite.

Et privatum modum evectas. Sic recentiores: unde colligo in MS. Flor. nullam esse præpositionem (nec est in Bud. nisi a 2. m.). At vett. edd. inde a Puteolano omnes *supra modum.* Sane *evectas* præpositionem desiderat: nec dicitur pro *egressas*, aut *supergressas*, sed est simpliciter *sublatas*. Quia ergo illud *supra* e MSS. est: quippe quod est et in Guelf. restitui. In ed. pr. est *et in privatum modum.* Unde conjicias *et ultra privatum modum.* (sic cod. Agr.) *Privatim* male Puteol. Beroald. et Alc. (*privatum* Rhen. e Bud.) Dein Guelf. *hortorumque am.* Mox *quasi* est propemodum. Cic. Acad. 4, 26. *quasi pedalis.* Pro *supergrederetur* (quod in Bud.) MS. Guelf. *prægrederetur.* Ern.

Carmina crebrius factitare. Tragœdiasne, quæ ejus nomine feruntur? Non, opinor, et alibi videro. Lips.

Exueret magistrum. Relinqueret, amoveret: a Græcis sumptum; qui dicunt ἐκδύσασθαί τινα, pro repudiare, in primis de magistris. Sequens sententia est e Cic. ad Div. 1, 7. extr. Ern.

ejus magis adspernante Cæsare, tempus sermoni orat: et accepto, ita incipit: « Quartusdecimus annus est, Cæsar, ex quo spei tuæ admotus sum: octavus, ut imperium obtines: medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulasti, ut nihil felicitati meæ desit, nisi moderatio ejus. Utar magnis exemplis, nec meæ fortunæ, sed tuæ. Abavus tuus, Augustus, M. Agrippæ Mitylenense secretum; C. Mæcenati, urbe in ipsa, velut peregrinum otium permisit: quorum alter bellorum socius, alter Romæ pluribus laboribus jactatus, ampla quidem, sed pro ingentibus meritis, præmia acceperant. Ego quid aliud munificentiæ tuæ adhibere potui, quam studia, ut sic dixerim, in umbra educata? et quibus claritudo venit, quod juventæ tuæ rudimentis adfuisse vi-

109. *Quod juventæ tuæ rudimentis affuisse videor.* Scribe, *quod juventæ tuæ rudimentis adfui, tulisse videor grande hujus rei pretium*: et paullo ante *munificentiæ tuæ*, quomodo cod. Agr. Forte et *quid munificentiæ tantæ redhibere potui*, pro *adhibere*. *Redhibere* pro *reddere* Plauto non semel. Vide Nonium et Festum, et jurisconsultos. Forte et Symmacho reddendum Ep. 3, 1., *tantum redhibeam beneficii*, pro *tribuam*. Vide Juretum p. 171. Reliqua adhuc corrupta sunt. Nam quid est *e quibus claritudo venit*, et fortassis illa tollenda. Sed scribe, *e quibus rara claritudo venit*, vel *provenit*.

Atavus tuus Augustus. Immo *abavus*. Lips. Sic ipse noster vocat supra 13, 34. unde cum Ryckio recepi. Ern. Cf. Seneca de Clem. 1, 10.

Quid munif. adhibere. MS. Agr. addit *tuæ*. Sensus est, qua re potui promereri munificentiam tuam: qui sine illa vocula non constat. Itaque recepi. Secutus est Broterius, qui idem in MSS. tribus reperit. Ern. In Bud. deest.

Studia in umbra educata etc. Quæ in vita privata tractavi, formavi. Sumptum e Cicerone, ni fallor: apud quem de Legg. 3, 6. etiam sunt *umbracula eruditorum* et *otium*, quæ opponuntur *soli et aciei*, h. e administrationi reip. Non hic de schola cogitandum cum Pichena, ut jam monuit Freinsh Etiam *educata oratio* est ap. Cic. Ern. Potius *eloquentia*. Sic in Orat 13

E quibus claritudo venit. Sic. ed. pr. et seqq. omnes. At J. Gronov. e MS. Flor. *et quibus*, ut conjecerat Acidalius. Mox *circumdedisti* MSS. Flor. Bud. Guelf. recepit Pichena. Veteres edd. omnes (in his Rhen.) *dedisti*. Deinde Fl. Bud. Oxon. edd. pr. veteresque omnes *meipse*, quod temere in *meipsum* (a Rhen. quoque) mutatum, restituit Ryckius. Ern *Et quibus* nexus postulat. Ita quoque habebat Bud. a 1. m. Usum verbi

deor, grande hujus rei pretium. At tu gratiam immensam, innumeram pecuniam circumdedisti : adeo, ut plerumque intra meipse volvam : egone, equestri et provinciali loco ortus, proceribus civitatis adnumeror? Inter nobiles, et longa decora præferentes, novitas mea enituit? Ubi est animus ille, modicis contentus? Tales hortos instruit, et per hæc suburbana incedit, et tantis agrorum spatiis, tam lato fenore exuberat? Una defensio occurrit, quod muneribus tuis obniti non debui. »

LIV. « Sed uterque mensuram implevimus, et tu, quantum princeps tribuere amico posset, et ego, quantum amicus a principe accipere. Cetera invidiam augent.

103. *Novitas mea enituit. Emicuit* cod. Agr. non male. Tanquam subito exorta novitas. — 104. *Et per hæc suburbana incedit.* Scribe, *et pleraque suburb. insedit. Villam insidere* Ann. 4, 67. 13, 54. — 105. *Cetera invidiam augent.* Cod. Agric. *ceterum invidia agimur* pro *angimur*, vel *tangimur*.

circumdare apud nostrum dabit Index. Unde sciat Ern. in Bud. legi *me ipse*, non capio. Saltem in Castigat. Rhenanus id tacet, nisi forsan in edit. sua priore a. 1519. dederit, quæ in altera a. 1544. desiderantur. Prior ista mihi non ad manus.

Longa decora. I. e. antiqua. v. ad c. 31. *decora* sunt majorum imagines et eorum honores, res gestæ. Sed MS. Flor. et ed. pr. *cura*, quod J. Gronovius factum conjicit e *jura*. Mox MS. Reg. et ed. pr. *emicuit*. Ern. Bud. *decora* a 2. m. Idem *enituit*.

Hortos instruit. Vides hic opes Senecæ in villis, agris, pecunia. Sed quid est *instruit?* referri ad statuas, tabulas, aliumque ornatum potest : etsi Flor. codex, *exstruit* : quod ad ædificia ibi superba et nova. Lips. *Exstruit* cum MS. Flor. habet ed. pr. Simile supra fuit, *hortos extollebat :* unde non omnino spernendum putem. Ed. pr. etiam *talis*. In verbo *incedit* est significatio ostentationis et superbiæ, de qua sæpe viri docti dixere. V. Cort. ad Sall. Jug. 31. *Fenore* possis etiam ad reditus ex agris referre : primum propter epitheton *lato* : deinde quia c. 55. *horti, fenus et villæ ;* nulla *agrorum* mentione. Ern. *Exstruit* habet et cod. Agr. Sed Bud. *instruit*. De his Senecæ divitiis vid. et Juven. Sat. 10, 16.

Cetera invidiam augent. MS. Flor. *agent ;* quod J. Gron. factum putat ex *alent*. Sic et ed. pr. ubi antiqua manus correxit *augent*. Confundi *agere* et *alere*, notum est. V. viros doctos ad Cicer. pro Arch. c. 7. et Virgil. Æn. 5, 231. Nec *agent* absurdum, aut ab h. l. alienum. Dicitur enim pro acuere, excitare, incitare, ἰρεθίζειν. V. Gebh. ad Liv. 10, 14. Sed tamen *augent* verum puto,

Quæ quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem jacent; sed mihi incumbunt: mihi subveniendum est. Quomodo in militia, aut via, fessus adminiculum orarem; ita, in hoc itinere vitæ, senex, et levissimis quoque curis impar, cum opes meas ultra sustinere non possim, præsidium peto. Jube eas per procuratores tuos administrari, in tuam fortunam recipi. Nec me in paupertatem ipse detrudam; sed traditis, quorum fulgore præstringor, quod temporis hortorum aut villarum curæ seponitur, in animum revocabo. Superest tibi robur, et

106. *In militia aut via fessus. Militiæ aut viæ fessus* puto. Cod. Agric. *in militia labore aut via fessus.*

cui non raro in MSS. *agere* substituitur, ut ap. Livium, l. c. Vid. ibi Drakenb. item ad 3, 3. 27, 9. Add. infra ad c. 58. etiam 15, 10. pro *augeretur* ed. pr. *ageretur*. Nec futurum huic loco convenit. Ern. Bud. *augent*. Bene.

Infra tuam magn. jacent. Jacent et mox *incumbunt* MS. Guelf. (et Bud.) edd. pr. Puteol. Beroald. Alc. ut ad *cetera* referantur: quod restitui. Adjuvant *mortalia*, quæ melius de bonis humanis, quam de vitiis, velut invidia, capiuntur: item sequentia: *quomodo in militia* etc. in primis verba, *cum meas opes ultra sustinere non possim. Cetera* quæ sint, vid. c. 56. extr. Ceteri libri edd. habent *jacet* et *incumbit*: quæ lectio orta est ex eo, quod ad *invidiam* referri putabant. Ern.

Quomodo in militia. Intellegit optiones, quia adjutores centurionibus dati. Festum corrigo, *Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur accensus. Is adjutor dubatur centurioni a tribuno militum, qui ex eo tempore, quem velint, centurionibus permissum est optare, et nomen ex facto sortitus est.* Legoque, *a tribuno, militemque ex eo tempore*. Lips. Mox ed. pr. *possum*. Post *eas* abest a Guelf. Ern. Bud. pro *quomodo* male *quo*. Dein *eas* non habet. Per *adminiculum in militia* J. Fr. Gron. referente et probante Ryckio, potius caussariam missionem intelligit. Vox ipsa *adminiculi* petita ex agricultura. V. Sen. de Clem. 2, 7.

In tuam fortunam recipi. Non in fiscum publicum, ut proscriptorum bona. V. Gutherius de Officiis domus Augustæ 3, 27. p. m. 784.

Quorum fulgore perstringor. Cannegieterus Diss. ad Avian. p. 320. corrigit *præstringor*. Verum videtur. Cic. Vatin. 10. *Dignitas et splendor præstringebat oculos Vatinii*: ubi similiter quidam MSS. et edd. *perstringebat*. Adde Drakenb. ad Silium 1, 358. Sensus est: relictis iis, quorum invidia mihi obest, tempus omne animo impendam, quod hortorum et villarum cura absumit. Ern. Bud. *perstringor*. Sed omnino *præstringor* rectius, quod et Bip. recepere.

tot per annos nixum fastigio regimen: possumus seniores amici quieti respondere. Hoc quoque in tuam glo-

107. *Et tot per annos nixum fastigii regimen.* Forte *et in tuta tot per annos enisum fastigii regimen. Visum fastigii* cod. Agr. 15, 29. *Omissis præcipitibus tuta et salutaria capessere.* — 108. *Possumus seniores amici quiete respondere.* Puto *quietem per te spondere*, vel, ut Lipsius, *jure spondere*: vel *quietem respondere* cod. Agr. v. Gron. Obs. 2, 4., *quietem curis spondere;* paullo ante, *levissimis curis imparem* se dixit; vel, *quieti respondere.* Sc. ad quam nos senium ipsum invitat. *favor non respondet meritis*, Horat. Ep. 2, 1, 9. *optatis fortuna respondet* Cicero ad Fam. ep. 2, 1. et similia.

Et tot per annos nixum fastigii regimen. Hæc vitiosa esse, facile intelliget, qui attenderit perspicueque volet interpretari, conservata latinitate. Nam, quod Maphæus, per tot annos sustinuisse imperii onus: Gronovius Obs. 2, 4. bene magno tempore fundata potentia: bonus sensus est; sed e contextu sumptus, non e verbis ipsis, in quibus ille non inest. Nec probabilis Grotii conjectura *enisum fastigio* i. e. ad fastigium. Grotianæ sententiæ sufficeret *nixum*. Cicero Planc. 28. *huc per me nixus ascendi*. Sed illa sententia ab h. l. aliena. Idem ille J. F. Gronovius ap. Ryckium conjicit *nixum fastigio*: ut *fastigium* dictum sit pro imperio, potentia, ut 15, 1. Sed et hic manet difficultas, quod non convenit *tot per annos*. Illud mihi videtur esse clarum, hoc quæri: an Nero jam per se, sine Senecæ auxilio, possit imperare. Ei sententiæ quæ lectio vel correctio maxime convenit, ea est optima. Sed ei sic satis congruit lectio MSS. (Bud.) Agr. Guelf. ed. pr. *tot per annos visum fastigii regimen*. Vidisti, inquit, tot per annos, quomodo summum imperium tractari, respublica regi debeat, habesque adeo usum rerum idoneum, ut tibi non amplius opus sit auxilio meo. Sed vereor, ut satis prudenter ista dicta sint, et sine offensione Neronis dici potuerint; et ne *visum* factum sit e *nisum*, ut factum passim in libris veteribus. V. Heins. ad Ovid. A. A. 2, 660. Drakenb. ad Sil. 5, 284. item ad Livium pluribus locis. Interim nihil melius aut vidi, aut ipse excogitare potui. Ern. Hiller. Rac. 10. legit *fixum fastigii regimen*, eo sensu, quo ap. Cic. Ac. Q. 4, 9. *stabile, quod movere nulla ratio queat.* et pro Rabirio 9. Verum, quæ addit de imperiis ex stoica doctrina fato fixis, ab hoc loco sunt aliena. Probo emendationem Bip. *nixum fastigio* i. e. imperatoria dignitate. Favent huic sententiæ loca nostri 14, 1. H. 1, 16. 2, 76. Sed ita jam Ryckius cum J. Fr. Gronovio.

Possumus seniores amici. Non usquequaque placet. Vatic. *quietem* præfert. Fortean, *possumus seniores amici quietem jure spondere*. Fuit, cum inculcatam vocem e sequenti linea putarem, legeremque rejecta, *poscimus seniores amici quietem*. Quid si, *quietem respondere?* Apulcius phraseos hujus approbator Apol. 2. *Hascine gratias bonus filius matri respondes?* Lips. At tu vide, si lubet, Observ. 2, 4. Gron. Ibi sic interpretatur: nos seniores amici satisfacimus tibi etiam quiete, otium lacessendo, et in reliquum viribus tuis confidendo. Quo

riam cedet, eos ad summa vexisse, qui et modica tolerarent. »

LV. Ad quæ Nero sic ferme respondit : « Quod meditatæ orationi tuæ statim occurram, id primum tui muneris habeo, qui me non tantum prævisa, sed subita expedire docuisti. Abavus meus, Augustus, Agrippæ et Mæcenati usurpare otium post labores concessit : sed in ea ipsa ætate, cujus auctoritas tueretur, quidquid illud et qualecumque tribuisset : attamen neutrum datis a se præmiis exuit. Bello et periculis meruerant : in his enim

109. *Qui et modica.* Lege *qui e re modica tolerarent.* Ann. 4, 40., *an in iisdem penatibus tolerandum haberet.*

sane interpretatio valde arridet. Sed tamen hic restat mihi scrupulus, quod ita sententia hæc non satis apta argumento Senecæ. Vult abire cura reip. h. e. ad quietem et otium redire. Tu vales ætatis robore, et habes imperium satis firmum. Ergo ego senex possum deponere illud onus. Quod sane non satis commode videtur exprimi per *satisfacere quiete.* Etiam MSS. Vatic. Bud. ed. pr. habent *quietem :* forte et Flor. quod plerumque ille cum pr. ed. consentit. Non abhorrebat animus a conjectura, Tacitum scripsisse, *possumus seniores amici quietem repetere* vel *resumere.* Error in verbo oriri potuit, quod mox est *respondit : quiete* primus edidit Puteol. idemque exhibet Guelf. Sed sensus forte est ; possumus vicissim quietem sumere, vel quiete uti, posteaquam tu, nobis laborantibus quievisti ; quod *respondere* esse potest e Græcorum imitatione, qui ἀντιστρέφειν sic dicunt, et ἀντίστροφα. Et sic alii quoque *respondere* dixere. Broterius mavult cum Petavio *quietem respicere.* Ern. Heinsius egregie conjicit *quieti respondere.* Sic et Bip. Hiller. Rac. 10. volebat *quietem retinere.*

Ad summa vexisse. Heins. *evexisse.* Non male.

Qui tolerarent. Sic ed. pr. Rhen. (e Bud.) et seqq. at Puteol. Ber. Alc. *tolerarunt.* et sic fuit in Guelf. a man. pr. Ern.

Avus meus Augustus. Legam, ut supra, *abavus.* Lips. Quod rescripsi. Ryckius mire : *avos latina lingua etiam ultra secundum gradum vocat.* Recte. Verum, ubi pro majoribus ponuntur, et non nisi in plurali : *avum meum* posse de alio, quam de mei parentis patre, dici, id vero etiam atque etiam nego. Mox MS. Flor. (et Bud.) *ac tamen*, quod et Mureto et Acidalio placebat. Vulgatum probo. Mox *in ea ipsa ætate.* An *ipso?* Ern. *Ipse* cod. Agr. Probant Faern. Heins. Lall.

Quicquid illud etc. Illud abest a cod. Agr. Faernus malebat *illis*, quod placet Lall.

Bello et periculis meruerant. Sic Guelf. ed. pr. Rhen. (e Bud.) et

juventa Augusti versata est. Nec mihi tela et manus tuæ defuissent, in armis agenti. Sed quod præsens conditio poscebat, ratione, consilio, præceptis pueritiam, dein juventam meam fovisti. Et tua quidem erga me munera, dum vita suppetet, æterna erunt : quæ a me habes, horti et fenus et villæ, casibus obnoxia sunt. Ac, licet multa videantur, plerique, haudquaquam artibus tuis pares, plura tenuerunt. Pudet referre libertinos, qui ditiores spectantur. Unde etiam rubori mihi est, quod, præcipuus caritate, nondum omnes fortuna antecellis. »

LVI. « Verum et tibi valida ætas, rebusque et fructui rerum sufficiens : et nos prima imperii spatia ingredimur : nisi forte aut te Vitellio ter consuli, aut me Claudio postponis. Sed, quantum Volusio longa parcimonia quæ-

10. *Et manus tuæ defuissent. Manus tua defuisset.*

seqq. At Puteol. Ber. Alc. *bellis.* Acidalius autem putabat excidisse *at.* Est enim objectio. Ern.

Et tua quidem etc. Primum non redundat, ac pæne ineptum est, *dum vita suppetet.* Vereor, ut genuinum sit. Deinde ed. pr. *obnoxiæ*, et mox *inferre pro referre.* Mox *rubori mihi est* et Livius dixit 45, 13. Ern.

Et fructui rerum sufficiens. Fructui contra JCtum parisiensem, qui *functui* corrigebat, late defendit Salmasius ad Jus Att. et Rom. c. 16, p. 373. Ern.

Claudio præponis. Si quid video, aut negatione insita scribend. *non præponis* : aut mutandum in *postponis.* Certe et Nero judicio ante Claudium : et Seneca omni re ante Vitellium. Lips. *Postponis* et aliis placitum. Et id esse in MS. Fl. auctor J. Gron. in Reg. Broterius, qui recepit in textum, quem sequor. Interpretatio vulgati : nisi plura Vitellio te accepisse, me plura Claudio dedisse putas, angustior est, quam pro re et antecedentibus. Ern. Vulg. *præponis* tuetur post Salinerium Pichena. In *postponis* recentiores omnes conspirant. (* Etiam D. de Lamalle.) Bud. *præponis.* Agr. *anteponis.*

Volusio longa parcimonia. Dixi supra : addo, hoc nomen in Vatic. constanter semper scribi, *Volusino.* Porro de divitiis Volusiorum Silii egregius locus est, huc alludentis 5, 261., *Occumbis, generose Volux, nec clausa repostis Pondera thesauris, patrio nec regia quondam Præfulgens ebore et possessa mapalia soli Profuerint.* Lips. Broterius corrigit *vel quantum* aut *et q.* cum Acidalio, quod placet. Ed. pr. *Volusino.* Ern. In Bud. a 2. m. *sed si q.* Agr. *sed an. q.*

sivit, tantum in te mea liberalitas explere non potest. Quin, si qua in parte lubricum adolescentiæ nostræ declinat, revocas; ornatumque robur subsidio impensius regis. Non tua moderatio, si reddideris pecuniam; nec quies, si reliqueris principem; sed mea avaritia, meæ crudelitatis metus, in ore omnium versabitur. Quod si maxime continentia tua laudetur, non tamen sapienti viro decorum fuerit, unde amico infamiam paret, inde gloriam sibi recipere. » His adjicit complexum et oscula, factus natura et consuetudine exercitus, velare odium fallacibus blanditiis. Seneca (qui finis omnium cum dominante sermonum) grates agit : sed instituta prioris potentiæ commutat : prohibet cœtus salutantium : vitat

111. *Ornatumque robur subsidio.* Puto *orbatumque roboris subsidio. Orbatus spe salutis*, et similia sunt apud Ciceronem. — 112. *Infamiam parat. Paret* cod. Agr. Bene. Possis et *pariat.* Deinde his *adjecit* non *adjicit* cod. Agric.

In te mea liberalitas. MS. Flor. ed. pr. *in me mea libertas.* De quo vide J. Gron. Vulgatum verum. *Parcimonia* et *liberalitas* opponuntur apte. Ern. Bud. a 1. m. *in me mea liberalitas.*

Inornatumque robur. Inornati vox displicet, cum sequantur verba parum illi congrua. Malim, *inordinatumque.* Id est, incompositum ætatis hujus robur. Nec displicet sane Faerni, *innatumque robur.* Lips. Frustra conjecturis indulsere viri docti. Bene e MS. Flor. *ornatum* rescripsit Pichena : quo loco tamen ab alia manu additum i tradit. At MS. Agr. ed. pr. plane *ornatum* habent. Robur, quod tu præceptis, consilio ornasti, instruxisti. Ern. — *Robur* ætatis virilis D. de Lamalle. * Bud. *inornatumque. Ornatum* recepere certatim recentiores. Bip. non a *regis*, sed ab *ornatum* pendere judicant abl. *subsidio.*

Unde amico infamiam paret. Quod mihi olim sponte in mentem venit, e grammatica ratione, legendum esse *paret* pro vulg. *parat*, id deinde ap. Ryckium reperi esse in MSS. Flor. et Agr. e MS. Reg. protulit etiam Broterius. veteres edd. *parit* : id corrigere debebat Rhen. *paret*, non *parat* : quod omnes habent, usque ad Ryckium : item MS. Guelf. Ern. Bud. *parat.*

Factus natura. Libri ita. Vulgo, *facetus.* Lips. *Facetus* in quatuor MSS. reperit Broterius. Sed *factus* verum est. Ern. Bud. *facetus.*

Cum dominante sermonum. Quibusdam abest vox *sermonum* : nec ego requiram. Lips. At est in Flor. (Bud.) Guelf. ed. Puteol. seqq. Omisit Lipsius, restituit Pichena. Abest ab ed. pr. et MS. Reg. Ern.

comitantes; rarus per urbem; quasi valetudine infensa aut sapientiæ studiis adtineretur.

LVII. Perculso Seneca, promptum fuit, Rufum Fenium imminuere, « Agrippinæ amicitiam » in eo criminantibus: validiorque in dies Tigellinus, et malas artes, quibus solis pollebat, gratiores ratus, si principem societate scelerum obstringeret; metus ejus rimatur: compertoque, Plautum et Sullam maxime timeri, Plautum in Asiam, Sullam in Galliam Narbonensem nuper amotos; « nobilitatem eorum, et propinquos huic Orientis, illi Germaniæ exercitus, » commemorat. « Non se, ut Burrum, diversas spes, sed solam incolumitatem Neronis spectare: cui caveri utcumque ab urbanis insidiis præsentia; longinquos motus quonam modo comprimi posse? Erectas Gallias ad nomen dictatorium, nec minus suspectos Asiæ populos claritudine avi Drusi. Sullam inopem; unde præcipuam audaciam: et simulatorem segnitiæ, dum temeritati locum reperiret. Plautum magnis opibus, ne fingere quidem cupidinem otii, sed

Plautum et Sullam. De isto supra c. 22.

Præsentia; longinquos. Flor. (et Bud.) est *præsentiora:* ex quo alii, *præsentiore;* ego, *præsenti opera* vellem, si tamen vulgata mutanda. Lips. Freinshemius *præsenti cura*, quod in MS. Agr. repertum recepit Ryckius. Vulgatum verum puto. Ipsa præsentia in nonnullis rebus valet plurimum. Et hic clare opponitur *longinquitati.* Ceterum *præsentiora* etiam habet ed. pr. Ern. Heins. *præsenti cura* probat, inde τὰ *præsentiora* videtur ortum. Abhinc *præsentia* omne punctum tulit.

Nec minus suspectos. Scribo, *suspensos.* Lips. Nempe ut melius conveniat verbo *erectos*: quod elegantius sane foret, necessarium non est. Ern. Bip. recepere *suspensos.*

Sullam, simulatorem segnitiæ. Sæpe sic evenit: ut, qui maxime ambitiosi, occultent. Pulchre et ad Taciti lucem Seneca in Œdipo v. 682. *Certissima est regnare cupienti via, Laudare modica, et otium ac somnum loqui. Ab inquieto sæpe laudatur quies.* Ejusdem sententiæ illud nostri est: *cujus disparem mitioremque naturam contra interpretabatur.* H. 4, 86. Lips. Add. 13, 47. Ern. In loco Senecæ pro *laudatur* alii *simulatur.*

veterum Romanorum imitamenta præferre : adsumpta etiam Stoicorum adrogantia sectaque, quæ turbidos et negotiorum adpetentes faciat. » Nec ultra mora. Sulla, sexto die pervectis Massiliam percussoribus, ante metum et rumorem interficitur, cum epulandi caussa discumberet. Relatum caput ejus illusit Nero, tanquam præmatura canitie deforme.

LVIII. Plauto parari necem, non perinde occultum fuit, quia pluribus salus ejus curabatur; et spatium itineris ac maris tempusque interjectum moverat famam : vulgoque fingebant, « petitum ab eo Corbulonem, » magnis tum exercitibus præsidentem, si clari atque insontes interficerentur, præcipuum ad pericula. « Quin et Asiam favore juvenis arma cepisse, nec milites, ad scelus missos, aut numero validos, aut animo promptos : postquam jussa efficere nequiverint, ad spes novas transisse. » Vana hæc, more famæ, credentium otio au-

113. *Moverat famam. Foverat* malim, vel *commoverat.* — 114. *Una hæc more famæ credentium otio augebantur. Vanæ hæc* bene Boxhornius. An *vitio? odio* bene Gronov. sed scribe, *Vana hæc, more famæ, credentium studio alebantur,* vel *odio acuebantur.* Ann. 1, 69., *odia in longum jaciens.* Ubi nos vide. *alere dubitatione bellum* Ann. 3, 41.

Relatum caput ejus. MS. Flor. habet : *prælatum caput ejus.* Si *perlatum* esset, quod est in MS. Agr. probari posset. Atque sic conjiciebat fuisse Pichena; sed *relatum* eodem redire vidit. Id est in (cod. Bud. et) edd. omnibus : ut et mox c. 59. Mox, *quia pluribus* etiam ed. pr. in sequentibus, usque ad Rhenanum, est *quia a pluribus.* Ern. Rhen. Bud. secutus præpositionem sustulit.

Spatium itineris ac maris. A MS. Guelf. abest *ac maris.* Ern.

Petitum Corbulonem. I. e. tentatum, ut deficeret a Nerone, et cum Plauto consilia conjungeret. *Magnis tum,* quod e MS. Flor. dedit Pichena, etiam ed. pr. Eadem post *ut clari :* sive *ubi* verum est, sive *et si :* quod malim. Nam copula h. l. vix commode abesse potest. *Ut* etiam in MS. Guelf. sed in margine : in textu est *ne.* Ern. Bud. etiam habet *ne*, sed a 2. m. Sensus, qui præcipue esse exponeret periculis, ut impediret, ne clari etc. Si legas *si clari*, intelliges, si periculum immineret claris etc.

Hæc in ore famæ. Modius noster in Novoantiquis ep. 15. legit, *more*

gebantur. Ceterum libertus Plauti celeritate ventorum prævenit centurionem, et mandata L. Antistii, soceri, adtulit: « effugeret segnem mortem, otium: suffugium

115. *Otium suffugium.* Forte *odiosum supplicium* vel *otiosum*, id est, superfluum, nil profuturum. Sic *otiosus orator* Or. c. 18. *otiosus sententia* Quinctil. 1, 1. *otiosus sermo* 8, 2. Deinde lege, *magni nominis miserationem reperturam bonos, consociaturam audaces.*

famæ. et *augebantur.* Acute. Ita H. 4, 50. *More famæ in majus innotuere.* Lips. Vix est, ut non scripserit Tacitus *odio.* Sic H. 1, 51., *Sed plurima ad fingendum credendumque materies in ipsis castris odio, metu, et, ubi vires suas respexerant, securitate.* Gron. *More* verum esse docuit post MS. Flor. estque etiam in ed. pr. et MS. Agric. unde merito receptum a Pichena. Idemque Modii e conjectura recepit *augebantur*, cum ante esset *agebantur.* Recte. Vid. supra ad c. 54. *Credentium otio* feram, et habet commodum sensum. Si tamen *odio* placeat, legendum, opinor, erit *præsentium odio*, non *credentium*, ut alibi noster loquitur. Boxhornius non male notavit, illud *una* non satis commode poni in fine præcedentis orationis: sed, quod id mutari vult in *vana* (quamquam hæc verba non raro in libris permutantur) et ad sequentia referri, id non necessarium videtur. Placet tamen Broterio. Interpunctio vitiosa est. Quam nos e pr. ed. correximus. Ed. Puteol. interpungit post *hæc.* Vulgatam post *una* induxit Beroaldus. Ern. Dubium vix est, quin Boxh. verum viderit. Recipio *vana* cum Bip. (* Sic Brot. et D. de Lam.) Bud. habebat *more* a 1. m. Idem *agebantur.* Recte interpunxit Ernesti.

Otium: suffugium. Suspecta. Lips. Optime hunc locum emendatum puto a N. Heinsio, qui legendum putabat *odii suffugium.* Juvat MS. Agricolæ, qui habet *ocii suffugium. Odium* autem et *otium* facile confusa in libris, etiam ob scripturam. Solebant enim scribere per *c* librarii, ut etiam in ed. pr. semper exprimitur. *Mors segnis* est vel quæ infertur inulta ab aliis, vel quam sibi quis ipse infert inultus. Sensus ergo est, ne sineret se inultum perire. Nam talem mortem esse quidem odii suffugium, liberare ab odio; at nihil aliud nisi miserationem habere inanem: homines quidem misericordia moveri, si vir magnus tali morte pereat, sed eam misericordiam nihil prodesse. Petavius corrigebat *otiosum suffugium*, quod probat et Broterius (* et D. de Lamalle.) Sed *otiosum* lenius est pro re. Si esset *ignavum suffugium*, secus foret. *et* pro *at* sæpe Tacitus, vid. ad 5, 3. — * Mox *adveniebant* ed. pr. Rhen. sed Puteol. Ber. Alc. *veniebant.* Deinde legitima latinitas postulabat *referretur* et *permearet*: et sæpe in hoc genere peccatum in libris Taciti a librariis, vidimus. Ern. — Bud. *ocium* ubi 2. m. i. e. *tempus.* Bip. conjiciunt *ocius suffugium esse m. n. m.* quod illustrant ex Sall. Cat. 40. *miseriis suis remedium mortem exspectare.* Hiller. Rac. 22. tuetur vulg. Mihi locus interpunctione sanari posse videtur ita: *effug. s. m. otium: suff. et m.*

et magni nominis miseratione reperturum bonos, consociaturum audaces. Nullum interim subsidium adspernandum. Si sexaginta milites (tot enim adveniebant) propulisset; dum refertur nuntius Neroni, dum manus alia permeat, multa secutura, quæ ad usque bellum evalescerent. Denique aut salutem tali consilio quæri, aut nihil gravius audenti, quam ignavo, patiendum esse. »

LIX. Sed Plautum ea non movere. Sive nullam opem providebat inermis atque exsul, seu tædio ambiguæ spei, an amore conjugis et liberorum, quibus placabiliorem fore principem rebatur, nulla sollicitudine turbatum. Sunt, qui « alios a socero nuntios venisse » ferant, tanquam nihil atrox immineret; doctoresque sapientiæ, Cœranum Græci, Musonium Tusci generis, constantiam opperiendæ mortis, pro incerta et trepida vita, sua-

116. *Pro incerta et trepida vita.* Lege *præ.*

n. miseratione r. b. etc. *Miseratione* a 2. m. habet Bud.

Propulisset. Bud. male *protulisset.*

Quæ ad usque bellum evalescerent. Sic MS. Fl. Agr. (Bud.) Guelf. edd. omnes. Ab Oxon. abest *bellum.* Rhenanus conjicit: *quoad usque bellum evalesceret.* Ern.

Cœranum Græci, Musonium Tusci. Cœranus mihi irrepertus. Nisi quod Plinius Indice libri 2. inter auctores, quos delibitavit, recenset *Ceranum.* In Senecæ Ep. 66. valde celebratur hujus ævi *Claranus* quidam philosophus. Numquid ibi *Cœranus?* aut magis, in Tacito *Claranus?* Sed Musonius notior, qui Vulsiniis in Etruria natus, *equestris ordinis, studium philosophiæ et placita stoicorum æmulatus est*, ait noster H. 3, 81. Nomina illi C. Musonius Rufus, uti ex Tacito H. 4, 40. et Plinio colliges Ep. 3, 11. Supervixit ad imperium Vespasiani, ut jure culpes Suidam, interfectum eum a Nerone, bis adfirmantem. Vide eum in voce Μουσώνιος et Κορνοῦτος. Melius veriusque Philostratus 7, 16. qui Musonium Tyrrhenum in Gyaron insulam projectum a Nerone scripsit. Unde rediit, cum ille abiisset. Lips. Ed. pr. Puteol. *Cœranum*, quod restituit Rhenanus (e Bud.) cum in ed. Beroald. errore operarum factum esset *Cœtanum*, quodque secutus Alc. De Musonio adde Ryck. ad h. l. Ceterum a Guelf. totum hoc *Cœranum-generis* abest. Ern. De Musonio v. et 15, 71. ubi in exilium actus scribitur et de philosophia laudatur.

Constantiam opperiendæ mortis. Heinsius corrigebat, *oppetendæ mortis*, quod verum videtur. (et Boxh. probat.) in Guelf. est *opprimendæ*,

sisse. » Repertus est certe, per medium diei, nudus exercitando corpori. Talem eum centurio trucidavit, coram Pelagone, spadone, quem Nero centurioni et manipulo, quasi satellitibus ministrum regium, præposuerat. Caput interfecti relatum : cujus adspectu, (ipsa principis verba referam) « Quin, inquit, Nero, deposito metu, nuptias Poppææ, ob ejusmodi terrores dilatas, maturare parat, Octaviamque conjugem amoliri;

alterum in margine. Mox ed. pr. *et coram. P.* Ern.

Centurioni et manipulo. Parum proprie *manipulo.* Erant sexaginta tantum (v. c. 58.) : qui non faciunt manipulum, ut male Ferretus ad h. l. putabat. Dicitur igitur h. l. vel pro centuria, quæ sexaginta ad minimum habebat, aut pro manu quacunque. Pro centuria apud Tacitum dici, etiam Schelio ad Hygin. p. 4. placebat : ubi rectius h. l. usus esset. In locis, qui ibi e libro 1. laudantur, proprie verbum accipi potest. Ern.

Caput interfecti relatum. Non ergo idem hic ille Plautus, cujus necem Suetonius rettulit c. 35. Non hercle idem, multa obstant. Primum ille inter pueros, aut certe ætate inferior quam Nero (stupro enim ante mortem illi cognitus) : at iste grandior. Ille Romæ fuisse debuit, cum cæsus est : in Asia iste. Ille viva Agrippina ; hic mortua pridem interfectus. Itaque illum, cum libris aliquot verius est, A. Plautium vocari, filium fortasse ejus, qui de Britannis triumphavit. Cum nostro isto si confundis (quod faciunt plures) quomodo vel hac parte Tacitum cum Suetonio junges, qui diversissima Neronis verba depromunt ? Dio an de hoc Plauto locutus sit 62, 14. nescio. Τὸν γ' οὖν Πλοῦτον (scribo Πλαῦτον) ἀποκτείνας, ὄπειτα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ προσενεχθεῖσαν οἱ ἰδὼν, οὐκ ᾔδειν, ὄφη, ὅτι μεγάλην ῥῖνα εἶχεν. Nam et ea verba diversa ab istis. Quis tamen neget, quin et hæc potuerit adjungere ? Lips.

Referam. Bud. *referebant.* Mox *hujus modi.*

Quin, inquit. MS. Flor. (et Bud.) *Cur i. N. et posito metu.* Etiam MS. Guelf. edd. vett. ante Rhen. *cur*, sed mox *Nero deposito.* Hinc J. Gron. locum sic constituit : *Curre Nero, et.... maturare para.* Quod mihi non placet. Dixisset, opinor, *matura* et *amolire*, quam *para maturare.* Nam τὸ *para* ita jam esset in *curre.* Tacitus quidem alibi in tali cohortatione dixit *iret propere.* Sed semet aliosve incitantium maxime solennis particula *quin* est, ut nemo nescit. *Quin* confunditur et aliis locis cum *cur* et *cum* : quod pro *cur* in antiquis libris, ut etiam in MS. Guelf. h. l. scribebatur *quor.* Ceterum, si quis malit *paras*, non repugnem. Ern. In Bud. *Cur.... parat.* Ubi 2. m. præmisit verbo *non.* Hiller. Rac. 13. conjicit : *quin.... para.... amolire.* ubi *quin* hortantis est. *Paras* Mureti probat Acid. Pich. etsi hic vulg. non rejiciat.

quamvis modeste agat, et nomine patris, et studiis populi gravem? » Sed ad senatum literas misit, de cæde Sullæ Plautique haud confessus, verum « utriusque turbidum ingenium esse, et sibi incolumitatem reip. magna cura haberi. » Decretæ eo nomine « supplicationes, utque Sulla et Plautus senatu moverentur, » gravioribus tamen ludibriis, quam malis.

LX. Igitur accepto patrum consulto, postquam cuncta scelerum suorum pro egregiis accipi videt, exturbat Octaviam, « sterilem » dictitans. Exin Poppææ conjungitur. Ea diu pellex, et adulteri Neronis, mox mariti potens, quendam ex ministris Octaviæ impulit, « servilem ei amorem » objicere. Destinaturque reus, cognomento « Eucerus, » natione Alexandrinus, canere tibiis doctus. Actæ ob id de ancillis quæstiones, et vi tormen-

117. *Magna cura haberi.* Forte *magnæ curæ.* — 118. *Canere tibiis doctus. Canere per tibias* Med. et Agr. Lege *canere tibias perdoctus*, vel *canere perite tibia doctus.* H. 2, 8., *libertinus ex Italia citharæ et cantus peritus.* An *citharæ cantus? Perite audire* habuimus Ann. 14, 20. Possis et *canere pari tibia* pro paribus tibiis. *pares tibias* Lipsius. Male. De paribus tibiis vide Salmas. ad Flav. Vopiscum in Carino c. 19. *canere cithara* supra c. 14. et 15, 65. *tibia concinere* H. 5, 5. Deinde *natione Alexandrina* omnes scripti, bene.

Modeste agat, et. MSS. Flor. Guelf. edd. vett. ante Rhen. *ageret, nomini*: absorpta copula. Mox Guelf. edd. Puteol. Ber. Alc. *cædibus.* Ern. Rhen. *agat et* ex ingenio. *De cæde* e Bud.

Gravioribus tamen ludibriis quam malis. Vulgatam sic interpretabar: quæ severa tamen adulatio non tam aggravabat angebatque mala, indignas nimirum cædes Sullæ Plautique, quam mimica, vana, ludicra mala veris addebat. Gron. Recte Freinsh. pro *tamen* malebat *jam*: graviora fuisse illa ludibria ipsis malis. Mox *suorum* e MS. Flor. addidit Pichena. Est etiam in ed. pr. Neque commode abfuerit. Ern. *Jam* habet cod. Agr. *Suorum* Bud.

Eucerus natione Alexandrinus. Eucerus scripti et edd. *Eucærus* a correctione Freinshemii venit: qui putabat esse græcum Εὔκαιρος: quod incertum: Post *Alexandrina* MSS. Flor. (Bud.) Ox. Guelf. edd. vett. omnes. Ern.

Canere tibiis doctus. Flor. *canere per tibias.* An forte, *canere pares tibias?* Lips. *Per tibias* etiam ed. pr. Jac. Gron. comparat: *vita per virtutem acta.* Frustra. Mox MS. Guelf. vitiose *persistere satietatem* etc. Ern.

torum victis quibusdam, ut falsa adnuerent, plures perstitere sanctitatem dominæ tueri. Ex quibus una instanti Tigellino, « castiora esse muliebria Octaviæ » respondit, « quam os ejus. » Movetur tamen primo, civilis discidii specie : domumque Burri, et prædia Plauti infausta dona, accipit. Mox in Campaniam pulsa est, addita militari custodia. Inde crebri questus, nec occulti per vulgum; cui minor sapientia, et, ex mediocritate fortunæ, pauciora pericula sunt. His Nero, haudquaquam pœnitentia flagitii, conjugem revocavit Octaviam.

119. *Cui minor sapientia.* Malim, *cui vis minor sapientiæ.* Et deinde *parciora pericula*, non *pauciora.* — 120. *His haudquaquam Nero. His motus Nero an pœnitentia flagitii* cod. Agr. bene : quod Acidalius immerito conjecturam Agricolæ vocat.

Bud. *canere tibias* omisso *per*. Heins. conjicit *canere tibias perdoctus*. Hiller. Rac. 21. c. *tibiis perdoctus*, ut Cic. pro Balbo 27.

Ex quibus una. Nomen liberrimæ ancillæ, Pythias, ex Dione 62, 13. Lips.

Civilis dissidii specie. Id est, divortii. Lips. Immo *discidii*, ut est in MS. Flor. (Bud.) Guelf. Agr. ed. pr. aliquoties jam correctum sic in Tacito. Restituit h. l. Ryckius. Pro *movetur* sine necessitate viri docti (Faern. Pich. Acid. Heins.) corrigunt *amovetur*. Vid. dicta supra ad c. 32. Mox MS. Fl. (et Bud. a 1. m.) *domumque B. pr. Pl.* quod placet J. Gron. in ed. pr. est *prædiaque*. Ern.

His haud quaquam Nero. Mutila, fracta : et in quibus restituendis sine libris frustra allaborem. In eadem noxa, sequentia. In Agricolæ tamen codice notatum : *His motus Nero, an pœnitentia flagitii*. Sed ingenio, ut opinor, duce. Lips. Hoc tamen recepit Ryckius. *Motus Nero* sane etiam MSS. Oxon. Guelf. estque usitata Tacito formula *his motus*, etsi non perpetua. MSS. Flor. Bud Guelf. ed. pr. omnesque vett. *his* : quod Tacito non absonum, ut Pichena et Jac. Gron. jam docuere. 15, 12. *his atque talibus*. 15, 25. *talibus literis*. Si quid tentandum esset, mallem *ab his*. Sed *his* tenendum. Post *quamquam* MS. Flor. ed. pr. *tanquam* MS. Bud. Oxon. item Guelf. sed alio loco. *haud quaquam* edd. inde a Puteol. omnes. Utrumvis e duobus posterioribus placeat. *Nero* tamen vitiosum est, sive loco, sive scriptura : loco, si *tanquam* : scriptura, si *haud quaquam* : legendumque *vera*. Forte tamen alicui placeat scriptura libri Guelf., *His motus Nero, tanquam pœnitentia flagitii*. Broterius corr. *His motus Nero, haud quaquam p.* et sic edidit. Ern. Bud. *his tanquam* (sed hoc a 2. m. nam prius aderat *quamquam*) *Nero pœn.* etc. *His* scil. questibus motus. Ita jam Lampugn. et Pichena. Expressum esse particip. *motus* sequente *Nero*, *an* in cod.

LXI. Exin læti Capitolium scandunt, deosque tandem venerantur. Effigies Poppææ proruunt: Octaviæ imagines gestant humeris, spargunt floribus, foroque ac templis statuunt: repetitam venerantur. Itur et in principis lau-

121. *Deosque tandem venerantur.* Mendosum. Forte *deosque una devenerantur*, vel *ita devenerantur*. Possis et *deosque victima devenerantur*. Ann. 15, 71., *compleri interim urbs funeribus, Capitolium victimis.* Infra c. 64., *dona ob hæc templis decreta.* Ann. 15, 74, *Tum decreta dona et grates deis decernuntur. Deos devenerari* dixit Ovid. Ep. 2, 17.

Agr. et quidem a prima manu, testatur Ryckius. quod non impedit, quo minus ex ingenio librarii, ut alia ejus codicis, sit profectum. Ex Puteol. lectione *his haud quaquam Nero p. fl.* effinxit Acid. *his auditis, tanq. p. fl. Nero* etc. quod sequuntur Bip. ita: *his auditis Nero tq. p. fl.* Improbat id Hiller. Rac. 21. et ad lectionem Broterii redit, aut omisso *motus* efficit: *his Nero haudquaq. p. fl.* quæ fere vulgata, sic modice mutata, potest admitti, ni malis *his Nero tq. p. fl.*

Deosque tandem venerantur. Tandem eleganter additum ad indicandum desiderium rei factæ diuturnum. Longum nimis visum hominibus hoc videre; esse tamen deos, esse cœleste Numen, ut ille apud Livium ait. Lipsio olim suspectum τὸ *tandem*: sed mutavit sententiam. Mullerus intelligi mavult, *tandem*, post multas simulatas gratias diis actas, serio venerantur. Bona sententia est, sed non est in verbis Taciti. Ern. Bip. legunt *deosque laude venerantur*, ut 12, 37.

Spargunt floribus. Sparsio illa florum recepta in eos, quos honore honestos volebant, quosque benevolentia prosequebantur. Liv. 33, 33., *Omnes tendere ad imperatorem romanum, ut ruente turba in unum, adiré, contingere dextram cupientium, coronas lemniscosque jacientium, haud procul periculo fuerit.* Capitolinus in M. Anton. 4. *In Saliatu omen accepit imperii, coronis omnibus in pulvinar ex more jacentibus, aliæ aliis locis hæserunt, hujus velut manu capiti Martis aptata est.* Ubi recte scripseris *coronas*, et *jacientibus.* Ovidius de Germanico triumphante Trist. 4, 2, 49., *Quaque ibis manibus circumplaudere tuorum: Undique jactato flore tegente vias.* Herodianus 1, 18. de Commodi adventu in urbem: Τοιοῦτον δὲ θεασάμενοι τὸν Βασιλέα οἱ Ῥωμαῖοι εὐφημίας τε παντοδαπὰς καὶ στεφάνους καὶ ἀνθῶν βολὰς ὑπεδέχοντο. Virgilius Æn. 6, 884., *Purpureos spargam flores, animamque nepotis His saltem accumulem donis.* Lips.

Repetitum venerantium. Hæc est lectio antiquorum librorum, ut MSS. Flor. Bud. ed. pr. unde restituit Rhenanus, cum Puteol. et seqq. dedissent *venerantur*, ut est in Guelf. Cod. Agr. *expetitur venerantibus*, quod recepit Ryckius. Grotius conjiciebat *reperitur veneratio*: Harlæus *repetita veneratione*: sensu uterque commodo. At J. Gronovius propius ad scripturam *repetitu venerantium.* Jos. Nerius Anal. 1, 5. *repetitum venere Antium.* Carum oppidum Ne-

des. Jamque et palatium multitudine et clamoribus complebant, cum emissi militum globi verberibus et intento ferro turbam disjecere. Mutataque, quæ per seditionem verterant, et Poppææ honos repositus est. Quæ semper odio, tum et metu atrox, ne aut vulgi acrior vis ingrueret, aut Nero inclinatione populi mutaretur, provoluta genibus ejus; « Non eo loci res suas agi, ut de matrimonio certet (quamquam id sibi vita potius), sed vitam ipsam in extremum adductam a clientelis et servitiis Octaviæ, quæ plebis sibi nomen indiderint, ea in pace ausi, quæ vix bello evenirent. Arma illa adversus principem sumpta: ducem tantum defuisse; qui, motis rebus, facile reperiretur. Omitteret modo Campaniam, et in urbem ipsam pergeret, ad cujus nutum absentis tumultus cierentur. Quod alioquin suum delictum? quam cujusquam offensionem? An, quia veram proge-

122. *Mutataque.* Forte *restitutaque.*

roni fuisse, sæpeque ibi egisse, satis constat. Vid. 15, 23. Probat et in versione sequitur Mullerus. Ryckium sequitur Broterius. Ern. Heinsius lectionem Puteol. Beroaldi et seq. bene, ut puto, emendat, una literula mutata: *repetitam* scil. Octaviam *venerantur*. Suam fecere et Bip. transpositis phrasibus ita, ut expressi.

Emissi mil. globi. Sic Bud. a 2. m. videtur adfuisse *emissorum*. * Heins. præf. *immissi*.

Turbam disjecere. Sic MSS. (Bud.) Reg. Corb. ed. pr. quod non displicet. Ern. Immo vero unice admittendum. Senaere et Bip. * Vulgo *turbatos*.

Et Poppææ. Copulam addidit e Flor. Pichena: sic et ed. pr. Mox *tum et* MSS. Ed. pr. (et Bud.) habet *tumet* una voce. Puteol. edidit *tumens:* quod est et in MS. Guelf. *tum et* Rhenanus. Ern.

A clientelis et serv. Sic ed. pr. Pich. seqq. At Puteol. et seqq. (et Bud.) *clientulis*, eadem varietate, quæ supra. Mox dedi *ausi* ex ed. pr. et vett. omnibus, quas vidi, item MS. Guelf. In recentiori aliqua ed. irrepserat *ausis*, vitio correctoris, ut opinor, qui ad *servitiis* male referebat, et genus non concoquebat. Id propagatum est a Lipsio usque ad Gronovium, qui e MS. Fl. correxit. Talia etiam sine libris debebant corrigi. Ceterum *ausi* refer ad *clientes* et *servos*, qui latent in *clientelis* et *servitiis:* cujus generis exempla plura in Tacito et aliis. Paullo post pro *cierentur* male Guelf. *cerneretur*. Ern.

An, quia veram etc. Hic aliquid

niem penatibus Cæsarum datura sit, malle populum romanum tibicinis ægyptii subolem imperatorio fastigio induci? Denique, si in rebus conducat, libens, quam coactus, acciret dominam, vel consuleret securitati justa ultione. Et modicis remediis primos motus consedisse: at, si desperent uxorem Neronis fore Octaviam, illi maritum daturos. »

LXII. Varius sermo, et ad metum atque iram accommodatus, terruit simul audientem et accendit. Sed parum valebat suspicio in servo, et quæstionibus ancillarum elusa erat. Ergo confessionem alicujus quæri placet, cui rerum quoque novarum crimen adfingeretur. Et visus idoneus maternæ necis patrator, Anicetus, classi apud Misenum, ut memoravi, præfectus, levi post admissum scelus gratia, dein graviore odio: quia « malorum facinorum ministri quasi exprobrantes adspiciun-

123. *Et quæstiõnibus ancillarum eluserat. Elusa* cod. Agr. bene omnino. Nil opus erat τῷ *erat*.

turbatum est. Nam argumentatio non procedit: quod facile animadvertet, qui attendet. Atque etiam libri variant. Nam ed. pr. habet *mallet p. r. quam tib. etc.* Igitur puto verum esse: *an, quia veram progeniem P. C. datura sit?* (immo) *malle populum r.* (sc. veram progeniem Cæsarum) *quam tibicinis ægyptii subolem imperatorio fastigio induci.* Is non displicet Broterio. *Mallet populus rom.* etiam MS. (Bud. et) Guelf. Ern.

Primos motus consedisse. I. e. considere potuisse, opprimi potuisse, s. considere solere. Mox *ac* pro *at* malebat Acidalius. Lipsius etiam olim *an* corrigebat; sed eam conjecturam deinde damnavit. in ed. a. 1585. adhuc est: in ultima non. Ern. Bud. *primos motus consecutos consedisse.*

Quæstionibus ancillarum eluserat. Jacobo Lectio erudito juveni adsentior scribenti: *elusa erat.* Lips. Idem placebat Faerno, Pichenæ: idque, ut evidens, recepimus, exemplo virorum doctorum, qui hoc modo sæpe veram lectionem restituere. Nam frequens iste error in MSS. vide exempla plurima ap. Drakenb. ad Liv. 23, 29. Sed ed. pr. et seqq. usque ad Rhen. *illuserat.* Ante *servo* (Bud. et) ed. pr. Sequentes usque ad Rhen. *servitio.* Ern. Rhen. e Bud. dedit *eluserat.* Ursinus conjecerat *illusum erat.* Freinsh. præferebat *eluserat*, quasi neutraliter sumptum, ut *vertere, mutare* solent.

Graviorum facinorum ministri.

tur. » Igitur accitum eum Cæsar « operæ prioris » admonet : solum incolumitati principis adversus insidiantem matrem subvenisse : locum haud minoris gratiæ instare, si conjugem infensam depelleret. Nec manu aut telo opus : fateretur Octaviæ adulterium. Occulta quidem ad præsens, sed magna ei præmia et secessus amœnos » promittit, « vel, si negavisset, necem » intentat. Ille insita vecordia, et facilitate priorum flagitiorum, plura etiam, quam jussum erat, fingit, fateturque apud amicos, quos velut consilio adhibuerat princeps. Tum in Sardiniam pellitur, ubi non inops exsilium toleravit, et fato obiit.

LXIII. At Nero, « præfectum in spem sociandæ classis corruptum, » et incusatæ paullo ante « sterilitatis » oblitus, « abactos partus conscientia libidinum, eaque sibi comperta, » edicto memorat : insulaque Pandataria

124. *Occulta quidem ad præsens. Occultum* cod. Agric.

Itane tam obtusæ cuiquam aures, ut non offendantur illa fatua repetitione vocis : *graviore odio, quia graviorum*. Nos vero sine dubitatione recipimus scripturam Florentinam (*malorum*, teste Pich.). Plautus Menæchm. 5, 7, 15., *O facinus indignum et malum*. Tibullus 2, 4, 25., *Illa malum facinus suadet*. Noster 12, 8., *At Agrippina ne malis tantum facinoribus notesceret*. Gron. Recte *malorum* etiam ed. pr. (*majorum* Bud.) *Graviorum* MS. Guelf. et id præferebat Schurzfleischius. Eadem post, pro *minoris gratiæ*, habet *minoris ergo*. Deinde mihi τὸ *vel* post *promittit* suspectum : saltem melius abesset, ut quisque facile sentiet. Sed, scilicet, non, ut quidque elegantius, ita verius, in tali præsertim scriptore. Ern. Grut. suspicabatur *majorum fac.* ut in Bud.

Facilitate pr. fl. Ed. pr. *judiciorum ; sed flagitiorum* verum est. (sic Bud.) Mox pro *jussum* Acidalius malebat *jussus* : quod et ipse præferrem, si libri alicujus auctoritate firmaretur. Similiter neutrum male in vulgatis plerisque c. 65. Ern.

In spem s. c. corruptum. Sic MSS. Fl. ed. pr. quod mutatum in *spe* a Puteol. (estque sic et in Bud. et Guelf.) restituit Pichena. Sensus est, corruptum esse Anicetum, ut tentaret classem, cui præesset, eamque ad societatem consiliorum adversus Cæsarem adduceret. Sic 4, 10. *corrupta ad scelus Livia*. 2, 62. *corruptis primoribus ad societatem*. Similiter *spes regni* sæpe dicitur de iis, qui regnum affectant. Infra 15, 42. *spes irrita* pro conatu irrito. Ern.

Paullo ante. c. 60.

Dicto memorat. Legendum hic,

Octaviam claudit. Non alia exsul visentium oculos majore misericordia adfecit. Meminerant adhuc quidam Agrippinæ, a Tiberio; recentior Juliæ memoria obversabatur, Claudio pulsæ. Sed illis robur ætatis adfuerat: læta aliqua viderant, et præsentem sævitiam melioris olim fortunæ recordatione adlevabant. Huic primum nuptiarum dies loco funeris fuit, deductæ in domum, in qua nihil nisi luctuosum haberet, erepto per venenum patre et statim fratre: tum ancilla domina validior: et Poppæa non nisi in perniciem uxoris nupta: postremo crimen omni exitio gravius.

LXIV. Ac puella, vicesimo ætatis anno, inter centu-

edicto memorat, idem Lectius, quem nominavi, docuit me vere. Nam principes per edicta populum adfabantur, ut notum. Lips. *Dicto* omnes editi ante Pichenam, qui primus *edicto* recepit. Recte. Nam talia aut ad senatum scribebantur, aut edicto publicabantur. *Edictum* et *dictum* etiam apud Livium in MSS. confusa 7, 35. 8, 7. 9, 14. ubi v. Drakenb. et infra 15, 36. pro *edicto testificatus*. MS. (Bud. et) Guelf. *dicto*. Ern.

Insulaque Pandataria. Quid ergo in mentem illi poetæ ignobili venit (non enim Senecæ: cum certis argumentis post mortem ejus scripta ea tragœdia sit) qui relegare Octaviam in Ægyptum videtur v. 969.... *data vela fretis Ventisque, petat puppis rector Tandem Phariæ litora terræ*. Nisi si hoc vult, Alexandrina duntaxat navi avectam Octaviam. Id enim contentiosus aliquis possit parum εὐλόγως dicere. Alias reposuerim ego, *Pandatariæ litora terræ*. Lips. In margine Guelf. adscriptum: *nunc appellatur Ischia*. Ern.

Melioris olim fortunæ recordatione allevabant. Sic MS. Flor. Guelf. edd. vett. usque ad Rhen. qui *elevabant* induxit (e Bud.). Illud Pichena restituit. *Allevare* est consolari, lenire: quomodo etiam Cicero dixit, ut et *allevationem* pro diminutione mali. Tusc. 3, 29. Brut. 12. Fin. 1, 12. etiam noster 12, 51. Ern.

Huic primum nuptiarum dies. *Primum* omnes scripti et editi ante Pichenam: qui conjecturam Lipsii *primus* recepit. Male. Nam clarum est τῷ *primum* respondere *tum* et *postremo*. Itaque *primum* restitui: et ei sententiæ interpunctionem accommodavi. Ern. Bud. quoque *primum*.

Ac puella. Edd. Puteol. Ber. Alc. *at*: quod placebat Mureto. (Bud. *ac*, quod recepit Rhen.) *Puellam* de nupta etiam dici, apud poetas inprimis, satis notum. Mox *jam vita exemta* MSS. Flor. Agr. ed. pr. quod jam J. Gron. restituit, explicans, cum jam vita ei nulla inesset. Ego potius capio intellectu præpositionis *de* vel *ex*, nec necesse est cum N. Heinsio corrigere *vitæ*, quod placebat

riones et milites, præsagio malorum jam vita exempta, nondum tamen morte acquiescebat. Paucis dehinc interjectis diebus mori jubetur : cum jam « viduam se et tantum sororem » testaretur, communesque « Germanicos, » et postremo « Agrippinæ » nomen, cieret, « qua incolumi, infelix quidem matrimonium, sed sine exitio, pertulisset. » Restringitur vinculis, venæque ejus per omnes artus exsolvuntur : et, quia pressus pavore sanguis tardius labebatur, præfervidi balnei vapore enecatur. Additurque atrocior sævitia, quod caput amputatum, latumque

125. *Communesque Germanicos.* Bene. Germanici, Drusus, ejus filius, et nepos Caligula, tum et Claudius. Possis tamen, *communisque Germanici :* quod verum est. Germanici enim frater Claudius, Agrippinæ filia.

Ryckio. *Eximere* cum ablativo sæpe Livius ut 9, 21. *ad eximendos obsidione socios*, quod pluribus exemplis illustrat Drakenb. repudiatis MSS. qui *ab* addunt. MS. (Bud. et) Guelf. *a vita*, ut edd. inde a Puteol habent. Post pro *morte* Heinsius malebat *morti*. Sed illud quoque rectum. Cicer. Mil. 37. *qui morte ejus acquierunt :* idque, ni fallor, jam supra monitum. Ern.

Communeque Germanici. Accipere possis, appellasse Octaviam patris nomen, qui Germanicus dictus, uti et Nero. Commune igitur utrique. Tamen, cum in priscis libris sit *communesque ;* nata mihi lectio, *cum manesque Germani ;* ut fratrem appellaverit sublatum, et deinde matrem. Lips. Nihil opus hac correctione. Non enim ultionis exposcendæ caussa ciet, sed misericordiæ movendæ, in quo manes alieni sunt. MSS. Flor. Agr. edd. pr. et seqq. usque ad Rhen. *communesque Germanicos*, quod bene restituit Freinsh. Utriusque, Octaviæ et Neronis, majores erant Germanici. Rhenanus dedit (e Bud.) *communeque Germanici*, quod omnes deinceps secuti sunt, ut solent, usque ad Freinsh. et sic habet etiam MS. Guelf. Verbum *ciere* proprium in tali re verbum. Ern.

Restringitur vinculis. Sive int. manus post tergum : sive potius pro *constringitur*, *adstringitur* capiendum : ut supra 13, 55. *respicere* pro *adspicere*, et alia similia in hoc et aliis, præsertim hujus ætatis scriptoribus, v. ad Suet. Aug. c. 78. Ern.

Additurque atrocior sævitia. Malebam *atrocius sævitia*, hoc est, gravius ludibrium crudelitate. Sic libro seq. *Adjecisse deos dignum Arsacidarum. Dignum, atrocius*, res digna, res atrocior. Gron. Etiam Heinsius *atroci hoc sævitiæ.* Sed vulgatum verum puto. Nam et hoc sævitiæ est : primum lacerari mortuæ corpus : deinde caput, velut maleficæ, circumferri : tertio permittere, ut æmula ejus aspectu pascat oculos : hoc enim est in verbis, *Pop-*

in urbem, Poppæa vidit. Dona ob hæc templis decreta. Quod ad eum finem memoravimus, ut, quicumque casus temporum illorum, nobis vel aliis auctoribus, noscent, præsumptum habeant, quotiens fugas et cædes jussit princeps, totiens grates deis actas, quæque rerum secundarum olim, tum publicæ cladis, insignia fuisse. Neque tamen silebimus, si quod senatusconsultum adulatione novum, aut patientia postremum, fuit.

LXV. Eodem anno libertorum potissimos veneno interfecisse creditus est; Doryphorum, quasi adversatum nuptiis Poppææ; Pallantem, quod immensam pecuniam longa senecta detineret. Romanus secretis criminationibus incusaverat Senecam, ut C. Pisonis socium; sed validius a Seneca eodem crimine perculsus est. Unde Pisoni timor, et orta insidiarum in Neronem magna moles, sed improspera.

pœa vidit. Ern. *Atrocior sævitia* Flor. Bud. Agr.

Dona ob hæc. Hic locus sic habet in ed. pr. *Dona ob hæc templis decreta, quæ ad finem memorabimus. Quicunque.... noscent, præsumptum habebunt etc. Quæ* etiam est in Guelf. et e MS. Fl. notat J. Gronovius, unde colligo, cetera quoque sic esse, ut in ed. pr. Nam in vulgata lectione *quæ* ineptum. Vulgatum est a Puteolano, idque melius puto. *Memorabimus* habet et Guelf. V. ad 13, 20. Ern. Bud. A. 2. m. habet *quæ.. memorabimus.* Prius aderat *quod.*

Veneno interfecisse creditum est. Vel, *creditus est.* Vide Sueton. Nerone 35. Lips. *Creditus* MS. Fl. Agr. ed. pr. idque jam receptum Ryckio. Idem volenti J. Gronovio operæ non paruere. Ern. Bud. *creditum est.*

Doryphorum. Est nomen sive cognomen liberti proprium. Fortasse et in hoc Xiphilini loco, in Nerone 61, 5., Δορυφόρῳ, τῷ τὰ τῆς ἀρχῆς βιβλία διέποντι, πεντήκοντα ἅμα καὶ διακοσίας μυριάδας δοθῆναι ἐκέλευσε. *Qui a libellis erat.* Ita ego verterim, et munus nostri Doryphori eruerim: at interpres, *Prætoriano cuidam militi* fecit: qui non solent profecto a libellis aut talibus officiis esse. Lips.

Romanus. F. Romanus Hispo, de quo 1, 74.

Sed improspera. MS. Guelf. a manu sec. *improspecta.* Vulgatum verum est. Ern.

C. CORNELII TACITI

AB EXCESSU

DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER QUINTUS DECIMUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. I, II. Vologeses rex Parthorum bellum mente volvit, instigantibus fratre Tiridate et Monobazo Adiabeno, quem Tigranes vexarat. — III. Corbulo Syriæ tuendæ providet. — IV. Parthi Monese duce Tigranocerta obsident. — V. Vologesi Corbulo inducias offert et impetrat. — VI. Cæsennii Pæti Armeniæ recens præfecti vanitas, — VII, VIII. ferocia, imperitia, jactantia. — IX. Ab invadenda Syria Corbulo absterret Parthos, qui — X. Armeniæ et Pæto incumbunt. Hic ægre Corbulonem auxilio vocat, — XI. Parthis prementibus. — XII. Is, in Armeniam profectus, fugientes objurgat, suos hortatur. — XIII. Vologeses instat Pæto. — XIV. Disceptatio inter Romanos et Parthos, ex qua — XV. Pæti fœda compositio. — XVI. Corbulo in Armeniam venit. — XVII. Pæto increpito Syriam repetit. — XVIII. Romæ inania de Parthis tropæa. Frumentum plebis. Vectigalia.

XIX. SC. de simulatis adoptionibus. — XX, XXI. Claudius Timarchus Cretensis adcusatur, quod Thrasea Pætus ad bonum publicum vertit. — XXII. Decretum, grates præsidibus non agendas. Portenta. — XXIII. Ob filiam Neroni natam immodica gaudia et frustranea. In Thraseam principis odium.

XXIV. Legati Parthorum Romæ irrisores. — XXV. Bello

Armeniaco præficitur Corbulo. Pætum Cæsar facetiis insectatur. — XXVI. Corbulo in Armeniam ducit exercitum. — XXVII. Legatos Parthorum audit. Defectores Armenios ulciscitur. — XXVIII—XXX. Tiridates a Corbulone pacem petit et, posito apud effigiem Cæsaris insigni regio, impetrat, comiterque excipitur a Corbulone. — XXXI. Vologesis pro fratre sollicitudo.

XXXII. Alpinos maritimos Nero in jus Latii transfert. Equitum rom. in circo locos sedilibus plebis anteponit. Feminæ illustres senatoresque in arena. — XXXIII. Nero ipse Neapoli scenam inscendit. — XXXIV. Theatrum ruit. Beneventi Nero munus Vatinii spectat. — XXXV. Torquatum Silanum mori adigit. — XXXVI. Iter frustra meditatur in Orientem. — XXXVII. Convivia luxu fœda celebrat, ministro Tigellino. Pythagoræ nubit. — XXXVIII. Clades Romæ ex incendio, forte, an dolo principis, qui — XXXIX. in remedium multa popularia usurpat. — XL, XLI. Cladis magnitudo. Novæ urbis condendæ consilium. — XLII. Ex patriæ ruinis immensam domum exstruit Nero. Majora frustra molitur. — XLIII. Novæ urbis facies. — XLIV. Petita diis piacula, frustra. Incendii invidia in christianos devoluta, misere excruciatos. — XLV. Italiam, socios, templa spoliat Nero; aversantem id Senecam veneno petit.

XLVI. Gladiatorum eruptio apud Præneste. Classis ad Misenum amissa. — XLVII. Prodigia. — XLVIII. Conjuratio Pisonis in Neronem. — XLIX, L. Conjuratorum nomina, mores, odiorum in Neronem caussæ. Iis accedit Rufus, præfectus prætorio. Subrii impetus. — LI. Epicharis classem tentans proditur. — LII. Conjuratorum impetus retardatus a Pisone ob sacra mensæ. — LIII. Aliud conjuratorum consilium. — LIV. Scevini imprudentia. Milichus servus herum defert, qui egregie se defendit, sed muliebri astutia deprehenditur. — LV, LVI. Natalis conjurationem fatetur, Pisonem, Senecam nominat, Lucanus matrem. — LVII. Epicharis, tormentis dilacerata, mirum fidei exemplum præstat. — LVIII. Nero reos audit, quos violenter urget Rufus, dis-

simulata conscientia. — LIX. Piso, neglectis amicorum monitis, occiditur. Ejus testamentum et uxor. — LX, LXI. Cædes Laterani et Senecæ. Hujus defensio spreta, — LXII. supremi sermones, — LXIII. amica contentio cum uxore, — LXIV. cujus mortem inhiberi Nero imperat. Senecæ cruciatus, mors, funus. — LXV. Ipse destinatus imperator. — LXVI. Rufus proditur. — LXVII. Subrii Flavii, — LXVIII. Aspri, aliorum constantes voces et exitus. Rufi mollities. — LXIX. Nero Vestinum quamvis insontem interimit; — LXX. mox Lucanum, Senecionem, Quinctianum, Scevinum. — LXXI. Simulata per urbem gaudia. Indicibus præmia, suspectis militiæ vacatio, aliis exsilia, — LXXII. Turpiliano, Nervæ, Tigellino triumphalia, Nymphidio consularia insignia data. — LXXIII. Nero adversum rumores se purgat. Gallionis periculum. — LXXIV. SC. ob servatum Neronem. Pugio Scevini dicatus Jovi Vindici. Gesta hæc annis paullo amplius tribus,

C. MEMMIO REGULO, VERGINIO RUFO;
C. LECANIO BASSO, M. LICINIO CRASSO;
P. SILIO NERVA, C. JULIO ATTICO VESTINO, COSS.

I. Interea rex Parthorum Vologeses, cognitis Corbulonis rebus, regemque alienigenam Tigranen Armeniæ impositum: simul, fratre Tiridate pulso, spretum Arsacidarum fastigium ire ultum volens; magnitudine rursum romana, et continui fœderis reverentia, diversas ad curas trahebatur: cunctator ingenio et defectione Hyrcanorum, gentis validæ, multisque ex eo bellis illigatus.

COMMENTARIUS.

Defectione Hyrcanorum. Sic edd. ante Rhen. qui induxit *dissensione*, quod secuti omnes usque ad Pichenam. *Defectione* verum esse patet etiam e 13, 37. extr. *Illigatus* est impeditus: ut l. c. *defectione Hyrcanorum attineri Vologesen*: alias deberet esse *defectioni*. Ern. Bud. habebat a 1. m. *defensione*. Inde Rhen. legendum duxit *dissensione*; sed in marg. est ab antiqua manu *defectione*. De hac v. 14, 25.

Atque illum ambiguum novus insuper nuntius contumeliæ exstimulat : quippe egressus Armenia Tigranes Adiabenos, conterminam nationem, latius ac diutius, quam per latrocinia, vastaverat : idque primores gentium ægre tolerabant : « eo contemptionis descensum, ut ne duce quidem romano incursarentur, sed temeritate obsidis, tot per annos inter mancipia habiti. » Accendebat dolorem eorum Monobazus, quem penes Adiabenum regimen, « quod præsidium, aut unde peteret? » rogitans. « Jam de Armenia concessum : proxima trahi, nisi defendant Parthi : levius servitium apud Romanos deditis, quam captis, esse. » Tiridates quoque regni profugus, per silentium aut modice querendo, gravior erat.

1. *Egressus Armenia. Armeniam* bene cod. Agric. Hist. 3, 30., *altitudinem mœnium egressa.* — 2. *Temeritate obsidis. Obsidii* codex idem. Et recte forsan. *obsidia aspernatus,* pro obsidibus Ann. 3, 21. *obsidium* pro obside. Ut *servitium* pro servo, *clientela* pro cliente, *adulteria* pro adulteris, *transfugia* pro transfugis, *vigiliæ* et *custodiæ* pro vigilibus custodibusque Ann. 1, 28. *sacerdotium* pro sacerdote ex MS. Hist. 2, 4. Suet. Calig. p. 394. et illic Casaub. Apulei. de doctr. Platon. l. 1, p. 3. ed. Elmenh., *Patrimonium in hortulo, qui Academiæ junctus fuit, et in duobus ministeriis.* Sic scripti nonnulli. (Cf. Met. 3, p. 130. 11, p. 237.) Vide Muncker. ad Hygin. fab. 220. *matrimonia* pro uxoribus Just. 3, 3. Vid. Græv. ad Just. 14, 3. *officia* pro apparitionibus sæpe apud Symmachum. Vid. Juretum p. 317.

Novus insuper nuntius cont. Ed. pr. *novis et insuper conjeci novæ ins. contumeliæ?* Sed idem est sensus vulgati. Ern.

Accendebat dolorem eorum. Dolorem eorum intelligo earum rerum, ex iis rebus Vologesi natum : ut e seqq. patet. Sed melius sane *eorum* abesset : nam et sensus salvus et sonus melior foret : ac fortasse e terminatione præcedentis verbi natum est. Broterius ad Vologesen et primores gentium refert. Sed Monobazi querelæ non apud primores gentium, sed Vologesen, fusæ. Ern.

Monobazus. De hoc cf. Joseph. 20, 4.

Proxima trahi : et nisi etc. Transpositione copulæ sententiam explicandam sic : *proxima trahi, nisi defendant Parthi : et levius servitium*, Acidalius putabat. Vulgatum vitiosum esse, dubitari non potest. Sed *et* ante *proxima* ponendum : quod ita evidens est, ut ita corrigere non dubitaverim. Ultimis verbis tecte minatur deditionem, ni succurrat Vologeses. Ern. Ernestium sequuntur Lallem. et Brot. Acidalium Bip. Equidem copulam tanquam superfluam delevi. Bud. *et nisi.*

Per silentium haud modice querendo. Muretus et Acidalius vole-

« Non enim ignavia magna imperia contineri : virorum armorumque faciendum certamen. Id in summa fortuna æquius, quod validius. Et sua retinere privatæ domus : de alienis certare, regiam laudem esse. »

II. Igitur commotus his Vologeses concilium vocat, et proximum sibi Tiridaten constituit, atque ita orditur : « Hunc ego, eodem mecum patre genitum, cum mihi, per ætatem, summo nomine concessisset, in possessionem Armeniæ deduxi ; qui tertius potentiæ gradus habetur. Nam Medos Pacorus ante ceperat. Videbarque, contra vetera fratrum odia et certamina, familiæ nostræ penates rite composuisse. Prohibent Romani, et pacem, ipsis nunquam prospere lacessitam, nunc quoque in exitium suum abrumpunt. Non ibo inficias : æquitate quam sanguine, caussa quam armis, retinere parta majoribus malueram. Si cunctatione deliqui virtute corri-

3. *In exitium suum. Per obsidium suum* cod. Agr. An *excidium?*

bant *per silentium*, *aut modice* : quos probat Ryckius. Sed nihil mutandum censent Freinshemius, Boxhornius, J. Gronovius. Vivum exemplum, J. Fr. Gronovius ait, est ap. Cæs. B. G. 1, 32. in Sequanis. Sane silentium, ut Longinus ait sect. 9, 3. interdum quavis oratione fortius. Sed id in omnibus exemplis, quæ proferri video, tantum est in exprimenda παθους magnitudine, non in sensibus talibus, consiliis, cohortationibus, cujus generis est, quod sequitur, in quo diserta oratio desideratur. Itaque *aut* verum puto, quod jam edidit Beroaldus, et nuper Broterius. Mox *contineri* est retineri. Ern. Bip. *haud modice* referunt ad *accendebat* et *querendo* ad *gravior*. Sic incisio facta et in Bud. post *modice*. Verum *accendebat* nimis longe abest, et querela ipsa exponitur. Partim ergo *per silentium*, partim *modice querendo gravior* fuit. Unde præferenda lectio Mureti *aut*, quæ particula frequens cum *haud* commutatur in codd.

Et certamina. Emendavit *certamina* Rhenanus. Nam Puteol. et seqq. habent *certamen*. Puteolanus forte non assecutus est ed. pr. lectionem, in qua est *certamen in* : quod est corruptum pro *certamina* : quamquam MS. Guelf. plane *certamen*. Sensus est : videbar rem ita composuisse, ut nulla odia et certamina talia inter nos esse possent, qualia semper fere inter fratres de regno fuere. Mox *pax lacessita* est violata. Ern.

gam. Vestra quidem vis et gloria in integro est, addita modestiæ fama : quæ neque summis mortalium spernenda est, et a diis æstimatur. » Simul diademate caput Tiridatis evinxit; promptam equitum manum, quæ regem ex more sectatur, Monesi, nobili viro, tradidit, adjectis Adiabenorum auxiliis : mandavitque, Tigranen Armenia exturbari, dum ipse, positis adversus Hyrcanos discordiis, vires intimas, molemque belli ciet, provinciis romanis minitans.

III. Quæ ubi Corbuloni certis nuntiis audita sunt, legiones duas cum Verulano Severo et Vettio Bolano subsidium Tigrani mittit, occulto præcepto, « compositius cuncta, quam festinantius, agerent. » Quippe bellum habere, quam gerere malebat. Scripseratque Cæ-

4. *Bellum habere quam gerere malebat.* Forte *alere* vel *trahere.* Possis et *procul habere.*

In integro est. Bud. a 1. m. *integra est.*

Ex more sectatur. Sic e MS. Fl. edidit J. Gronovius; sic est etiam in ed. pr. *sectabatur* est a Puteolano : quod ipsum quoque rectum esset, si e libris melioribus esset : sic tamen MS. (Bud.) Guelf Adde Tacitum inf. c. 33. extr. Ern. *Sectatur.* Id est sectari solet.

Tigranem Arm. exturbari. Ed. pr. *exturbat.* Puto, Tacitum scripsisse *exturbet* : aut saltem *exturbare.* Jussit Monesen cum istis copiis Tigranen exturbare Armenia, et restituere Tiridaten. *Exturbari* est a Puteol. et sic ceteræ edd. omnes, et MS. G. Putarunt *mandare* esse pro nunciare, ut alibi : quo sensu sane *exturbari* sequi deberet. Similiter infra c. 28. *operiri imperavit*, male in nonnullis libris, pro *operire.* Mox *compositis* dedit Rhenanus et seqq. ad Pichenam usque. Ern. Bud. a 1. m. *depositis*, a 2. m. *compositis.*

Vectio Bolano. Scribe, *Vettio*, ex lapide (ap. Grut. p. 128, 5.) : C. CALPURNIO. PISONE. M. VETTIO. BOLANO. cos. De hujus Bolani bellica gloria Statius Silvar. 5, 2, 34. ad filium ejus Crispinum : . . . . . *rigidi summam Mavortis agebat Corbulo, sed comitem belli sociumque laboris. Ille quoque egregiis multum miratus in armis Bolanum, atque illi curarum asperrima suetus Credere.* Lips. *Vettio* MS. Flor. *Vetio* MS. Agr. ed. pr. Itaque jam Ryckius et J. Gron. rescripsere : de eaque scriptura v. Ryckium ad h. l. Ante ed. pr. pro *certis* habet *cunctis* : quod non spernam. Sic *omnium nunciis perfertur.* Cic. ad Q. Fr. 2, 12. Ern.

Festinatius agerent. Festinantius

sari, « proprio duce opus esse, qui Armeniam defenderet : Syriam, ingruente Vologese, acriore in discrimine esse. » Atque interim reliquas legiones pro ripa Euphratis locat : tumultuariam provincialium manum armat ; hostiles ingressus præsidiis intercipit. Et, quia egena aquarum regio est, castella fontibus imposita : quosdam rivos congestu arenæ abdidit.

IV. Ea dum a Corbulone tuendæ Syriæ parantur, acto raptim agmine Moneses, ut famam sui præiret, non ideo nescium aut incautum Tigranen offendit. Occupaverat Tigranocerta, urbem copia defensorum et magnitudine mœnium validam. Ad hæc Nicephorius, amnis haud spernenda latitudine, partem murorum ambit : et ducta ingens fossa, qua fluvio diffidebatur. Inerantque milites et provisi ante commeatus : quorum subvectu pauci, avidius progressi et repentinis hostibus circumventi, ira magis, quam metu, ceteros accenderant. Sed Partho ad

ed. pr. Rhen. (e Bud.) sqq. Ern.

Hostiles ingressus. Intelligo loca, per quæ ingredi provinciam soleant, aut possint Parthi. Nam nondum ingressi eo tempore. *Intercipere* exprimit Græcorum διαλαμβάνειν ; Polybius 5, 99. et alii sæpe de impositis itineri præsidiis utuntur. Ern.

Et, quia egena. Non videtur hoc factum, quod jam olim esset, sed ut posthac esset. Forte Tacitus : *Et, quo egena aquarum regio esset, castella fontibus imposita.* Gron. Verissime. Ern. Probat Lall. Cod. Agr. *egens.* Bud. *egena.*

Congestu terræ abdidit. Sic ed. pr. Rhen. (e Bud.) et seqq. At Puteol. Ber. Alc. *obdidit*, quod et e vet. cod. laudat Ursinus : vitiose. *Arenam obdidit*, at non *rivos*. Male recepit Ryckius. Ern. Ursinus in vet. c. reperit : *congestis arenæ obdidit.*

Occupaverat Tigranocerta. Sic MS. Flor. (et Agr.) defenditque J. Gron. Quia sic etiam ed. pr. id secutus sum. Vulgo *qui occupaverat*, inde a Puteol. V. ad c. 19, 44. Ern. Bud. *qui occup. Tigranocertam.* — * De Tigranocerta et flum. Nicephorio, v. St.-Martin, *Mém. sur l'Arménie*, t. 1, p. 171. Par. 2 v. in-4. 1818. N. E.

Magnitudine mœnium validam. Adeo, ut Appianus Mithr. 84. producat mœnia Tigranocertæ in altitudine ad quinquaginta cubitos : quæ in imo adaptata equorum stabulis. Lips. Mox etiam ed. pr. *inerantque milites*, quod e MS. Fl. recepit jam Pichena. (Sic et Bud.) Post, *quorum subvectu* est, qui commeatus dum subvehuntur in urbem et conquiruntur. Ern.

exsequendas obsidiones nulla cominus audacia, raris sagittis : neque clausos exterret, et semet frustratur. Adiabeni, cum promovere scalas et machinamenta inciperent, facile detrusi, mox, erumpentibus nostris, cæduntur.

V. Corbulo tamen, quamvis secundis rebus suis, moderandum fortunæ ratus, misit ad Vologesen, qui expostularent « vim provinciæ illatam : socium amicumque regem, cohortes romanas circumsideri. Omitteret potius obsidionem, aut se quoque in agro hostili castra positurum. » Casperius, centurio, in eam legationem delectus, apud oppidum Nisibin, septem et triginta millibus passuum a Tigranocerta distantem, adiit regem et mandata ferociter edidit. Vologesi vetus et penitus infixum erat, arma romana vitandi : nec præsentia prospere fluebant. Irritum obsidium : tutus manu et copiis Tigranes : fugati, qui expugnationem sumpserant : missæ in Armeniam legiones : et aliæ pro Syria, paratæ ultro irrumpere : sibi imbecillum equitem pabuli inopia. Nam

5. *Vologesi vetus. Ut vetus* cod. Agr.

Circumsidere. Sic omnes scripti et edd. præter cod. Agr. in quo est *circumsideri*, quod Ryckius recepit. Recte. Nam et passivum præcedit, ut res ipsa ita postulat. Omissio copulæ post *regem* corruptelæ locum fecit. Ern.

Omitteret potius. Lego *ocius*, non *potius*. Lips. Sic Faernus. Boxh. *protinus*. Alterutrum verum est. Ern. Pichena probat vulg.

A Tigranocerta distantem etc. Genus femininum supra 14, 24. jam occurrit, et in ed. pr. etiam mox *Monesen amittere Tigranocertam jubet*. Mirum tamen, Tacitum eodem loco genus variare, supra et hic. Mihi res suspecta : et vereor, ne vitiosum sit : etsi non nescio, etiam ex Appiano exemplum proferri. Mithr. 67. Mox aut *adiit* legendum pro *adit*, aut *edit*. Sic c. 7. ed. pr. *hostia opera fuga perrumpit, seque vallo extulit*. Bene a Puteol. correctum *perrupit*. Add. ad 11, 37. Sed *adiit* MS. G. quod recepi. Nam sequitur *edidit*. De *vitandi* pro *vitare* diximus ad 2, 43. Ern. Bud. *adit*. De gerundio v. et c. 21.

Pabuli inopia. MSS. Oxon. Guelf. dirimit ab antecedentibus, et habet *pabuli inopiam*. Mox MS. Flor. et

exorta vis locustarum ambederat, quidquid herbidum aut frondosum. Igitur, metu abstruso, mitiora obtendens, « missurum ad imperatorem romanum legatos, super petenda Armenia et firmanda pace, » respondet. Monesen « omittere Tigranocerta » jubet; ipse retro concedit.

VI. Hæc plures, ut « formidine regis et Corbulonis minis patrata, magnifice » extollebant. « Alii, occulte pepigisse, » interpretabantur; « ut, omisso utrimque bello et abeunte Vologese, Tigranes quoque Armenia abscederet. Cur enim exercitum romanum a Tigranocertis deductum? cur deserta per otium, quæ bello defenderant? An melius hibernavisse in extrema Cappadocia, raptim erectis tuguriis, quam in sede regni modo retenti? Dilata prorsus arma, ut Vologeses cum alio, quam cum Corbulone, certaret: Corbulo meritæ tot per annos gloriæ non ultra periculum faceret. » Nam, ut retuli, proprium ducem tuendæ Armeniæ poposcerat, et adventare Cæsennius Pætus audiebatur: jamque aderat, copiis ita

ed. pr. *nam exorta vi locustarum aberat.* (Bud. etiam *vi.*) Reliquæ vett. edd. MS. G. (et Bud.) *abederat.* Sed Pich. Lips. et seqq. *ambederat* dederunt, an e libris, nescio. Ern.

Omittere Tigranocerta. Ed. pr. *amittere Tigranocertam.* Ea duo verba confundi supra jam vidimus ad 14, 26. *Amittere* verum puto, cui centies alterum usitatius substitutum: quanquam et paullo ante est *omittere.* Ern. Bud. *Tigranocertam.* Mihi *omittere* rectius videtur, quod et Bud. habet.

Magnifice extollebant. Sic edidi ex ed. Puteol. quam expressit Beroaldus et Alciatus. Pro eo Rhen. e cod. Bud. ut opinor, reposuit *ac magnifica*, quod inde in omnes edd. venit, nisi quod quædam, *et* pro *ac*: et sic quoque MS. Guelf. Mureto tamen placebat magis *magnifice:* idque ego, ut latinius, prætuli. Sed non celabo, in ed. pr. esse tantum *patrata extollebant*, quod fortasse optimum. Eadem mox *Tigranocertis* sine præpositione. Ern. Bud. præpos. habet. Idem *patrata ac magnifica.* Agr. *peracta ac m.*

Ut retuli. Cap. 3.

Cæsennius Pætus. Qui male in Dionis eclogis, quas nuper Fulvius Ursinus dedit, Σίννιος scribitur. Enimvero Κεσέννιος Πέτος etiam in Josepho scribitur, diciturque Excidii 7, 21.

divisis, ut quarta et duodecima legiones, addita quinta, quæ recens e Mœsis excita erat, simul Pontica et Galatarum Cappadocumque auxilia Pæto obedirent : tertia et sexta et decima legiones, priorque Syriæ miles, apud Corbulonem manerent. Cetera ex rerum usu sociarent partirenturve. Sed neque Corbulo æmuli patiens ; et Pætus, cui satis ad gloriam erat, si proximus haberetur, despicicbat gesta, « nihil cædis, aut prædæ, usurpatas nomine tenus urbium expugnationes » dictitans : « se tributa ac leges, et, pro umbra regis, romanum jus victis impositurum. »

VII. Sub idem tempus legati Vologesis, quos ad principem missos memoravi, revertere irriti : bellumque propalam sumptum a Parthis. Nec Pætus detrectavit, sed duabus legionibus, quarum quartam Funisulanus Vettonianus eo in tempore, duodecimam Calavius Sabinus, regebant, Armeniam intrat, tristi omine. Nam in transgressu Euphratis, quem ponte transmittebat, nulla palam caussa, turbatus equus, qui consularia insignia

(7.) An hic ipse, qui sub Nerone præfuerat, etsi parum bona fama ? ætas haud neget. Lips. Add. ad 14, 29. Ern Apud Grut. in Th. Inscr. p. 651, 6. et passim legitur *Cæsènnius*. In Dione etiam 62, 20. et ap. Josephum Καισέννιος Παῖτος.

Cui satis ad gl. Hiller. Rac. 16. legit *cui non satis ad gl. erat.* Alias enim dicendum fuisset, *fuerat.*

Funisulanus Vettonianus. Sic MS. Flor. ed. pr. *Funisolanus* etiam MS. Agr. *Funisulanus* bis occurrit ap. Cic. ad Att. 5, 4. 10, 15. Vulg. *Famisulanus Vect.* MSS. Bud. Guelf. *Fimisul.* Mox MS. Med. *tramittebat.* edd. omnes *transm.* Ern. Egregium titulum, qui ad hunc *Funisolanum* spectat, haud ita pridem repertum, exhibet Broterius. Multiplices in eo viri honores enumerantur.

Calavius Sabinus regebat. Freinsh. ad 6, 9. volebat *Calvisius*, eundemque esse, qui H. 1, 48. memoratur. Ern. Bud. *regebant.* Recepit Rhen. Ursinus volebat *Flavius Sabinus.*

Turbatus equus, qui. Mos infrequens et inobservatus, de hoc equo. Geminum tamen locum habes in Plutarchi Crasso 36. qui inter prodigia pariter futuræ cladis sic narrat : Ἵππος δὲ τῶν στρατηγικῶν ἐπιφανὴς κεκοσμημένος, βίᾳ συνεπισπάσας τὸν ἡνίοχον εἰς τὸ βάθρον, ὑποβρύχιος

gestabat, retro evasit. Hostiaque, quæ muniebantur, hibernaculis adsistens, semifacta opera fuga perrupit seque vallo extulit. Et pila militum arsere, magis insigni prodigio, quia Parthus hostis missilibus telis decertat.

VIII. Ceterum Pætus, spretis ominibus, nec dum satis firmatis hibernaculis, nullo rei frumentariæ provisu, rapit exercitum trans montem Taurum « reciperandis, » ut ferebat, « Tigranocertis, vastandisque regionibus, quas Corbulo integras omisisset. » Et capta quædam castella : gloriæque et prædæ nonnihil partum, si aut gloriam cum modo, aut prædam cum cura, habuisset. Longinquis itineribus percursando, quæ obtineri nequibant; corrupto, qui captus erat, commeatu, et instante jam hieme, reduxit exercitum, composuitque ad Cæsarem literas, quasi confecto bello, verbis magnificis, rerum vacuas.

IX. Interim Corbulo nunquam neglectam Euphratis ripam crebrioribus præsidiis insedit : et, ne ponti injiciendo impedimentum hostiles turmæ adferrent, (jam enim subjectis campis magna specie volitabant)

6. *Hostiaque etc.* Lego, *Hostlaque, quæ præmuniebantur hibernaculis assiliens, semifacta opera propera fuga perrupit.*

ἀφανίσθη. Item Obsequens 129. inter ea, quæ Pansæ consuli haud læta evenerunt. *Equus phaleratus in ipsius conspectu festinans concidit.* Dionys. Ant. Rom. 10, 24. qua parte de L. Quinctio agit dictatore jam electo : Ὡς δὲ ἐγγὺς ἦν, ἵππους τε αὐτῷ φαλάροις κεκοσμημένους ὑπαρπίσι προσῆγον, καὶ πελίκεις ἅμα ταῖς ῥάβδοις... ἰσθῆτας τε ἀλουργεῖς καὶ τὰ ἄλλα παράσημα, οἷς πρότερον ἐπὶ τῶν Βασιλέων ἐκεκόσμητο ἀρχὴ, προσήνεγκαν. Ut appareat, equum unum pluresve cum ornatu imperatorio et consulari (si eum magistratum dux gessisset) e publico datos : non aliud, quam specimen et notam dignitatis. Tacitus hic consularia insignia ait : quia Cæsennius Pætus ille ipse est, qui ante annum consul cum Petronio Turpiliano fuerat. Lips. At vid. ad 14, 29. Ern.

Spretis ominibus. Sic edd. omnes inde a Puteolano. MS. Guelf. (Bud.) ed. pr. *omnibus*, solita istorum verborum confusione : id vitium etiam est in ed. J. F. Gron. Ern.

Et ne ponti. Bud. *ut ne ponti.*

naves magnitudine præstantes et connexas trabibus, ac turribus auctas, agit per amnem, catapultisque et balistis proturbat barbaros : in quos saxa et hastæ longius permeabant, quam ut contrario sagittarum jactu adæquarentur. Dein pons continuatus, collesque adversi per socias cohortes, post legionum castris occupantur, tanta celeritate et ostentatione virium, ut Parthi, omisso paratu invadendæ Syriæ, spem omnem in Armeniam verterent.

X. Ibi Pætus, imminentium nescius, quintam legionem procul in Ponto habebat; reliquas promiscuis militum commeatibus infirmaverat; donec, adventare Vologesen magno et infenso agmine, auditum. Accitur legio duodecima, et, unde famam aucti exercitus speraverat, prodita infrequentia : qua tamen retineri castra et eludi Parthus tractu belli poterat, si Pæto aut in suis, aut in alienis consiliis, constantia fuisset. Verum, ubi a viris militaribus adversus urgentes casus firmatus erat, rursus, ne alienæ sententiæ indigens videretur, in diversa ac deteriora transibat. Et tunc, relictis hibernis, « non fossam neque vallum sibi, sed corpora et arma in hostem data, » clamitans, duxit legiones, quasi prœlio certaturus. Deinde, amisso centurione et paucis militibus, quos visendis hostium copiis præmiserat, trepidus re-

7. *Et tunc relictis hibernis. Et nunc* cod. Agr.

Unde famam etc. MS. Flor. ed. pr. *fama speraverat.* Quod recte J. Gron. monet corrigendum fuisse *fama sperata erat.* Sic 14, 62. ex *elusa erat* factum *eluserat.* Sed Puteol. potius correxit *famam speraverat.* (Sic et Bud.) Atque ita omnes post eum edidere. In Rhenani ed. sec. editum, nescio qua de caussa, aut unde, *sperat,* quod Lipsius ceterique temere omnes secuti sunt. Ego interea veterem lectionem reposui. Ceterum *fama sperata erat* verum puto. *Infrequentia* int. signorum : *infrequentia signa* sæpe Livius : sive etiam legionum. Ern. Bip. conjiciunt *proditur infrequentia.*

meavit. Et, quia minus acriter Vologeses institerat, vana rursus fiducia, tria millia delecti peditis proximo Tauri jugo imposuit, quo transitum regis arcerent : alares quoque Pannonios, robur equitatus, in parte campi locat. Conjunx ac filius castello, cui Arsamosata nomen est, abditi, data in præsidium cohorte, ac disperso milite, qui, in uno habitus, vagum hostem promptius sustentavisset. Ægre compulsum ferunt, ut instantem Corbuloni fateretur : nec a Corbulone properatum, quo, gliscentibus periculis, etiam subsidii laus augeretur. « Expediri » tamen « itineri singula millia ex tribus legionibus, et alarios octingentos, parem numerum e cohortibus, » jussit.

XI. At Vologeses, quamvis, « obsessa a Pæto itinera, hinc peditatu, inde equite, » accepisset, nihil mutato

8. *Ut instantem Corbuloni. Ut vim instantem*, puto *instantem* cladem Corbuloni eod. Agricol. deinde c. seq. *factaque sæpius eruptione*. Et sic Medic.

Tria millia delecti peditis. Sic e MS. Flor. edidit Pichena, ceterique secuti : idem est in ed. pr. Intermediæ edd. (et c. Bud.) *delectorum*. Post, pro *quo* Muretus malebat *quæ;* Gron. pater *qui :* quod verum puto. Mox *Arsamosata* etiam ed. pr. *Asamosata* MS. Guelf. Put. Ber. Alc. illud verius. Vid. Ryckius. Sed Polybius habet *Armosata*, et numus Musei Medicei, quod Broterius cum Harduino ad Plin. 6, 9, (10,) præfert ex Spanhemio de Præst. NN. vet. edit. p. 903. Non consentiunt semper barbaris in nominibus scriptores. *In uno* MS. Flor. (Bud.) ed. pr. Pichena cum seqq. Ceteri *in unum*. Ern. Rhen. e Bud. *Arsamosata*. Sic et Ptol. 5, 13. Numus citatus spurius videtur Harduino. Rectius in eo ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΝ, ut est ap. Vaill. in NN. Gr. imp. p. 56.

Et ægre comp. Copulam habent MS. Fl. et edd. ante Rhenanum, qui delevit, nisi quod ed. pr. *ut* pro *et* : restituit Pichena. Si libri auctoritate Rhenanus delevit, probo. In MS. Guelf. quidem non est a prima manu, sed supra adscripta. Ern. In Bud. fuerat omissa, sed prima manus superposuit. Sufficiunt hæc, ut commode deleri queat.

Instantem fateretur. Durum mihi semper visum. MS. Guelf. *instatem*. Credo verum esse *necessitatem*. Ern. Ferretus subaudit vel *hostem*, vel *metum ex hoste*. Hiller. Rac. 10 supplet *tempestatem*, quæ sæpe pro periculo ponitur, ut ap. Cic. Cat. 1, 9. Vell. 2, 100.

Hinc peditatu, inde equite. MS. Bud. *hinc equite*. Post Faernus *sed*

consilio, sed vi ac minis alares exterruit, legionarios obtrivit, uno tantum centurione, Tarquitio Crescente, turrim, in qua præsidium agitabat, defendere auso, facta sæpius eruptione, et cæsis, qui barbarorum propius suggrediebantur, donec ignium jactu circumveniretur: peditum si quis integer, longinqua et avia; vulnerati, castra repetivere: « virtutem regis, sævitiam et copias gentium, » cuncta metu extollentes, facili credulitate eorum, qui eadem pavebant. Ne dux quidem obniti adversis, sed cuncta militiæ munia deseruerat, missis iterum ad Corbulonem precibus, « veniret propere, signa, et aquilas, et nomen reliquum infelicis exercitus, tueretur: se fidem interim, donec vita suppeditet, retenturos. »

XII. Ille interritus, et parte copiarum apud Syriam relicta, ut munimenta Euphrati imposita retinerentur; qua proximum et commeatibus non egenum; regionem Commagenam, exin Cappadociam, inde Armenios petivit. Comitabantur exercitum, præter alia sueta bello, magna vis camelorum, onusta frumenti, ut simul hos-

9. *Ille interritus. Intentus* cod. Agric. a manu secunda.

delebat: quod est sane alienum ac durum. Deinde *factaque* MS. Flor. (Bud.) ed. pr. Denique *per longinqua* vitiose ed. Puteol. et seqq. *per* natum e terminatione præcedentis verbi: abest ab ed. pr. delevit Rhen. Ern. *Hinc.... hinc* est et ap. Liv. 39, 11.

Circumveniretur. Bud. *circumvenirentur*, et mox *Nec dux q.*

Missis iterum. Sic MSS. Flor. Bud. Agr. edd. pr. Rhen. et seqq. omnes. At codd. Ox. Guelf. edd. Puteol. Ber. Alc. *item*, quod natum e compendio scripturæ: et sæpe in MSS. istæ voces confunduntur. V. Burm. ad Suet. Cæs. 36. Drakenb. ad Liv. epit. 14. Freinsh. conjiciebat *identidem*. Mox *retenturos* bene editum a Pichena ex MS. Flor. est etiam in (Bud. et) ed. pr. In ceteris ante Pichenam est *retenturum*: item post *sueta bello*, pro *assueta*. Ern. Sic scil. Flor. item Bud.

Vis camelorum. De usu camelorum in bello v. Schel. ad Hygin. p. 94. *Frumenti* MSS. Flor. (Bud. Agr.) Guelf. edd. pr. Put. ceteræque vett. omnes, etiam Lips. priores: at in ultima s. sexta *frumento*, quod deinde in sequentes edd. propagatum est. Etiam Plaut. Aul. 4, 2. 4, *aulam*

tem famemque depelleret. Primum e perculsis Pactium, primipili centurionem, obvium habuit, dein plerosque militum : quos, diversas fugæ caussas obtendentes, « redire ad signa et clementiam Pæti experiri » monebat, « se nisi victoribus immitem esse. » Simul suas legiones adire, hortari, « priorum » admonere, « novam gloriam » ostendere : « non vicos aut oppida Armeniorum, sed castra romana, duasque in iis legiones pretium laboris peti. Si singulis manipularibus præcipua servati civis corona imperatoria manu tribueretur : quod illud et quantum decus, ubi par eorum numerus apisceretur, qui attu-

10. *Primum e perculsis Pactium. Primisque perculsis Pacuvium* cod. Agr. — 11. *Quod illud et quantum decus. Illud esse et quantum* cod. Agric. — 12. *Ubi par eorum numerus adipisceretur.* Forsan *acciperetur.*

onustam auri dixit. Itaque veterem lectionem servavi : sive Tacitus ipse sic scripsit, quod non abhorret, sive librariis antiquariis debetur. Ern.

Pactium primipili centurionem. At supra 13, 36. perfunctum eo honore ait : *Curam præsidiorum Pactio Orfito primipili honore perfuncto mandat.* Lips.

Se nisi victoribus immitem esse. Frustra exercet acumen suum Salinerius homo optimus, quum obscuri nihil sit. Non enim, si 13, 36. *Pactius Orphitus primipilaris* jussu Corbulonis præsidio præpositus commemoratur, et hic *Pactius centurio primipili* a Pæto venire dicitur, ideo et omnes milites hic obvios Corbuloni ducem eum cum Pæto mutasse necesse est. Lib. 13, 40. sunt cum Corbulone tertia et sexta legio et decuma : easdem obtinet hoc lib. c. 6. Pætus quartam et quintam et duodecimam. Nec *diversas fugæ caussas obtendere* est falsis nominibus uti Corbulonis sævi, Pæti mitis. Eoque nec ulciscitur hic Corbulo quicquam privati doloris, neque amara irrisione ludit : sed voce plena gravitatis et disciplinæ profugos redire ad signa et duci, cui a Cæsare attributi essent, caussam probare jubet, si forte veniam det ille; se nullam fugæ excusationem accipere, nec desertoribus ignoscere. Gron. Nec veniam daturum, ante quam victoria emendassent peccatum. Ita sensus bonus efficitur. Sed tamen ita videtur esse debere, *immitem fore.* Et ne sic quidem satis mihi hic sensus cum reliqua Corbulonis oratione consentire videtur. Forte melius victores intelligentur Parthi. Se immitem et ultorem venisse non militibus romanis, sed victoribus Parthis. Ern.

Numerus adipisceretur. Malo, *adspiceretur*, etsi non ignorem Plautum et Tacitum ipsum alibi adipiscendi verbum παθητικῶς esse usos. Lips. Placet etiam Freinshemio, recepitque Pichena, qui testatur in MS. Fl. esse *apisceretur*, ut alibi; quod acce-

lissent salutem, et qui accepissent?» His atque talibus in commune alacres, (et erant, quos pericula fratrum aut propinquorum propriis stimulis incenderent) continuum diu noctuque iter properabant.

XIII. Eoque intentius Vologeses premere obsessos, modo vallum legionum, modo castellum, quo imbellis ætas defendebatur, adpugnare, propius incedens, quam mos Parthis, si ea temeritate hostem in prælium eliceret. At illi vix contuberniis extracti: nec aliud quam munimenta propugnabant: pars jussu ducis, et alii propria ignavia, ut Corbulonem opperientes, ac, si vis ingrue-

13. *Propius incedens.* Malo *succedens* vel *intendens*.

pere Ryckius et J. Gron. Si maxime legamus *adspiceretur*, tamen nulla commoda sententia efficitur. Nam *par numerus servantium et servatorum*, quomodo decus auget? immo magnus servatorum numerus auget, præsertim in paucitate servantium. Aliud hic quid et acutius lateat, necesse est, si non frigidissimum verborum lusum captavit Tacitus. *Adipisci* est verbum usitatum in his præmiis. Plinius 7, 30., (31.) *omnium triumphorum lauream adepte majorem.* Ergo intelligo *coronam civicam*: servatores eam adipiscuntur, ob servatos in castris milites: servati, ob auxilium cohortibus romanis latum, quæ Tigranocertis obsidebantur ante, sed eorum adventu liberatæ sunt. Vid. c. 5. Corona civica autem non proprio sensu intelligenda, sed tropice, ut in talibus solet, pro decore, honore et gloria. Ita tamen probabilem sensum arbitror existere. Neque vero tales sententiæ ad vivum resecandæ. Acumen quæsitum est in eo, quod etiam servati quodammodo honorem servantium consequuntur; quod habet aliquid παραδόξου. Ceterum offendor etiam *eorum*, quod melius abesset: an Tacitus dedit *eam*, vel *coronam?* Ern. Bud. *adipisceretur*. Paschalius Lipsii conjecturam probat. Bip. lectionem Flor. recepere. Quod ad rem, acceptam ab imperatore coronam civis servatus servatori civi dabat. V. Gell. 5, 6. Cf. Cuperus in Expl. gemmæ Aug. ap. Polen. t. 2, p. 204.

His atque talibus. V. ad 14, 60. extr. Post *adpugnare* bene e MS. Flor. Pichena. V. 2, 81. MS. Agr. (Bud.) ed. pr. *ad pugnam*: vulgo *oppugnare*. Mox *nec aliud* edd. pr. Rhen. (e Bud.) et seqq. aliæ *ne aliud*. Ern. *Adpugnare* est et 4, 48.

Aut metu. De lectione hujus loci optime Rhenanus, qui *metu* delevit et pro *aut* scripsit *ut*. Ex *ignavia ut*, litera male repetita, *ignavia aut* factum. Suppleverunt *metu*, qui nesciebant, *ignaviam* hic nihil aliud esse quam metum. Sæpe veteres has voces, *ignavus*, *segnis*, *ignavia*, *seg-*

ret, provisis exemplis Caudinæ ac Numantinæ cladis. « Neque eandem vim Samnitibus, Italico populo, aut Hispanis ac Parthis, romani imperii æmulis. Validam quoque et laudatam antiquitatem, quotiens Fortuna contra daret, saluti consuluisse. » Qua desperatione exercitus dux subactus, primas tamen literas ad Vologesen, non supplices, sed in modum querentis composuit, « quod pro Armeniis, semper romanæ ditionis, aut sub-

14. *Caudinæ ac* etc. Cod. Agric. *Caud. Numantinæque deditionis.*

nities, usurpant in illis, quibus abest virtus aut viro digna audacia, quos *poltrons* dicimus. Illis, inquit, abunde magnum erat munimenta defendere : nonnullis, quia edixerat dux, ne quis castris exiret; aliis non aliter facturis, ei signa ferri jussisset (ita erant perculsi) præferentes, se tanquam in stativis Corbulonem exspectare. *Ut opperientes*, quemadmodum præcedenti libro, *utque eruebantur*. Illud *provisis exemplis* pari lepore Ovid. Met. 9, 506. ubi Byblis : *At non Æolidæ thalamos timuere sororum. Unde sed hos novi? cur hæc exempla paravi?* Gron. Hæc bene Gron. Cum igitur *metu* non sit in MS. Flor. (et Agr.) ed. pr. sed tantum *aut Corbulonem* ; in Budensi autem *ut* non *aut*, Rhenani correctionem secutus sum, quam etiam Ryckius adoptavit. *Metu* primus edidit Puteol. quem Ber. et Alc. secuti sunt. Revocavit Berneccerus. Ern. De Bud. cod. sic habeto. *Metu* plane deest, non a 1. m. tantum, ut refert Ryckius; dein non habet *ut*, sed *aut*, quod ex ingenio bene emendavit Rhen. Pichenæ non displicebat *aut metu*, modo a libris foret.

Aut Pœnis rom. imperii æmulis. Freinsh. corrigit *aut Hispanis*. respici enim ad Numantinam cladem : nec ullas hic Pœnorum partes. Recte ille, sed non satis. Lege : *Nec eandem vim Samnitibus Italico populo aut Hispanis quam Parthis romani imperii æmulis*. Gron. Quod Jac. Gron. Samnitas et Pœnos iterum conjungi objicit in Germ. c. 37. id nihil est. Ibi de cladibus romano pop. illatis universe dicitur : hic de exercitu sub jugum misso, quod a Pœnis alienum est. *Pœnos* correxit, qui meminerat, eos sæpe romani imperii æmulos dici. Quod Broterius negat, Numantinos æmulos imperii r. fuisse ; id sane speciosum est : sed ea verba non ad vivum resecanda. Fuere certe Romanis valde periculosi. Ern. Bip. legunt : *neque e. v. Samn. Numantino p. ac Parthis* etc. Recte *ac Parthis* in textum recepere ; sed ingrata repetitio est vocis *Numantino*. Malo Gronovium sequi. Librarii, quum *Hispanos* mutassent in *Pœnos*, omisere *quam* vel *ac Parthis*, quasi superflua, quæ vero deesse, omnes sentiunt interpretes.

Q. F. contra daret. Bud. *contradiceret*, quod recte rejecit Rhen. Cf. H. 1, 65.

jectis regi, quem imperator delegisset, hostilia faceret: pacem ex æquo utilem. Nec præsentia tantum spectaret: ipsum adversus duas legiones, totis regni viribus advenisse: at Romanis orbem terrarum reliquum, quo bellum juvarent. »

XIV. Ad ea Vologeses, nihil pro caussa, sed « opperiendos sibi fratres, Pacorum ac Tiridaten, » rescripsit: « locum illis tempusque consilio destinatum, quo de Armenia cernerent: (adjecisse deos dignum Arsacidarum,)

15. *Hostilia faceret.* Malim *cœptaret.* Sic alibi sæpe. — 16. *Quo bellum juvarent.* Lego *innovarent.* Usi eo verbo Cicero et Livius. Sulpic. Severus lib. 2., *credebaturque imperator gloriam innovandæ urbis quæsisse.* — 17. *Illum locum tempusque. Locum illis tempusque* cod. Agr. bene omnino. Sed lego *illis locum temp. condestinatum iri.* — 18. *Adjecisse deos dignum Arsacidarum.* Cod. Agric. *quo de Armenia cernerent. quod se fastigioque dignum Arsacidarum.* Ann. 2, 3., *Ejus filius Artaxias memoria patris nobis infensus Arsacidarum vi seque regnumque tutatus.* Vologeses infra c. 24. de hac eadem re: *post Pœtum legionesque cum opprimere posset, incolumes dimisisse. Satis approbatum vim; datum et lenitatis documentum.*

Pacem ex æquo utilem. Bud. *utili.* Inde Rhen. placebat *pace ex æquo utili.* Mox Bud. *ne præs.*

Quid de Arm. cernerent. MS. Guelf. *qui*, quod accipiendum pro *quo*; quod e vet. cod. laudat Ursinus, et est in MS. Agr. Ed. pr. *quod.* Unde mihi non dubium est, hic *qui* aut *quo* legendum esse. *Quo* et *quod* millies in libris confunduntur: et h. l. etiam e seq. voce litera adhæsit. *qui* autem pro *quo* sæpe, ut ap. Liv. 3, 39. in MS. Guelf. membranaceo. Atque etiam verbum *cernere* accusativum illum *quid* vel *quod* plane respuit, cum absolute dicatur, ut omnes sciunt. Itaque sic correxi. Secutus nos est Broterius. In ceteris Gronovio assentior, nec probo Ryckium, qui e MS. Agr. rescripsit: *locum illis tempusque consilio destinatum, quo de Armenia cernerent, quod se fastigioque dignum Arsacidarum.* quæ interpolata esse, in promptu est. Et tamen probat etiam Grævius ep. ad Heins. t. 4. Coll. Burm. p. 187. etiam Heinsius *illis.* sed ante p. 158. conjecerat Grævius *adjecisse deos dignam Arsacidarem:* Heinsius autem p. 163. *dignum vi Arsacidarum.... statuere* ex Ann. 2, 3. idque placebat Grævio p. 170. Ern. *Illis* omnino rectius puto. Mox Bud. habet *quid.* Τὸ *cernere* explicat Zinzerling in Crit. juven. promuls. c. 3. per *certare*, ut ap. Ennium, Plautum, Virg. etc. Sed potius est pro decernere.

Adjecisse deos dignum. Locus, de quo tria verba non possum hiscere. Lips. Ego vero locum hunc sanum integrumque et tantum explicandum contendo. Sensus: ut brevissime dicam: tum temporis hoc ipso in loco fore opportunum consultare, quid decernerent de Armeniæ pos-

simul et de legionibus romanis statuerent. » Missi post a Pæto nuntii, et « regis colloquium » petitum, qui « Vasacen, præfectum equitatus, ire » jussit. Tum Pætus, « Lucullos, Pompeios, et si qua Cæsares obtinendæ donandæve Armeniæ egerant; » Vasaces, « imaginem retinendi largiendive penes nos, vim penes Parthos, » memoravit. Et multum invicem disceptato, Monobazus Adiabenus in diem posterum testis iis quæ pepigissent, adhibetur. Placuitque « liberari obsidio legiones et decedere omnem militem finibus Armeniorum, castellaque et

19. *Lucullos, Pompeios.* Cod. Agr. *Pompeios et Scipiones obtinendæ donandæve Armeniæ arbitros fuisse ait.* Male. — 20. *Retinendi donandive.* Bene Med. et Agric. *largiendive.* Idem cod. Agr. *expetendi.*

sessione simul, et (quam dii rem dederint dignam Arsacidarum majestate) quid statuerent de legionibus romanis, quam illis legem pacis darent. *Consilio quid cernerent*, breviter est, quo tractaretur, quid decernerent, quem finem controversiæ de Armenia imponerent. Ut 13, 56., *Arbitrium quid darent, quid adimerent. Adjecisse deos.* Deum benignitate accessisse materiam deliberandi multo ampliorem et vix speratam, sed dignissimam magnitudine parthica, nimirum, quid placeat fieri de legionibus romanis: adeo eas in potestatem esse. Vel, deos fecisse, ut ipse adjicere superiori orationi sequentia verba posset. Seneca de Benef. 1, 10., *Ceterum idem semper de nobis pronuntiare debemus, malos esse nos, malos fuisse (invitus adjiciam) et futuros esse.* Hæserunt in hoc verbo et apud Livium 10, 7. Gron. Bip. conjiciunt *dignum regno Arsacidarum*, et intelligunt *Armeniam.* Verum *dignum* cum genitivo occurrit et alibi, ut recte monet Zinzerling. l. c. per ellipsin scilicet.—*Gruterus Suspic. crit. l. 10. §. 11. in Misc. nov. Lips. vol. 2, p. 517, locum ita const. *illum locum t. q. c. dest. quid de Arm. cernerent, rejecisse se ad eos. Dignum Ars. simul et de leg. st....* ubi *dignum* valet *dignitatem.*

Et si qua Cæsares. Sic conjecit Pichena e scriptura MS. Flor. *et si quaces*, ut est etiam in ed. pr. Berneccerus recepit, quem omnes deinde secuti sunt. Superiores *si qui Duces*: quod est et in MS. Guelf. Sane post Pompeium nulli duces, sed Cæsares de Armenia aliquid egerant. Mox MS. Fl. (Bud. Agr.) ed. pr. *largiendive* pro *donandive*: quod cum Ryck. et Gron. secutus sum. Alterum verbum variavit: credibile est etiam, hoc variasse Tacitum. *Imaginem* et *vim* illustrat Heinsius ad Vellei. p. 259. Ern. Bud. *et si quaces.* unde 2. m. *et si qui duces.* Agr. *et Scipiones*, pessime. *Cæsares* Pichena dedit, secutus Freinshemius. *Vasaces* Rhen. e Bud. prius legebatur *Vasates.* Mox Bud. *memorat.*

commeatus Parthis tradi. Quibus perpetratis, copia Vologesi fieret, mittendi ad Neronem legatos. »

XV. Interim flumini Arsaniæ (is castra præfluebat) pontem imposuit, specie sibi illud iter expedientis: sed Parthi, quasi documentum victoriæ, jusserant. Namque iis usui fuit: nostri per diversum iere. Addidit rumor, « sub jugum missas legiones, » et alia ex rebus

21. *Quasi documentum victoriæ jusserant. Sumpserant* cod. Agr. an *præsumpserat?*

Fluvio Arsameti. Non alibi lectus nobis hic Arsametes: et omnino arbitramur falsum. Magis, quia in Dionis fragmentis (edidit haud ita pridem Fulvius Ursinus) hic ipse fluvius *Arsanias* dicitur. Verba Dionis 62, 21., Ἀφῆκεν αὐτὸν προδιομολογησάμενος, ἵνα τὸν ποταμὸν αὐτῷ Ἀρσανίαν ζεύξωσι. Nominat et ante, Ῥάνδειαν τῷ πρὸς Ἀρσανίᾳ ποταμῷ οὖσαν. *Randeian* (oppidum, sive vicum ubi Pætus obsessus) *ad Arsaniam fluvium sitam.* Plinius quoque Arsaniam agnoscit, et in Euphratem labi facit 5, 24. (20.) Sed et Plutarchus in Lucullo 31. Itaque corrigi prorsus velim in Tacito *Fluvio Arsaniæ* (*etenim is castra præst.*) literis postremis in aliam voculam reformatis. Emendabis iterum infra. Lips. *Arsaniæ etenim* receptum a Pichena. Sane et MS. Fl. Agr. ed. pr. *Arsanieti:* sed *etenim* cum Ryckio omisi: quippe sola Lipsii conjectura nixum. *Præfluebat* ed. pr. Rhenanus et seq. At mediæ inter ed. pr. et Rhen. *perfluebat*, et sic MS. Guelf. (et Bud.) male. sic 11, 37. *prægressus* et *pergressus* confusa. Ern. Bud. *flumini Arsameti.* Pro *is castra pr.* J. Gron. malebat *cis c. pr.*

Specie sibi illud iter experientis. Immo *expedientis* Grotius ait: et sic videtur fuisse in MS. Guelf. a prima manu, sed correctum alia in *experiendi.* Syllabæ *ped.* clara adhuc vestigia. Et correxissem sta im locum, nisi dubius fuissem ob librum Guelf. utrum *expedientis*, an *expediendi* scribendum esset. *Sibi* nullo modo patitur *experientis.* Nunc, cum Broterius *expedientis* in MSS. duobus reperit, recepi, ut ille fecit. Ern. Bud. *experientis* et a 2. m. *experiendi. Expedientis* jam Lipsius conjiciebat in marg. edit. 1. Bip. præferunt *experientis* i. e. *tentantis.*

Namque iis usui fuit. Ex Taciti consequa narratione judices legendum *neque iis usui fuit.* Et firmat certe Dio, qui in hac re (ut sæpe) velut interpres Taciti l. c. Ἵνα τὸν ποταμὸν Ἀρσανίαν ζεύξωσιν· οὐχ ὅτι γεφύρας ἐδεῖτο (περᾷ γὰρ αὐτὸν διελαύσει) ἀλλ' ἵνα ἐπιδείξηται σφίσιν, ὅτι ἀρείττων αὐτῶν ἦν. Lips. Placet Pichenæ et aliis. Contra disputat Freinsh. qui tamen se torquet in verbis Dionis περᾷ γὰρ αὐτὸν διελαύσει, non assecutus magis, quam Lipsius, sensum. *Pedes et sine ponte flumen transierat*, nempe adveniens. Itaque etiam abiens poterat sic facere. Ern.

Addidit rumor. Cui rumori Suet.

infaustis, quorum simulacrum ab Armeniis usurpatum est. Namque et munimenta ingressi sunt, antequam agmen romanum excederet, et circumstetere vias, captiva olim mancipia, aut jumenta adgnoscentes abstrahentesque. Raptæ etiam vestes, retenta arma, pavido milite et concedente, ne qua prœlii caussa exsisteret. Vologeses, armis et corporibus cæsorum adgregatis, quo cladem nostram testaretur, visu fugientium legionum abstinuit. Fama moderationis quærebatur, postquam superbiam expleverat. Flumen Arsaniam elephanto insidens, et proximus quisque regem vi equorum perrupere, quia rumor incesserat, « pontem cessurum oneri dolo fabri-

22. *Armis et corporibus cæsorum aggregatis. Aggeratis* malo, instar tropæi. — 23. *Elephanto insidens.* Scr. *elephantis insidens?* — 24. *Proximus quisque regem vi equorum perrumpere.* Sic cod. Agr. *Proximus Pompeium* Cic. ad Att. 1, 14. Sic et Plautus Pœn. 5, 3, 1. etiam cod. Med. *et proximus quisque regem.* Lego *at.* De ceteris nihil mutandum: ut ex Dione liquet.

etiam fidem habet 39. Lips. Mox *namque et*, item *excederet* MSS. Flor. Guelf. edd. ante Rhen. omnes et inde a Pichena recentiores. Ceteræ *nam et*, *decederet*, quod e superioribus repetitum a Rhenano. Sed hic intelligendum *munimentis castrorum*, non *Armeniæ*. Ern. Bud. *namque mun.* dein *decederet*, quod recepit Rhen.

Adgnoscentes. Bud. *adnoscentes.* Sic passim.

Fama moderationis. Ed. pr. addit *Nam:* atque id manus secunda, Candidi sc. adjecerat in MS. Guelf. Mox idem cod. (et Bud.) *in elephanto.* Ern.

Proximus quisque regi vi equorum. Suspicor de loci defectu. Nonne plerique Parthorum in equis (talis illorum militia) non solum proximi regis? certe. Adde quod Dio l. c. disertim narrat, *regem quidem elephanto, alios sine usu ullo pontis, ut prius, transisse.* Αὐτὸς μὲν (ὁ Βασιλεὺς) ἐπ' ἐλέφαντος, οἱ δὲ ἄλλοι, ὥσπερ καὶ πρότερον, ἀνεχώρησαν. Itaque fidenter, fortasse et feliciter, expleo: *et proximus quisque regi, alii vi equorum perr.* Hac mente rex quidem in elephanto, et in simili bellua ejus exemplo primores transmisere: aliud vulgus in equis. Lips. MSS. Flor. Guelf. (Bud.) Agr. ed. pr. *Regem*, quod exprimendum curavi. etenim est exquisitius: unde mutatum hic, ut centies alibi, in notiorem casum. Sic et MSS. alii ap. Broterium. Lipsius sine necessitate *alii* addi vult. Proximi regi secuti sunt eum: cetera multitudo libere et varie vel ponte, vel natando, transiere. Mox *fidum* firmat etiam ed. pr. MS. (Bud. et) Corb. at *firmum* ceteræ edd. ante Rhen. et MS. Guelf. Ern.

cantium. » Sed, qui ingredi ausi sunt, validum et fidum intellexere.

XVI. Ceterum obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam constitit, ut horreis ignem injicerent : contraque prodiderit Corbulo, « Parthos inopes copiarum, et pabulo adtrito, relicturos oppugnationem, neque se plus tridui itinere abfuisse. » Adjecit, « jurejurando Pæti cautum apud signa, adstantibus iis, quod testificando rex misisset, neminem romanum Armeniam ingressurum, donec referrentur literæ Neronis, an paci adnueret. » Quæ ut augendæ infamiæ composita, sic reliqua non in obscuro habentur : una die quadraginta millium spa-

Contraque prodiderit Corbulo. In commentariis, opinor, aut historia harum rerum. Plinius certe Corbulonem inter scriptores censuit, indice lib. 5. et 6. Lips. Contra Ryckius inter amicos potius et epistolis ad imperatorem ea prodidisse Corbulonem putat, quia, si in justa historia, non videatur, Tacitum ei fuisse contradicturum.

Itinere. Sic Rhen. e Bud. Prius legebatur *itineri.*

Cautum apud signa. Specta, juvenis. Juramenta Romanorum apud signa : id est, uti ego interpretor, apud principia. Illic enim signa. Et plerosque castrorum solennes actus apud principia notabis celebratos. Dabo exempla, et labore meo levabo tuum. Jus in principiis dictum. Livius 28, 24., *Tribunos tamen jura reddere in principiis sinebant.* Edicta ibi proposita. Vulcatius in Avidio Cassio 6. *Nam statim et ad signa edici jussit, et programma in parietibus fixit, ut, si quis cinctus inveniretur in Daphne, discinctus rediret.* Literæ lectæ et habitæ allocutiones. Spartianus in Pescennio 4. *Itaque misi literas recitandas ad signa, quibus*, etc. Tacitus 1, 67., *Contractos in principia milites jussit cum silentio audire.* Castigatio et interdum animadversio ibi. Suet. Oth. 1. *Ausus est milites quosdam capite punire, et quidem ante principia se coram.* Frontin. Stratag. 4, 1, 15., *M. Cato memoria tradidit, in furto comprehensis dextras esse præcisas, aut, si lenius animadvertere voluissent, in principiis sanguinem missum.* Signum etiam pugnæ propositum. Isidorus Orig. 19, 22., *Russata pridie quam dimicandum esset, solebat ante principia poni, quasi admonitio et indicium futuræ pugnæ.* Lips. Mox *referrentur* MSS. edd. omnes veteres : nisi quod in MS. (Flor. Bud.) Guelf. ed. pr. *referentur.* Pichena vulgo esse ait *referantur*, quod in Lips. reperi, e Rhen. sec. ductum. Ern.

Quadraginta millium. Vide Veget. 1, 9.

tium emensum esse Pætum, desertis passim sauciis; neque minus deformem illam fugientium trepidationem, quam si terga in acie vertissent. Corbulo, cum suis copiis apud ripam Euphratis obvius, non eam speciem insignium et armorum prætulit, ut diversitatem exprobraret. Mæsti manipuli, ac vicem commilitonum miserantes, ne lacrimis quidem temperare. Vix præ fletu usurpata consalutatio. Decesserat certamen virtutis et ambitio gloriæ, felicium hominum adfectus. Sola misericordia valebat, et apud minores magis.

XVII. Ducum inter se brevis sermo secutus est. Hoc conquerente « irritum laborem: potuisse bellum fuga

25. *Non eam speciem insignium. Non suetam* forte, vel *lætam*. Qualis species infra c. 29. describitur. Deinde *adversitatem* cod. Agr. f. *adversa fati*. — 26. *Ne lacrimis quidem temperare. Temperareve* Med. et Agr.

Insignium et armorum. In Bud. copula deest. De re v. 1, 24. ubi *non lætæ legiones neque insignibus fulgentes*. Unde et hic Heins. pro *eam* conjiciebat *lætam*.

Ut diversitatem exprobraret. I. e. ut pudorem illis incuteret, qui non eo apparatu venissent, sed longe dissimili, nempe qui fugientium esse solet. Ern.

Ne lacrimis quidem temperare. MSS. Flor. Guelf. edd. ante Rhen. omnes *temperare*, quod nescio cur in *temperavere* mutavit Rhenanus, (ego scio, e Bud.) secutis omnibus, præter J. Gron. quocum vetus restituimus. Mox MS. Guelf. ut Budensis et ed. pr. vitiose *consolatio*. Ern.

Et apud minores magis. Minores hoc loco sunt *inferiores fortuna*. Et hoc magis miseratio usurpata, quia infelices illi longe deterioris conditionis erant, quam ipsi, nec invidia obstaret miserationi. Ern.

Hæc conquerentium: irritum. Reddere sententiam possis, nescio an verba, si legas: *Hic conqueri, tantum irritum laborem*: vel *Hoc conquerente*. Brevis sermo ducum, inquit. Corbulo querebatur, frustra se properasse et laborem eum sumpsisse, cum ille auxilium non exspectasset. Pætus contra integra omnia, etc. Palmerius noster malebat, *hujus conquerentis irritum laborem, illius integra utique omnia*. Lips. *Hæc conquerentium* ed. pr. Rhen. (e Bud.) et seq. At *hoc* MSS. Flor. Guelf. edd. Puteol. Ber. Alc. Conjecturam Faerni aliorumque (Mur. Pich. Acid.) *hoc conquerente* recepit Bernecc. cum seq. Mihi potius Tacitus scripsisse videtur *huic conquerenti*, et τὸ *um* adhæsisse e terminatione verbi sequentis: quod genus vitii jam aliquoties observavimus. Mox Querneus Egreg. p. 65. b. *finiri* mu-

Parthorum finiri; » ille « integra utrique cuncta » respondit : « converterent aquilas et juncti invaderent Armeniam, abscessu Vologesis infirmatam. Non ea imperatoris habere mandata, » Corbulo : « periculo legionum commotum, e provincia egressum. Quando in incerto habeantur Parthorum conatus, Syriam repetiturum. Sic quoque optimam fortunam orandam, ut pedes, confectus spatiis itinerum, alacrem et facilitate camporum prævenientem equitem adsequeretur. » Exin Pætus per Cappadociam hibernavit. At Vologesis ad Corbulonem missi nuntii, « detraheret castella trans Euphraten, amnemque, ut olim, medium faceret : » ille, « Armeniam quoque diversis præsidiis vacuam fieri, » expostulabat. Et postremo concessit rex : dirutaque, quæ ultra Euphraten communierat Corbulo, et Armenii sine arbitro relicti sunt.

XVIII. At Romæ tropæa de Parthis arcusque medio Capitolini montis sistebantur, decreta ab senatu, integro adhuc bello, neque tum omissa, dum adspectui consulitur, spreta conscientia. Quin et, dissimulandis

27. *Respondit.* An *spondet?* ut supra in orat. Senecæ. *et hoc conquerentium irritum laborem* Med. — 28. *Quæ ultra Euphraten. Euphraten ultra* cod. Agr. bene.

tat in *finire*, ceteris servatis, ut vulgo edita sunt. Ern.

S. q. optimam Fortunam orandam. Quia Fortunæ nomen de dea est, *optimam* mihi suspectum fit, cum in hac phrasi, quam et apud Livium aut Ciceronem legi, nude dicatur. Ern. Ita 4, 7., *Modestiam precandam.* Mox Bud. *Dein p.*

Amnemque ut olim medium faceret. Sic MSS. Flor. Guelf. edd. vett. ante Rhen. qui (e Bud.) induxit *ut omnium.* Vetus restituit Pichena. Par ratio sequentis *dirutaque.* Rhenanus (e Bud.) dedit *diruptaque*, male : illud Pichena reddidit. Sed libri scripti et ed. pr. *diruta quæque*, transposita copula. Ern.

Armenii sine arbitro. Sic MSS. Flor. Agr. ed. pr. i. e. sine domino, ut 1, 26. MSS. Oxon. (Bud.) Guelf. *sine arbitrio*, ex qua lectione factum ab editoribus (et in Bud. a 2. m.) *suo arbitrio*, quod habent omnes edd. præter J. Gron. qui vetus restituit. Ern.

rerum externarum curis, Nero frumentum plebis, vetustate corruptum, in Tiberim jecit, quo securitatem annonæ ostentaret. Cujus pretio nihil additum est, quamvis ducentas ferme naves, portu in ipso, violentia tempestatis, et centum alias, Tiberi subvectas, fortuitus ignis absumpsisset. Tris dein consulares, L. Pisonem, Ducennium Geminum, Pompeium Paullinum vectigalibus publicis præposuit, cum insectatione priorum principum, « qui gravitate sumptuum justos reditus anteissent : se annuum sexcenties sestertium reipubl. largiri. »

29. *Frumentum plebis.* An *reip.* vel *urbis?*

Frumentum plebis. Sic (Bud. et) edd. omnes pro quo Muretus malebat *publicum* : quod placet et Broterio, moto inscriptione ap. Gruterum (p. 244, 4.), ubi *plebs* dicitur accepisse *fr. publicum*. MS. Guelf. a pr. manu *plebi :* secunda supra adposuerat *s. Plebi;* non spernam : quod plebi destinatum, dividendum servabatur in horreis. Vid. 2, 59. Ern.

Securitatem annonæ sistentaret. Ita scripsi, nec pœnitet. Libri omnes (et Bud.), *sustentaret :* P. Faber Sem. 2, 16. *ostentaret.* Suspicor, antiquis usurpatum *sistentare* pro ostentare; argumento etiam Plautini versus Truc. 2, 2, 14.... *tu vero clurinum pecus Advenisti huc sistentatum cum exornatis ossibus.* Sic enim duo manuscripti in Vatican. tertius, *sustentatum :* et in eodem poeta alibi, *extentatum*, reperio. Si quis tamen *sustentaret* servat, possis interpretari, sustentatam servatamque ea ratione ipsam opinionem copiæ frumentariæ, cum et in Tiberim abjiceret leviter corruptum. Lips. Scribe : *sic ostentaret.* Nam *sustentare* alienum ; *sistentare* verbum nihili. Gron. Sed τὸ *sic* friget, et inest jam in *quo*. Itaque malim simpliciter *ostentaret*, ut e MS. Agr. dedit Ryckius, et volebat Heinsius. Ern. Lips. olim conjiciebat *suæ ostentaret.* Bip. τὸ *sustentaret* exponunt per tulciret. Lall. recepit *ostentaret*, quod et mihi unice placet.

Tiberi subvectas. Cod. Bud. et Agr. *Tiberim.* Mox *absumpsisset*, Rhen. e Bud. legebatur *assumpsisset.*

Ducennium Geminum. Qui sub Galba præfectus urbi H. 1, 14. Lips. De Pisone v. 13, 31. De Pomp. Paullino 13, 53. et Sen. de Brev. vitæ c. 18.

Gravitate sumptuum justos reditus anteissent. Cur *justos reditus?* Reditus justi per latinitatem sunt sufficientes ad sumptus necessarios. Nec, si legitimos, æquos, intelligas, sensus commodus est, an Tacitus dedit *publicos*, i. e. ærarii, quia Nero de suo se dicit dare quotannis ærario. Ern. Pro *anteissent*, quod videtur esse occupassent vel justo citius absumpsissent, Bip. malunt *auxissent.*

XIX. Percrebuerat ea tempestate pravissimus mos, cum propinquis comitiis, aut sorte provinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios, prætura-sque et provincias inter patres sortiti, statim emitterent manu, quos adoptaverant. Qui magna cum invidia senatum adeunt, « jus naturæ, labores educandi, adversus fraudem et artes et brevitatem adoptionis » enumerant, « satis pretii esse orbis, quod multa securitate, nullis oneribus, gratiam, honores, cuncta prompta et obvia haberent. Sibi promissa legum diu exspectata in ludibrium verti, quando quis sine solicitudine parens, sine luctu orbus, longa patrum vota repente adæquaret. » Factum ex eo senatus consultum, « ne simulata adoptio in ulla parte muneris

30. *Adoptionis enumerant. Asseruerant* cod. Agr.

Pravissimus mos. In MS. Flor. *pravissimos*, eademque manu correctum *pravus mos*, quod præfert J. Gron. Etiam in Guelf. *pravissimus* est a manu sec. deleto, quod ante erat, nova voce versiculi finem longe excurrente, ut ante breviorem vocem ibi fuisse appareat. Ern. Bud. vulgatum tenet.

Orbi fictis adoptionibus. Quæ fraus olim etiam usurpata et reprehensa a Scipione his verbis (ap. Gell. 5, 19.) : *In alia tribu patrem, in alia filium suffragium ferre. Filium adoptivum tam procedere, quam si se natum habeat.* Quamquam censeo, Scipionem non aliud intellexisse, quam notionem censoriam : et cum ii inquirerent, qui uxores quique liberos haberent ; malo quodam more, eos qui adoptassent non habuisse pro improlibus. Adde ad Taciti locum l. 2. D. De vacat. muner. Lips.

Qui magna cum invidia. Sic edd. omnes. At *qui*, quod ad *patres* refertur, abest a MSS. Fl. Guelf. (Agr. Bud.) ed. pr. et commode abest. Itaque delevi. Vid. ad c. 4. Si tamen *qui* est a Tacito, arbitror transpositum, et ante *jus naturæ* ponendum : *adeunt, qui... enumerant.* Sane *patres* longius abest ab *adeunt*. *Invidia* quid h. l. sit, vid. ad 4, 52. Ern. Restitui *qui* cum Bip. Non enim indicatur, si omittas, qui sint illi, qui senatum adierint, scil. patres veri. Id *qui* habet Puteol. et seq.

Adeunt, jus naturæ, labores etc. Si hunc locum restituit Rhenanus. MSS. Fl. Bud. *adeuntibus naturæ*. Guelf. *adeunt ; ubi naturæ, lab resque*, sed τὸ *que* deletum. Ed. pr. *adeuntibus ne*. Ceteræ ante Rhen. *adeunt, ibi naturæ munus*. Pro *jus* possis etiam conjicere *vim*. et sic e MS. Corb. notavit Broterius. Ern.

publici juvaret, ac ne usurpandis quidem hereditatibus prodesset. »

XX. Exin Claudius Timarchus, Cretensis, reus agitur, ceteris criminibus, ut solent prævalidi provincialium, et opibus nimiis ad injurias minorum elati : una vox ejus usque ad contumeliam senatus penetraverat, quod dictitasset, « in sua potestate situm, an proconsulibus, qui Cretam obtinuissent, grates agerentur. » Quam occasionem Pætus Thrasea ad bonum publicum vertens, postquam de reo censuerat, « provincia Creta depellendum, » hæc addidit : « usu probatum est, P. C., leges egregias, exempla honesta, apud bonos ex delictis aliorum gigni. Sic oratorum licentia Cinciam rogationem; candidatorum ambitus Julias leges; magistratuum avaritia Calpurnia scita pepererunt. Nam culpa, quam pœna, tempore prior; emendari, quam peccare, posterius est. Ergo adversus novam provincialium superbiam dignum fide constantiaque romana capiamus consilium, quo tutelæ sociorum nihil derogetur, nobis opinio decedat, qualis quisque habeatur, alibi quam in civium judicio esse. »

XXI. « Olim quidem non modo prætor, aut consul,

31. *Ceteris criminibus.* Forte *ceu tetri criminis. tetrum facinus* Seneca Thyeste v. 786. Tum *vana vox ejus*, non *una*. — 32. *Alibi quam in civium judicio esse.* An *non alibi.* Sed hæc parum latina sunt.

Ne usurpandis quidem. Ne ad solidi capacitatem. Argumento l. 51. D. de Legatis 11. Vide quæ notavi ad legem Papiam 3, 25. Lips. *Quidem* abest a Bud. et abesse potest. De re v. et Gell. 5, 19.

Grates agerentur. Grates illæ non erant nihili; proderant ad sequentes honores. V. Plin. Paneg. 71.

Hæc addidit. Bud. *hoc add.*

Cinciam rogat. Notatis ad 11, 5. et 13, 42. adde Ranchini Var. Lect. 2, 7.

Nam culpa quam pœna. Similis gnome in Tertull. *Nemo postfutura reprehendit, quæ ignorat futura : emendatio culpam non antecedit.* Lips. Mox *provinciarum* ante Pichenam edd. omnes; etiam MS. (Bud.) Guelf. nisi quod ed. pr. *provinciam.* Ern. Flor. *provinciarium.* Inde Pichenæ emendatio, ut Faernus jam conjecerat.

sed privati etiam mittebantur, qui provincias viserent, et, quid de cujusque obsequio videretur, referrent: trepidabantque gentes de existimatione singulorum. At nunc colimus externos et adulamur: et, quomodo ad nutum alicujus grates, ita promptius adcusatio decernitur: decernaturque et maneat provincialibus potentiam suam tali modo ostentandi: sed laus falsa et precibus expressa perinde cohibeantur, quam malitia, quam crudelitas. Plura sæpe peccantur, dum demeremur, quam dum offendimus. Quædam immo virtutes odio sunt, severitas obstinata, invictus adversum gratiam animus. Inde initia magistratuum nostrorum meliora ferme, et finis inclinat, dum, in modum candidatorum, suffragia conquiri-

33. *Dum demeremur. Meremur* cod. Agric.

De æstimatione singulorum. In MS. (Bud.) Guelf. ed pr. Put. est *de extimatione*, quod etiam esse potest *de existimatione*. Atque ita puto hic accipiendum. Nam legati, missi ad res inspiciendas, est *judicare*, h. e. *existimare*, non *æstimare*. V. Gron. ad Liv. 4, 41. 34, 2. Itaque *existimatio* dicitur de eo, cui potestas cognoscendi, judicandi data, quam fuisse tali legato, dubitari nequit. Quam ob rem sic edidimus. *Verbi existimationem* dixere etiam Cicero et Cæsar. Secutus est non Broterius. Ern. Secutus et Lallem. Non Bip. qui restituerunt *æstimatione*, provocantes ad Livii l. c. Sed is est in dubio. Parum, puto, interest.

Decernaturque et maneat. Si non fractus locus, scribo sententia ducente, *decernatur, ne maneat*. Nisi per ironiam hæc dicta capies, et simulata quadam concessione. Quo sensu nihil mutem. Lips. Omnia sana sunt. Ern. Immo major in vulg. vis est. Lipsius ipse sensit in notis novissimis. Sic et Pich. et Freinsh. Ceterum hic sane gerundium a subaudito *facultas* pendere potest, ut supra c. 5. forsan a voce *studium*. Alia vide ad 2, 43. *Sum* non habet Bud.

Peri ide cohibeantur. (Sic Bud. sed) MS. Guelf. a sec. man. *cohibeatur*, ut volebat Acidalius. Si pluralis verus est, referendus simul ad malitiam et crudelitatem. Ern.

Virtutes odio sunt. Vulgo, qui eas gravatur. Lips.

Et finis inclinat. Primum *et* dictum pro *sed*, *at*, ut sæpe alias. V. ad 5, 3. *inclinat*, intellige in partes deteriores. Mox Groslotius malebat *æquabilius* pro *æqualius*. Etsi hoc quoque defendi potest: tamen quia *æquabilius* est in ed. pr. et Sallustius sic conjunxit *æquabilius atque constantius* Catil. 2. ut inde haud dubie sumpserit, *æquabilius* recepimus. Se-

mus : quæ si arceantur, æquabilius atque constantius provinciæ regentur. Nam ut metu repetundarum infracta avaritia est, ita, vetita gratiarum actione, ambitio cohibebitur. »

XXII. Magno adsensu celebrata sententia, non tamen senatus consultum perfici potuit, abnuentibus consulibus ea de re relatum. Mox, auctore principe, sanxere, « ne

34. *Æqualius atque constantius. Æquabilius* cod. Agr. Vid. Ann. 1, 4.

cutus nos est Broterius. Ern. Et Lall. * Bud. *æqualius.*

Ambitio cohibetur. Legerem *cohibebitur.* Lips. Verum est. Ern.

Abnuentibus consulibus ea de re relatum. Atqui, *licere patribus, quoties jus dicendæ sententiæ accepissent, quæ vellent expromere, relationemque in ea postulare*, supra 13, 49. scripsit Tacitus; similique sententia 2, 38. lego, *A majoribus concessum egredi aliquando relationem, et, quod in commune conducat, loco sententiæ promere.* Licuisset ergo consulibus referre ea de re ad patres; sed iis aliter visum. Jus relationis autem solis consulibus : nec sine relatione perfici potuit ullum SC. Ideo Vespasiano concessum, VTI. EI. SENATUM. HABERE. RELATIONEM. FACERE. REMITTERE. LICERET. Ideo sequentibus principibus honoris caussa datum jus tertiæ, quartæ, quintæ relationis : id est, me interprete, ut, quoties consules ipsi non essent, tres nihilominus, quatuor aut quinque relationes facere possent, qua de re cumque iis visum. Solennia relationum verba e Suetonii Calig. 15. hæc didici : *Quod bonum felixque sit C. Cæsari, de N. patres conscripti, quid fieri placet?* Lips. Lipsius igitur substantive cepit *relatum*, ut est etiam H. 1, 30. quamquam alio sensu. Alii videntur intellexisse *relatum* pro *relatum esse* : unde Boxhornius D. Heinsii correctionem probat : *nec abn. C. ea de re relatum.* Schefferus in Ἀνεκδ. Obs. Misc. t. 8, p. 292. sic interpungit : *consulibus. Ea de re relatum mox auctore principe. Sanxere, ne* etc. Ingeniose utique, et sic prope est in ed. pr. *consulibus. ea de re latum mox auctore principe sanxere.* Lipsius verum vidit. Quæ per egressionem relationis dicta erant, a Coss. erant ex integro referenda, si SCtum fieri deberet. V. ad 13, 26. Et Tacitum delectari hac forma verborum, notum est. Ern. *Relatum* pro relatione positum, noli dubitare. Noster et alibi eo substantivo utitur. V. H. 1, 30. et Germ. 3. Contra 2, 38. habet *egredi relationem.*

Sanxere, ne quis. Reperio, jam ante sanxisse id Augustum. De quo Dionis verba ista 56, 25., Τῷ ὑπατικῷ προσπαράγγελε, μηδενὶ τῶν προστασσομένων αὐτοῖς ἀρχόντων μήτε τῆς ἀρχῆς χρόνῳ, μήτε ἐντὸς ἑξήκοντα ἡμερῶν μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι σφᾶς, τιμήν τινα διδόναι, ὅτι τινὲς μαρτυρίας παρ' αὐτῶν καὶ ἐπαίνους προσπαρασκευαζόμενοι, πολλὰ διὰ τούτων ἐνακούργουν. Sed diversum tamen hoc

quis ad concilium sociorum referret, agendas apud senatum proprætoribus proveconsulibus grates, neu quis ea legatione fungeretur. » Iisdem consulibus gymnasium ictu fulminis conflagravit, effigiesque in eo Neronis ad informe æs liquefacta. Et motu terræ, celebre Campaniæ oppidum, Pompeii, magna ex parte proruit. Defunctaque virgo vestalis Lælia, in cujus locum Cornelia ex familia Cossorum capta est.

XXIII. Memmio Regulo et Verginio Rufo coss. na-

Neronianum consultum : quoniam illud Augusti post diem permittit laudationes : hoc plane et plene tollit. Lips.

Proveconsulibus. Vales. ad Amm. 30, 5. corrigit *Proqueconsulibus.* Quod sane rectius. Nam de utrisque pari modo cavetur. Et sæpe in his particulis peccatum : ut ap. Suet. Aug. 43. *majorum minorumve*, pro *minorumque*. Ern.

Motu terræ. Dissentit Seneca, qui Nat. Q. 6, 1. ad sequentes Coss. refert hunc terræ motum expressim : *Pompeios celebrem Campaniæ urbem.... desedisse terræ motu, Lucili virorum optime, audivimus : et quidem diebus hibernis, quos vacari a tali periculo majores nostri solebant promittere.* (Observa. Ergo statim consulibus novis, ut anni totius necessario in alterutro error sit.) *Nonis februarii fuit hic motus, Regulo et Verginio COSS.* Et hercle tam adseverat id distincte, ut credam, vitium esse non Taciti (non id convenit in fidei et diligentiæ unicæ scriptorem) sed Ægisthi alicujus; cujus adulteria et trajectiones compluries agnosco in hac regia vere sponsa. Lips. Dixi ad 1, 68. (ubi *prorupere* non *prorumpere* volui in verbis Curtii) apud bene latinos semper τοιτικῶς poni τὸ *proruere*. Auctor quidem Ætnæ vulgo v. 307. *rupes aliquas penitasque cavernas Proruere.* Sed cum Scaliger ibi testetur, vett. lib. habere *provehere*, censeo scribendum, *procidere*. Quemadmodum et apud Val. Flaccum 7, 599. *In caput inque humeros ipsa vi molis et iræ Procidit*, ubi editur *proruit*. Tale vitium et hic oblatum Tacito, qui scripserat, *Et motus terræ.* Ut Livius 22, 5., *Eum terræ motum, qui multarum urbium Italiæ magnas partes prostravit, montes lapsu ingenti proruit.* Senec. Nat. Q. 6, 1. *hic motus Campaniam magna strage vexavit.* Gron. Verum puto. Ern. Probat et Lallem. Sed sic dicendum fuerat *Pompeios.* Majorem cladem urbs hæc passa 16 annis post, incendio Vesuviano deleta; nostro demum ævo ex orco quasi suscitata. Detectæ faciem civibus suis exhibuit Cl. Hamiltonus, quam cum Germania communicarunt Bernoullius Berolinensis et Chr. G. de Murr, itemque G. H. Martini.

Memmio Regulo et Verginio Rufo COSS. Restitue iis prænomina vera ex lapide, præter mentem Onufrii Fastorum scriptoris, (ap. Grut. p. 8.)

tam sibi ex Poppæa filiam Nero ultra mortale gaudium accepit, adpellavitque *Augustam*, dato et Poppææ eodem cognomento. Locus puerperio colonia Antium fuit, ubi ipse generatus erat. Jam senatus « uterum Poppææ » commendaverat diis, votáque publice susceperat. Quæ multiplicata exsolutaque. Et additæ « supplicationes templumque Fecunditati, et certamen ad exemplar Actiacæ religionis » decretum : « utque Fortunarum effigies au-

35. *Ad exemplar atticæ religionis. Antiacæ* cod. Agric. Forte *Iselasticæ. sacræ coronæ* infra c. 33. Vid. 16, 21.

VOTVM. SOLVERVNT. L. M. L. VERGINIO RVFO. C. MEMMIO. REGVLO. COSS. Lips.

Locus puerperio colonia Antium fuit. Abest verbum *fuit* a MSS. Bud. Guelf. et aliis, ed. Rhen. et seqq. usque ad Pichenam. Ern. Qui dedit e Flor. et ed. Ven.

Jam sen. uterum. Ante *uterum* legebatur *interim*, quod Rhen. sustulit. deerat in Bud. ubi 2. m. intrusit.

Templum Fecund. Huic Fecunditati celebrandæ Neronem cudi curasse, hariolatur Spanh. de Præst. NN. numum, in quo pisces varii generis, symbolum scil. fecunditatis. V. diss. 4, 13. t. 1, p. 231.

Ad exemplar Atticæ religionis. Panathenæa Atheniensium intellegi volunt, de quibus apud Græcos obvii loci. Dubito; nam Panathenæis respondebant romanæ Quinquatrus, nescio an hoc certamen novum. In libris etiam vacillare scripturam video, quorum Vaticanus optimus *accicæque* præfert, Farnesianus *anciatæ*. An fuit *Actiacæ religionis*, sive potius *regionis?* Nec enim major hic, quam in aliis ludis, religio. Enimvero in Suetonio lego, Augusti 18. ab eo principe institutos *Nicopoli apud Actium ludos quinquennales, quo celebratior ejus victoriæ memoria in posterum esset.* Et durasse eos ad inferiora tempora, Mamertinus in Paneg. docet c. 9. *Urbs Nicopolis conciderat.... et certamen ludicrum, lustris omnibus solitum frequentari, intermiserat temporis mœsti deforme justitium.* Fuit autem certamen triplex, gymnicum, musicum et equestre, ut Dio tradit 51, 1. Hæc mea olim mens, sed ut multa in hac ἀρχαιολογίᾳ incerta, nec unquam eruenda, hic etiam dissentiunt, et vir pereruditus (P. Faber) tuetur vulgatam lectionem, et explicat in Agonistici sui 3, 29. Lips. *Actiacæ* firmat ed. pr. quæ plane habet *acciacæ*, quod est etiam in MS. Guelf. a manu sec. tamen. Nam ante fuit, ut e lemmate marginis patet, *atricæ*: e quo forte *aticæ* a Puteolano factum. Vulgata lectio, *atticæ*, inde a Puteolano editos obtinet. Mihi *Actiacæ* placet, quod et cum Broterio recepi, qui et in MS. Reg. reperit, non *Antiatis* vel *Antiatinæ* Grotii, quod Ryckius probabat. Nam *certaminis* verbum indicat græci ritus ludos fuisse :

reæ in solio Capitolini Jovis locarentur: ludicrum circense, ut Juliæ genti apud Bovillas, ita Claudiæ Domitiæque apud Antium ederetur. » Quæ fluxa fuere, quartum intra mensem defuncta infante. Rursusque exortæ adulationes, censentium « honorem Divæ et pulvinar ædemque et sacerdotem. » Atque ipse ut lætitiæ, ita mæroris immodicus egit. Adnotatum est, omni senatu Antium sub recentem partum effuso, Thraseam prohibitum immoto animo prænuntiam imminentis cædis contumeliam excepisse. Secutam dehinc vocem Cæsaris ferunt, qua, « reconciliatum se Thraseæ, » apud Senecam jactaverit, ac Senecam Cæsari gratulatum. Unde gloria egregiis viris et pericula gliscebant.

XXIV. Inter quæ, veris principio, legati Parthorum mandata regis Vologesis, literasque in eandem formam,

quales Actiaci. *Atticæ* si aliud esset, quam conjectura, non adeo displiceret. Nam græcorum certaminum forma sane ex Attica petita. Quia vero Actiaci ludi ab Augusto instituti, maximoque in honore erant, non abhorret, ad eorum exemplar certamen decretum esse. Quod J. Gronovius e lectione MS. Flor. conjicit *Acciereæ*, ab ἀξίερος, an alicui placere possit, dubito. Ern. *Atticæ* non est ex mera conjectura; Bud. habet *Actice religionis*. P. Faber p. 680. l. c. volebat *anticæ* i. e. *antiquæ*. Vel *Achaicæ* religionis Bip. cum Mureto legunt *Antianæ*, quod Antium Neronis patria fuit et colonia, Fortunæ templo celebris, quodque forma vocis ap. Plin. 3, 6. (12.) occurrit, *in Antiano Astura*. Verum certamina Antii celebrata in honorem Fortunæ, nullibi legitur; de Actio res nota. Itaque Gron. sequi malo et Brot.

Locarentur. Sic MSS. Flor. (Bud.) Agr. ed. pr. J. Gron. Ceteri libri *collocarentur*. Parum refert. Nam verbum *locare* hic malim sensu ponendi, quam pro redemptoribus faciendum mandare, accipere. Ern.

Juliæ gentis apud Bovillas. 2, 41., *Sacrarium genti Juliæ effigiesque D. Augusto apud Bovillas dicantur*. Lips.

Honorem divæ. Cf. 16, 6. et not. ad 16, 21. ubi numus ea occasione cusus.

Adnotatum est. Sic Rhen. e Bud. prius legebatur *adnotandum est*.

Unde gloria. Sic MSS. (Flor. Bud. etc.) et edd. vett. omnes. Non ergo vulgo est *gloriæ*, ut Pichena scribit. In Lipsianis reperi, in quas e Rhen. sec. fluxit, ubi est vitium operarum. Mox *inter quæ* MSS. Flor. (Bud.) Guelf. edd. pr. Pich. seqq. Ceteræ *interim*. Ern.

adtulere : « se priora et totiens jactata, super obtinenda Armenia, nunc omittere, quoniam dii, quamvis potentium populorum arbitri, possessionem Parthis, non sine ignominia romana, tradidissent. Nuper clausum Tigranen : post Pætum legionesque, cum opprimere posset, incolumes dimisisse. Satis adprobatam vim : datum et lenitatis experimentum. Nec recusaturum Tiridaten, accipiendo diademati in urbem venire, nisi sacerdotii religione adtineretur. Iturum ad signa et effigies principis, ubi, legionibus coram, regnum auspicaretur. »

XXV. Talibus Vologesis literis, quia Pætus diversa, tanquam rebus integris, scribebat, interrogatus centurio, qui cum legatis advenerat, « quo in statu Armenia esset? omnes inde Romanos excessisse, » respondit. Tum intellecto barbarorum irrisu, qui peterent, quod eripuerant, consuluit inter primores civitatis Nero, « bellum anceps, an pax inhonesta placeret? » nec dubitatum de bello. Et Corbulo, tot per annos militum atque hostium gnarus, gerendæ rei præficitur, ne cujus alterius inscitia rursum peccaretur, quia Pæti piguerat. Igitur irriti remittuntur, cum donis tamen, unde spes fieret, non frustra eadem oraturum Tiridaten, si preces ipse adtulisset. Syriæque exsecutio Cincio, copiæ militares Cor-

36. *Syriæque exsecutio Cincio.* An *ex sen. consulto?*

Sacerdotii religione. Quænam hæc religio, docet Plin. 30, 2. (6.) Magus quippe fuit Tiridates, qui *navigare non poterat, quoniam exspuere in maria, aliisque mortalium necessitatibus violare naturam eam fas ei non erat.*

Ad effigies principis. Quæ scil. inter signa colebantur.

An pax in hoste. Fortasse rectius, *an pax inhonesta placeret.* Lips. Sic dudum Victorius correxerat ad Caton. R. R. c. 80. e vet. cod. qui habebat *inhosta*, h. e. Flor. ut docet Pichena. Recepit Pich. Vett. edd. a Puteol. *in hoste*, ut MS. (Bud.) Guelf. Ed. pr. *in hostes.* Ern. * Salmasius ad Solin. p. 24. tuetur *inhosta* i. e. iniqua.

Syriæque exsecutio. Exsecutio-

buloni permissæ; et quintadecima legio, ducente Mario Celso, e Pannonia adjecta est. Scribitur tetrarchis ac regibus, præfectisque et procuratoribus, et qui prætorum finitimas provincias regebant, « jussis Corbulonis obsequi: » in tantum ferme modum aucta potestate, quem populus romanus Cn. Pompeio, bellum piraticum gesturo, dederat. Regressum Pætum, cum graviora metueret, facetiis insectari satis habuit Cæsar, his ferme verbis: « Ignoscere se statim, ne tam promptus in pavorem longiore solicitudine ægresceret. »

XXVI. At Corbulo quarta et duodecima legionibus, quæ, fortissimo quoque amisso et ceteris exterritis, parum habiles prœlio videbantur, in Syriam translatis, sextam inde ac tertiam legiones, integrum militem et

37. *In tantum ferme modum. Modum* deleri velim.

nem pro administratione usurpat fortasse, uti alibi, *negotii ejus executionem libens suscepit.* Seneca ep. 52. f. *Differam hæc in præsenti. Desiderant enim longam et propriam exsecutionem.* Addubito tamen, num leg. *Syriaque Sex. Cincio.* Lips. Pro *Cincio* MS. Flor. *Cicio*, MSS. Agr. (Bud.) Guelf. ed. pr. *Citio.* At Pighius legendum censet *Cestio*, probante Ryckio ad h. l. (et Lallem.) quod recepit Broterius. At vereor, ut rationes temporum recte subductæ sint. Pagius quidem ad a. C. 66. Cestium a. C. 65. demum in Syriam missum, et a. 66. belli Judaici initium factum putat. De quo, alio forte loco, a nobis dicetur et commodius et diligentius. Ern. Locus Senecæ ad hæc verba ex ep. 52. a Lipsio adductus ad rem non facit. Ibi quippe sumitur exsecutio eo sensu, quo ep. 76. *Quare hoc unum sit bonum, quod honestum, dicam; quoniam me parum exsecutum priore epistola judicas.* Kr.

Præfectis et procuratoribus. Præfectos per enallagen dictos puto. Solus enim Ægypti præses intelligendus. Et Ægypti statim mentio et militum inde acceptorum. *Procuratores* intelligendi, non rei privatæ Cæsaris, sed qui provincias minores regerent, ut Judæam. Ern.

Quem populus rom. Quem habent edd. inde a Rhenano (e Bud.) omnes, MS. Guelf. idque probabat J. Fr. Gron. Edd. ante Rhen. *quam*, quod malebat Freinsh. *Quem* verum est, nisi *quam* factum est e *quantum*, ut sæpe alibi. Pro *in tantum* dici potest *in eum*: unde commode sequi potest *quem.* De Pompeii infinito imperio, lege Gabinia accepto, v. Plutarch. in Pomp. c. 40, p. 631. et Dion. Cass. 36, 6. Ern.

crebris ac prosperis laboribus exercitum, in Armeniam ducit. Additditque legionem quintam, quæ, per Pontum agens, expers cladis fuerat, simul quintadecimanos, recens adductos : et vexilla delectorum ex Illyrico et Ægypto, quodque alarum cohortiumque : et auxilia regum in unum conducta apud Melitenen, qua transmittere Euphraten parabat. Tum lustratum rite exercitum ad concionem vocat, orditurque magnifica de « auspiciis imperatoriis, rebusque a se gestis, » adversa « in inscitiam Pæti » declinans : multa auctoritate, quæ viro militari pro facundia erat.

XXVII. Mox iter, L. Lucullo quondam penetratum, apertis, quæ vetustas obsepserat, pergit. Et venientes Tiridatis Vologesisque de pace legatos haud adspernatus, adjungit iis centuriones, cum mandatis non immi-

38. *Crebris ac prosperis laboribus.* Scribe *perasperis laboribus.* Sic *peridoneus consilio* Ann. 4, 12. *perornare* 16, 26. *peramœna æstas* 4, 67. *peroperosus* ex MSS. de Mor. Germ. c. 27. Infra c. 45, *persimplex victus* e MSS. Et c. 48., *perseverum imperium. percarus* Ann. 2, 74. 13. 19. *perstimulare* Ann. 4, 12. *percolere, permunire, perrogare* H. 4, 9. Sic *asperam militiam tolerare* H. 1, 51. — 39. *Quia transmittere Euphratem parabat. Qua* bene cod. Agric. — 40. *Multa auctoritate.* An *austeritate?* — 41. *Apertis quæ vetustas. Apertisque quæ* cod. Agr. Forte *apertis si quæ vetustas.*

Apud Melitenen. Ptolemæo 6, 3. Μελιτηνὴ, Susianæ pars. Lips. At hic Cappadociæ Melitene intelligenda, ut bene Ryckius. Nam illa longe ultra Euphraten : hanc Euphrates ab ortu præterfluit. Vid. Cellar. G. A. t. 2. p. 298. Ern.

Lustratum rite exercitum. Mos exercitum recens acceptum lustrare : exemplum aliud est Æmilii Paulli ap. Plut. in Æmil. c. 61. p. 274. τὴν δύναμιν ἐν Μακεδονίᾳ παρέλαβον, καὶ τὸν εἰωθότα συντελέσας καθαρμὸν αὐτῆς etc. item C. Flaminii ap. Cic. de Divin. 1, 35. Idem factum ante, quam res geri inciperentur, ut a Cæsare B. G. 8, 52. Quomodo lustratio facta, notum est e Livio, 1, 44. Mox *imperatoris* habent MSS. (Bud.) et edd. pr. quod vulgato *imperatoriis* prætuli. Ern.

Adversa in inscitiam Pæti declinans. Ita legendum vidit Freinsh. idque recte receptum. Vett. edd. vel *adversam in inscitiam*, ut ed. pr. aut *adversam inscitiam*, ut MS. Guelf. (Bud.) ed. Puteol. et seqq. usque ad Freinsh. Vid. supra 14, 38. Ern.

Iter L. Lucullo. Plutarchum lege. Lips.

tibus : « non enim adhuc eo ventum, ut certamine extremo opus esset. Multa Romanis secunda, quædam Parthis evenisse, documento adversus superbiam : proinde et Tiridati conducere, intactum vastationibus regnum dono accipere : et Vologesen melius societate romana, quam damnis mutuis, genti Parthorum consulturum. Scire, quantum intus discordiarum, quamque indomitas et præferoces nationes regeret. Contra imperatori suo immotam ubique pacem, et unum id bellum esse. » Simul consilio terrorem adjicere, et Megistanas Armenios, qui primi a nobis defecerant, pellit sedibus, castella eorum exscindit, plana, edita, validos invalidosque pari metu complet.

XXVIII. Non infensum, nedum hostili odio Corbulonis nomen etiam barbaris habebatur, eoque consilium ejus fidum credebant. Ergo Vologeses neque atrox in summam, et quibusdam præfecturis inducias petit. Ti-

42. *Et quibusdam præfecturis.* Forte *præfectus.* Acidalius *præfractior.*

Non enim adhuc eo ventum. MS. Flor. (Bud.) ed. pr. *nec enim adhuc.* Ern.

Scire, quantum. Sententiam adjuveris, si scribas *sciret* Lips. Immo intellige *se.* Ern. Si quid mutandum mallet Freinsh. *sciri.* Sic et Heins.

Simul consilio. Comptiora hæc Freinsh. fore putat, si sic legamus : *simul, ut consilio terrorem adjiceret, Megistanas* etc. Placet. Sed infinitivum tamen et verbum finitum etiam alibi jungi vidimus. Vid. ad 12, 51. Mox ed. pr. *pepulit.* Ern. Probat Freinsh. conjecturam Lallem. Recepere Bip. Verum vulg. et alia ap. nostrum exempla habet.

Megistanas. Summates, optimates. Cf. Suet. Cal. 5. et Marci 6, 21.

Pellit sedibus. Bud. *pellit a sedibus.* Sed mox *cum barbaris delectas est.*

Ergo Vologeses neque atrox in summam. Sensus est : Vologesen, quoad summam rem, de qua agebatur, non ferocem ac durum fuisse : admisisse orationem legati : tantum inducias quibusdam præfecturis petiisse, quæ a Corbulone adfligebantur. Viris doctis, qui corruptum locum putarunt, tenebras, ut opinor, offudit τὸ *neque*, sequente *et*, de quo jam supra vidimus. Ern. H. 2, 16. *nihil in summam profutura.* Freinsh. pro *et* volebat *aut.*

ridates locum diemque colloquio poscit. Tempus propinquum, locus, in quo nuper obsessæ cum Pæto legiones erant, cum a barbaris delectus esset, ob memoriam lætioris sibi rei, non est a Corbulone vitatus, ut dissimilitudo fortunæ gloriam augeret. Neque infamia Pæti angebatur: quod eo maxime patuit, quia filio ejus, tribuno, ducere manipulos atque operire reliquias malæ pugnæ imperavit. Die pacta Tiberius Alexander, illustris eques romanus, minister bello datus, et Vivianus Annius, gener Corbulonis, nondum senatoria ætate, sed pro legato quintæ legioni impositus, in castra Tiridatis venere, honori ejus, ac, ne metueret insidias, tali pig-

43. *Cum a barbaris delectus esset. A* tolle cum cod. Agr. — 44. *Non est a Corbulone vitatus.* Idem, *tum Corbuloni non vitatus.* — 45. *Neque infamia Pæti angebatur. Tangebatur* rectius legatur. — 46. *Minister bello datus. Additus* alibi. H. 3, 25., *Julius Mansuetus ex Hispania legioni rapaci additus*, atque ita hic forte legendum. Sic *custodes additi* alibi, *inditi* A. 3, 28.

Cum.... delectus esset. MS. Fl. (Bud. ed. pr. *est*: unde J. Gronovius ad c. 10. vult *tum delectus est*..... et deinde *Corbuloni non vitatus*, quod in iisdem libris est *Corbulo non vitatus*. Sed in hac lectione friget *tum*. Mox Rhen. (e Bud.) dedit *angebatur*, cum ante esset *augebatur*, quod etiam est in MS. Guelf. edd. Lips. Gryph. aliis: nec video, cur prorsus damnetur. Operiendis his reliquiis infamia Pæti tegebatur quodammodo. Sed tamen antecedentibus *angebatur* aptius videtur. Vir doctus in ed. Gryph. correxerat *agebatur*: frustra. Ern.

Operire reliquias malæ pugnæ imperavit. Operire MS. Guelf. (Bud. a 1. m.) edd. vett. omnes. *Operiri* edd. Lipsii male. Vid. ad c. 2. extr. Ern.

Tiberius Alexander. Qui procurator Judææ post Cuspium Fadum. Idem antea Alexandriæ Alabarches. Josephus 20, 5. Lips. Mox Ægypto præfectus. H. 1, 11. 2, 79. filius Alexandri, Alabarchæ Alexandriæ. Teste Josepho A. 20, 3. qui Philonis Judæi frater. ib. 18, 10.

Minister bello datus. I. e. adjutor, exactor, arbiter adjunctus a Nerone. V. Gronov. Obs. 2, 20. Ern.

Vivianus. MS. Flor. ed. pr. *Vinianus*: quod cum J. Gron. verum puto. MS. Agr. *Vimanus*, idem est: *ni* mutatum in *m*. MSS. plures ap. Broterium, Guelf. edd. inde a Puteol. *Vivianus*. Ern. Bud. *Vivanus*.

Nondum senatoria ætate. Quæ est annus vigesimusquintus, ut alibi monui. Lips.

Honore ejus. Honori emendavit Lipsius, Pichena recepit. Atqui H. 1, 44. *non honore Galbæ*. Adde Ob-

nore. Viceni dehinc equites adsumpti. Et, viso Corbulone, rex prior equo desiluit : nec cunctatus Corbulo. Sed pedes uterque dextras miscuere.

XXIX. Exin Romanus laudat juvenem, « omissis præcipitibus, tuta et salutaria capessentem. » Ille « de nobilitate generis » multum præfatus, cetera temperanter adjungit : « Iturum quippe Romam, laturumque novum Cæsari decus, non adversis Parthorum rebus supplicem Arsaciden. » Tum placuit, Tiridaten ponere apud effigiem Cæsaris insigne regium, nec nisi manu Neronis resumere : et colloquium osculo finitum. Dein paucis diebus interjectis, magna utrimque specie, inde eques compositus per turmas, et insignibus patriis, hinc agmina legionum stetere, fulgentibus aquilis signisque et simulacris deum, in modum templi. Medio tribunal

47. *Et colloquium osculo finitum. Id colloquium*, puto.

serv. 4, 16. Gron. Bip. quoque recepere *honori*. Bud. *honore*.

Dextras miscuere. Quod apud Persas sanctissimi fœderis. Josephus 18, 9., Ὁ δὲ Ἀρτάβανος τούς τε πατρῴους θεοὺς ἐπάμυνειν, μᾶλλον κακὸν δράσειν αὐτοὺς.... καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδου· ὅπερ μέγιστον παρὰ πᾶσι τοῖς ἐκείνῃ βαρβάροις παράδειγμα τοῦ θαρσεῖν γίνεται τοῖς ὁμιλοῦσιν. Οὐ γὰρ ἂν ψεύσαιτό τις δεξιᾶν ὑπ' αὐτοῦ δόσεως γενομένης, οὐδὲ πιστεύειν ἐνδοιάσειεν, εἰ τοιάσδε ἀσφαλείας δόσις γίνοιτο, παρὰ τῶν ἐν ὑποψίᾳ ἀδικήσειν καθεστηκότων. Firmat Gemistus Plethon l. 2. De rebus Græc. *Persarum rex Mentorem, quod dextram dedisset,* (*maxima enim hæc apud Persas fides*) *conservavit.* Lips.

Signisque et simulacris deum. Videnda, si lubet quæ de signis in militia scripsi. Multa et varia fuerunt et clypeis imaginibusque ornata; et ideo sic disposita et erecta comparat cum *deum templo.* Ita enim distinguendum videtur : quia simulacra etsi deorum ibi fortasse, pleraque tamen principum erant, et qui rerum tunc potiebantur. Nisi quis censet, ad ornatum, in solemni illa velut pompa etiam statuas deorum adhibitas et dispositas : quod in aliorum arbitrio et opinatione relinquo. Lips. Immo *simulacris deum* conjungendum. Dii in signis culti, et inter eos Cæsarum imagines. Unde apud Manilium 1, 797. Augustus dicitur Julium Cæsarem per signa videre, magnumque Quirinum in cœtu divum : quod huc referebat Rupertus in epist. Reines. p. 670. Ern. Humani quid hic passus Rupertus. Ex mente Manilii *per signa* cœlestia *Tonantem socium* habet *Augustus*, cœ-

sedem curulem, et sedes effigiem Neronis, sustinebat. Ad quam progressus Tiridates, cæsis ex more victimis, sublatum capite diadema imagini subjecit: magnis apud cunctos animorum motibus; quos augebat insita adhuc oculis exercituum romanorum cædes aut obsidio. « At nunc versos casus: iturum Tiridaten ostentui gentibus, quanto minus quam captivum? »

XXX. Addidit gloriæ Corbulo comitatem epulasque: et, rogitante rege caussas, quotiens novum aliquid adverterat: ut, initia vigiliarum per centurionem nuntiari,

48. *Sublatum capite diadema.* *Ablatum capiti* puto, vel, *suo ablatum capiti.*

lum regens. Saniora dat Stewech. ad Veget. 2, 6. p. 122.

Sedes effigiem Neronis. De ea re Dio in Eclogis nuper publicatis (in ed. Reim. 62, 23.) Ἀλλὰ καὶ βῆμα ὑψηλὸν ἠγέρθη. Καὶ ἐπ' αὐτοῦ εἰκόνες τοῦ Νέρωνος ἐστάθησαν. Similis sedes sive suggestus etiam Romæ in castris prætoriis. Tacitus H. 1, 36., *In suggestu, in quo paullo ante aurea Galbæ statua fuerat, medium inter signa Othonem collocant.* Ergo statua hæc, ut apparet, in sede: exemplo scilicet deorum, qui sic plerumque ficti. Plinius Paneg. 52. *Jamdudum illi radiatum caput, et media inter deos sedes, auro staret aut ebore.* Lips.

Cæsis ex more victimis. Eum morem suggerunt Claudianus De laud. Stilic. 1, 59.... *penetralibus ignem Sacratum rapuere adytis, rituque juvencos Chaldæo stravere Magi. Rex ipse micantem Inclinat dextra pateram, secretaque Beli Et vaga testatur volventem sidera Mithram.* Et Sidonius Paneg. Leonis (vel Anthemii bis Cos.) v. 83..... *Magis juratur ab illis Ignis et unda deus. Nec non rata pacta futura Hic divos testatur avos. Chaldæus in extis Pontificum de more senex arcana peregit Murmura.....* Strabo etiam aliquid de ritu victimas immolandi l. 15, p. 732. Μερίσαντος δὲ τοῦ μάγου τὰ κρέα τοῦ ὑφηγουμένου τὴν ἱερουργίαν, ἀπιᾶσι διελόμενοι, τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἀπονείμαντες μέρος. Τὰς γὰρ ψυχὰς φασι τοῦ ἱερείου δεῖσθαι τὸν θεὸν, ἄλλου δὲ οὐδενός. Ὅμως δὲ τοῦ ἐπίπλου τι μικρὸν τιθέασιν, ὡς λίγουσί τινες, ἐπὶ τὸ πῦρ. Docte ergo de omento Catullus inseruit c. 90. *Gnatus ut accepto veneretur carmine divos, Omentum in flamma pingue liquefaciens*, ut ante me vulgavit magnus filiarum Mnemosynes antistes. Lips.

Et rogitante rege caussas. Videtur edidisse Tacitus *rogitantem regem.* Id enim requirunt his respondentia, *admiratione prisci moris adfecit.* Gron.

Per centurionem nuntiari. Qui vigilias ordine obibant. H. 2, 29., *Varus, deflagrante paullatim seditione, addit consilium, vetitis obire vigilias centurionibus, omisso tubæ*

convivium buccina dimitti, et structam ante augurale aram subdita face accendi : cuncta in majus adtollens,

sono, quo miles ad belli munia cietur. Obibat ergo centurio, et rediens nunciabat duci recte habere. Polybium vide 6, 34. Lips. *Nunciari* edd. pr. Rhen. (e Bud.) sqq. omnes. At mediæ et MS. Guelf. *enunciari.* Ern.

Convivium buccina dimitti. Circuivi olim hunc ritum, non tetigi. At nunc in manum mihi dat Polybius 14, 3., *Est ea Romanis consuetudo, ut tempore convivandi, cuncti tubicines ac buccinatores ad tentorium ducis personent, ad hoc, ut nocturnas custodias suis locis per id temporis constituant.* O locum opportunum et huic rei unicum! e quo etiam Livio lux, qui morem hunc, sed obscurius, tangit 30, 5., *Tribunis edicit, ut, ubi prætorio dimisso signa concinuissent, exemplo educerent e castris legiones. Ita, ut imperaverat, signa sub occasum solis efferri sunt cœpta.* Scribit uterque de Scipionis astu, quo castra Syphacis clam invasit. Germanorum principum mos nescio an originem trahat istinc. Certe receptum dynastis etiam hodie, ut convivium ineant ad sonum tubæ. Quod ipsum Alexandrum Macetam fecisse observo, ex Athenæo 12, 9., Ἐγίνετο δὲ τὰ δεῖπνα πρὸς σάλπιγγα, τότε μὲν ἐν τοῖς γάμοις, καὶ ἄλλως δὲ ἀεὶ, ὅτε τύχοι σπενδοποιούμενος, ὥστε πᾶν εἰδέναι τὸ στρατόπεδον. At enim, quia hic de fine et de buccina tantum, videsis me in Militia Rom. Dial. 5, 9. propius certiusque hæc explicantem. Lips. Athenæus 4, 2. ἕως ἐσάλπισε τὸ εἰωθὸς τοῦ τελευταίου δείπνου σημεῖον. Τοῦτο γὰρ τὸ Μακεδονικὸν οἶσθα ἔθος ἐν ταῖς πολυανθρώποις εὐωχίαις γινόμενον. Gron.

Structa ante auguralem. Hæsi et in hoc loco olim : quem nunc quidem perambulo levi pede. Lego : *structam ante augurale aram.* Non enim vult structum aliquid accensumve ante aram fuisse (non ille mos) sed in ipsa, quam collocat ante augurale, locum in dextra prætorii parte, ut docuimus ex Hygini verbis 2, 13. Sed quis iste ritus? nisi fallor, ille ipse qui in privatorum etiam conviviis, carpendi aliquid e dapibus et libandi in honorem deorum. Hoc tamen discrimine, quod vulgo in focum libamenta ea illata, sedem scilicet Larium : hic in aram, paullo augustius, et pro splendore imperatoris. Et de libatione quidem varii testes : proprie ad hunc morem isti, Homerus in Achillis convivio 9, 219.. Θεοῖσι δὲ θῦσαι ἀνώγει Πάτροκλον ὃν ἑταῖρον. Ὁ δ' ἐν πυρὶ βάλλε θυηλάς. Dionysius Antiq. 4, 2., Ἀπὸ τῆς ἑστίας τῶν Βασιλέων, ἐφ' ἧς ἄλλας τε συντελοῦσι Ῥωμαῖοι ἱερουργίας, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν δείπνων ἀπαρχὰς ἀγίζουσι. Plutarchus de Fort. Rom. c. 19, p. 323. facit Ocrisiam ἀπάργματα καὶ λοιβὴν λαμβάνουσαν ἀπὸ Βασιλικῆς τραπέζης, καὶ... ὥσπερ εἰώθει, τῷ πυρὶ ἐπιβάλλουσαν. Silius pulcherrime 7, 182., *Distinxit dulces epulas, nulloque cruore Polluta castus mensa Cerealia dona Attulit, ac primum Vestæ detersit honorem Undique, et in mediam jecit libamina flammam.* Persius in patella poni et deferri solere ostendit 3, 26.... *cultrixque foci secura patella.* Ubi vetus interpres : *Quia delibantiæ* (puto, *delibatæ*)

admiratione prisci moris adfecit. Postero die « spatium » oravit, « quo, tantum itineris aditurus, fratres ante matremque viseret : » obsidem interea filiam tradit literasque supplices ad Neronem.

XXXI. Et digressus, Pacorum apud Medos, Vologesen Ecbatanis reperit, non incuriosum fratris : quippe et propriis nuntiis a Corbulone petierat, « ne quam imaginem servitii Tiridates perferret : neu ferrum traderet, aut complexu provincias obtinentium arceretur fori-

dapes in ea positæ ad focum feruntur. Inde *patellarii Dii* Plauto Cistell. 2, 1, 46. inde Varroni scriptum : *Deos colere, et dare in patellam μικρὸν κρέας.* Tibullus huc aspexit, Lares compellans 1, 1, 36., *Adsitis, Divi, nec vos e paupere mensa Dona, nec e parvis spernite fictilibus.* Etiam Livius 39, 43., *Inter pocula atque epulas, ubi libare Diis dapes et bene precari mos esset.* Denique Horatius Sat. 2, 6, 66.... *vernasque procaces, Pasco libatis dapibus.* Satyrice et ambiguo sensu : sive quia non pasceret vernas, nisi prius libatis dapibus : sive quia e libatis dapibus. Et hoc postremum, ut religio poetæ fuit, magis censeam ex ejus mente. Non enim semper comburi libamenta ea mos, sæpe apponi tantum, et mox edi. Artemidorus hoc clare notat de sacrificulis eo cibo se sustentantibus. 3, 3. Lips. Rectissime Lipsius. Unde merito hæc emendatio recepta a sequentibus editoribus. *Structam* etiam habent MSS. Flor. Guelf. Agr. edd. omnes ante Rhen. qui (e Bud.) male *structa* dedit, cum deberet *augurale*, pro *auguralem*, quod est in omnibus scr. et edd. ante Pichenam. Ern. Bud. *auguralem.*

Cuncta in majus attollens. Sic MSS. Flor. (Agr. Bud.) Guelf. edd. vett. omnes. Recentiores, jam Lipsianæ, *extollens*, e Rhen. sec. Ego vetus secutus sum. H. 2, 90. 3, 9. est *laudibus attolleret*, et alibi quoque apud nostrum pro *extollere* dicitur. Ern.

Postremo die. Forte, *postero.* Nam noctem eam mansit, uti apparet ex vigiliis nunciatis. Lips. *Postero* MS. Flor. edd. pr. Beroald. Alc. Pichen. et seqq. *Postremo* MSS. Guelf. Bud. ed. Puteol. Rhen. et sqq. usque ad Pichenam. Nos illud cum Lipsio probamus : placebatque N. Heinsio. Ern. *Postremo* tuetur Rhen. ad totum tempus scil. respiciens, quo semel iterumque congressi sunt.

Neu ferrum traderet. Persæ enim et Parthi omnes semper de more cincti. Ammianus 23, 6., *Omnes promiscue vel inter epulas festosque dies gladiis cincti cernuntur. Quem Græcorum veterum morem primos abjecisse Athenienses, Thucydides est auctor.* At de ritu ponendi apud magistratus ferri, in Electis mihi dictum, cap. de lictoribus. Lips.

Aut complexu. Duplex ritus. Priorem illustro e Spartiani Severo, de quo Legato Africæ c. 2., *In ea legatione, cum eum quidam municipum*

busve eorum adsisteret: tantusque ei Romæ, quantus consulibus, honor esset. » Scilicet externæ superbiæ sueto non inerat notitia nostri: apud quos vis imperii valet, inania transmittuntur.

XXXII. Eodem anno Cæsar nationes Alpium maritimarum in jus Latii transtulit. Equitum romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud circum. Namque

suorum Leptitanus, præcedentibus fuscibus, ut antiquum contubernalem ipse plebeius amplexus esset, fustibus eum sub elogio præconis cecidit. Legatum populi rom. homo plebeius temere amplecti noli. Interdicti ergo provinciales complexu. Sed nec in fores statim illis aditus; uti eleganter Salvianus de Gubernat. 3, 82., *Intra januas non modo illustrium potestatum, sed etiam præsidum aut præpositorum, non omnes passim intrare præsumunt, nisi quos aut judex vocaverit, aut negotium traxerit, aut ipsa honoris proprii dignitas introire permiserit; ita ut, si quispiam fuerit insolenter ingressus, aut cædatur, aut propellatur, aut aliqua verecundiæ atque existimationis suæ labe multetur.* Quod augendæ dignitati usurpatum a præsidibus; uti privatim a quibusdam per superbiam Romæ. Lips.

Tantusque ei Romæ. Ei ex Flor. a Pichena additum, quod est etiam in ed. pr. (Contra deest in Bud.) Mox *inerat* MSS. Flor. (Bud.) Guelf. ed. pr. J. Gron. Ceteri *erat. Vis* porro *imperii* MS. Flor. teste J. Gronovio, scil. in excerptis, quibus usus est Ryckius. Mirum, Pichenam, qui conjiciebat legendum esse *vis*, id in codice Flor. non vidisse. Sed ita in MSS. scribitur *jus* et *vis*, ut facile etiam a legentibus permutentur. In codice quidem Agr. *vis* esse testatur Ryckius. In meis libris omnibus est *jus*. Sed *vis* verum est, nam opponuntur *inania:* ideoque cum Freinsh. Gron. Ryckio secutus sum. Vid. Heins. ad Velleium, p. 258. Edd. In Bud. Rhen. legit *jus*. Dubia lectio est. Magis videtur *vis* legendum. — * Sic et apud Just. 39, 1. *vis omnis imperii penes matrem Berneg.*

Equitum rom. locos. Recte et ordine capienda hæc legendaque, ne cum aliis abeas errabundus. Ita autem in circo sedendi (nam de theatro alius mihi locus) res fuit. Ad Augusti ævum spectaculum id senatus, eques, plebes inibant indiscreti. Nam Roscia lex et Julia theatralis, de scena tantum caverant, non de curulibus ludis. Qui quoniam antiquissimi, religione quadam, censeo, et simul non alienandæ plebi, servatus in iis mos priscus. Cornelio Cinna demum et Valerio Messalla coss. a. U. 758. mutavit Augustus. Dio 55, 22., Καὶ τὰς ἱπποδρομίας χωρὶς μὲν οἱ βουλευταὶ, χωρὶς δὲ οἱ ἱππεῖς ἀπὸ τοῦ λοιποῦ πλήθους εἶδον, ὃ καὶ νῦν γίγνεται. Sed ita, ut saltem juberet seorsim spectare senatum, seorsim equitem: non tamen loca illis certa adsignaret stataque. Itaque in alia atque alia regione circi spectabant (sedilibus videlicet his aut illis a plebe occupatis), donec tollendæ

ad eam diem indiscreti inibant, quia lex Roscia nihil, nisi de quatuordecim ordinibus, sanxit. Spectacula gladiatorum idem annus habuit, pari magnificentia ac priora. Sed feminarum illustrium senatorumque plures per arenam fœdati sunt.

confusioni Claudius imp. senatui attribuit certam mansuramque sedem. Suet. 21., *Circo maximo, marmoreis carceribus auratisque metis.... exculto, propria senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis.* Ait *promiscue:* magis vere proprieque, *vage.* Eam enim Suetonii mentem esse, libens Dioni concredo, rem eam explicanti cum cura, 60, 7., Ἑώρων μέν που καὶ πρότερον ἐν αὐτῷ (de circo prædixit) ἰδίᾳ καὶ κατὰ σφᾶς ὡς ἕκαστοι, τό τε βουλεῦον καὶ τὸ ἱππεῦον καὶ ὁ δῆμος, ἀφ' οὗπερ τοῦτ' ἐνομίσθη. Οὐ μέντοι καὶ τεταγμένα σφίσι χωρία ἀπεδέδεικτο. Ἀλλὰ τότε ὁ Κλαύδιος τήν τε ἕδραν τὴν νῦν οὖσαν τοῖς βουλευταῖς ἀπέκρινε. Καὶ προσέτι τοῖς ἱππεῦσι σφᾶν ἑτέρωθί που, καὶ ἔν γε ἰδιωτικῇ ἐσθῆτι θεάσασθαι, ἐπέτρεψε. Sed Claudius senatui tantum; equiti ecce nunc Nero. Sueton. 11. *Circensibus loca equiti secreta a ceteris tribuit.* Plinius 8, 7. satis ostendit nova exædificata ea loca fuisse: *Cæsar dictator,* inquit, *euripis arenam circumdedit, quos Nero princeps sustulit, equiti loca addens.* Quod in fine verborum Dionis est, nolim negligas. Nam etiam post loca divisa promiscue licuit spectare senatoribus, sed in veste, ut ait, privata. Exemplum in Plinio epist. 9, 23. ubi Corn. Tacitus hic ipse noster in equestribus spectat, etsi senator. *Nunquam majorem,* ait Plinius, *cepi voluptatem, quam nuper ex sermone Corn. Taciti. Narrabat, sedisse se circensibus proximum equiti rom.* etc. Hæc satis ad Taciti mentem: nam de linea, de cancellis, de loco feminarum alibi dico ubertim. Lips. *Sedilibus,* quod induxit Rhen. (e Bud.) etiam ed. pr. habet. Ern.

Indiscreti inibant. Sic infra: *Inisse eum domesticam scenam.* Lips. *Inibant* etiam MS. Guelf. (Bud.) Edd. ante Rhenanum omnes *ibant.* Post *priora* ante Rhen. (qui e Bud.) ed. pr. Ceteræ et MS. Guelf. *priori.* Ceterum id intelligendum de iis, quos XIV. gradus non capiebant, in tantum aucto equitum numero. Ern.

Feminarum illustrium senatorumque. Cur invertitis, censores? Non enim, inquiunt, probabile, feminas descendisse in arenam. Boni viri, quam bene sentiunt de sexu, quo nihil abruptius, cum semel frenum excussit ingeniti pudoris! Sed discite et credite priscis, non in caveam solum feminas venisse, sed in arenam. Juvenalem omitto satyra 6, 255 sq. Suetonius ecce in Domit. 4., *Venationes gladiatoresque et noctibus ad lychnuchos dedit: nec virorum modo pugnas, sed et feminarum.* Et Statius de iisdem ludis Silv. 1, 6, 53., *Stat sexus rudis insciusque ferri, Et pugnas capit improbus viriles. Credas, ad Tanaim ferumque Phasim Thermodontiacas calere turmas.* Adeoque id verum et vulgatum, ut Severo imperante cavendum SC. fuerit μηκέτι μισθοῦσθαι γυναῖκα μονομαχεῖν, ait in Severo Xiphil. 75, 16.

XXXIII. C. Lecanio, M. Licinio coss. acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscuas scenas frequentandi. Nam adhuc per domum, aut hortos, cecinerat, juvenalibus ludis, quos, ut parum celebres et tantæ voci angustos, spernebat. Non tamen Romæ incipere ausus, Neapolim, quasi græcam urbem, delegit: « inde initium fore, ut transgressus in Achaiam, insignesque et antiquitus sacras coronas adeptus, majore fama studia civium eliceret. » Ergo contractum oppidanorum vulgus, et quos e proximis coloniis et municipiis ejus rei fama civerat; quique Cæsarem per honorem, aut varios usus sectantur, etiam militum manipuli, theatrum Neapolitanorum complent.

XXXIV. Illic, plerique ut arbitrabantur, triste, ut ipse, providum potius et secundis numinibus, evenit.

49. *Theatrum Neapolitanorum. Neapolitanum* cod. Agr.

Lips. Hæc opposita Rhenano, qui edidit *f. i. s. filiorum plures*. e MS. Bud. ut puto. (Sic est.) *Filiorum* etiam Guelf. habet: idque editum usque ad Lipsium: abest ab omnibus ante Rhen. edd. Gruterus autem pro *feminarum* legendum putat *familiarum*. Audiendus Lipsius. Ern. De *nobilibus funera sua vendentibus* vide et Juven. 8, 192. Cf. et 14, 14. ap. nostrum.

C. Lecanio. Ap. Plin. 26, 1. (4.) vocatur *Q.* nam non videtur ab hoc diversus ille. Sed hic constanter omnes libri *C.* In utro vitium sit, haud facile dictu. Quæ ibi in nota de hoc Lecanio e Dalecampio repetuntur ab Harduino, corrigi possunt e Ryckio ad h. l. aut Lambecio Bibl. Vindob. 2, 7. Ern.

Cupidine adigebatur. Lipsius ubi h. l. citat ad 14, 15. legit *agitabatur*. An ex ingenio?

Aut hortos. Bud. a 1. m. *et hortos*. De *juvenalibus ludis* v. 14, 15.

Non tamen Romæ incipere ausus. Sic primus edidit Pichena e recentioribus, deleto *scenas*, e judicio Lipsii (in marg. ed. 2. sqq.) et MS. Flor. At sic dudum ed. pr. Similiter *scenis* deletum, quod post *transgressus* est in MS. Guelf. (Bud.) ed. Rhen. sqq. at non in edd. ante Rhen. Lips. et seqq. Paullo post pro *civerat* Rhen. (e Bud.) Ald. Gryph. *acciverat*. Ern. Scil. prius ut in Bud. legebatur *n. t. R. inc. scenas ausus*. Et mox *ut transgr. scenis*.

Arbitrabantur. Bud. *arbitrantur*.

Nam egresso, qui adfuerat, populo, vacuum et sine ullius noxa, theatrum collapsum est. Ergo, per compositos cantus, grates diis atque ipsam recentis casus fortunam celebrans, petiturusque maris Hadriæ trajectus, apud Beneventum interim consedit : ubi gladiatorium munus a Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter fœdissima ejus aulæ ostenta fuit, sutrinæ tabernæ alumnus, corpore detorto, facetiis scurrilibus : primo in contumelias adsumptus; deinde optimi cujusque criminatione eo usque valuit, ut gratia, pecunia, vi nocendi etiam malos præmineret.

XXXV. Ejus munus frequentanti Neroni, ne inter voluptates quidem a sceleribus cessabatur. Iisdem quippe illis diebus Torquatus Silanus mori adigitur, quia, super Juniæ familiæ claritudinem, D. Augustum atavum

50. *Egresso qui adfuerat populo.* Malim, *adfluxerat.*

Gladiatorium munus. Sic Pich. e Flor. Ast Rhen. e Bud. *gladiatorum m.*

Vatinius inter fœdissima ejus aulæ ostenta. De hoc sutore Vatinio Martial. 14, 96., *Vilia sutoris calicem monumenta Vatini Accipe, sed nasus longior ille fuit.* Cujus epigrammatis argutiam non cepit Turnebus. (Adv. 9, 24.) Ego sententiam puto, cum quatuor nasos oblongos haberet ille Vatinianus calix; tamen longiorem iis fuisse Vatinii nasum. Notatque callide eum, ut acrem et sagacem inquisitorem criminatoremque. Ita enim fuit. Xiphilinus eum, ait 63, 15. adeo hostem optimatibus fuisse, ut semper in ore haberet, μισῶ σε, Καῖσαρ, ὅτι συγκλητικὸς εἶ. De populo ipso Juvenalis 5, 46., *Tu Beneventani sutoris nomen habentem Siccabis calicem nasorum quatuor.* Lips. *In contumelias adsumptus;* ut esset inter copreas, ut Suetonius vocat Tib. 61. rideretur-que ab aulicis. Muretus malebat *inter cont.* ita *contumeliæ* pro copreis, quod durum puto. Mox pro *valuit* Acidalius malebat *evaluit.* Deinde *malos* e MS. Fl. bene Pichena : nam hæc constructio Corneliana. Rhen. (e Bud.) cum seqq. dederat *malis;* ut est in ed. pr. (et c. Agr.) Ceteræ ante Rhen. *etiam aliis.* MS. Guelf. *et in aliis præemineret.* Ern. Pricæus ad Apul. Met. 6, p. 325. legit *magis præmineret.* Sed nil mutandum. Ibi Apul. quoque habet *præminentes.*

Torq. Sil. Consul a. 806. V. 12, 58. Prius Bud. *Isdem* pro *iisdem*, ut solet.

D. Augustum atavum. Sic scr. et edd. omnes præter Ryckium, qui ex

ferebat. Jussi adcusatores objicere, « prodigum largitionibus, neque aliam spem quam in novis rebus esse. Quin eum homines habere, quos ab epistolis et libellis

51. *Quin eum nobiles habere, quos ab epistolis.* Menda. *qui ne ignobiles haberet* cod. Agr. Puto *quin eum non serviliter habere;* quia in libertos conferebat eas partes. Vide omnino 16, 8. *serviliter* H. 1, 36. vel, *quin eum non viles habere, quos* etc. h. e. supra servilem conditionem. Vide H. 1, 51. *punienti vilior fuit* ibid. 58. Sallustius Catil. 16., *fidem, fortunas vilia habere.* In Fragm. ejus, oratione Cottæ : *Penates meos patriamque et summum imperium vilia habeo.* Jugurth. 80., *nullam* (uxorum) *pro socia obtinet, pariter omnes viles sunt.* De Rep. ordin. Ep. 2, 7., *ubi divitiæ claræ habentur, ibi omnia bona vilia sunt.* Seneca de Benef. 4, 18., *quid sumus? prædu animalium, et victimæ, ac vilissimus et facillimus sanguis.* Ubi MSS. teste Mureto, *bilissimus.* Unde alii *bellissimus* fecerant. Apud Columellam 3, 3. S. Germani codex, *non vilitate principes esse*, pro *nobilitate.*

admonitione Ruperti ep. 60, p. 542. ad Reines. et Valesii ad Excerpt. Dionis 62, 27. edidit *abavum.* Fuisse enim fratrem M. et L. Silanorum, abnepotum Augusti, Agrippinæ fraude interfectorum 13; 1. Sed res mihi nondum satis liquida : de qua etiam Reinesius dubitabat. Itaque non ausus sum Ryckium imitari. Ern.

Jussi adcusatores obj. Sic edidi cum Ryckio pro *jussi id*, quod est in MS. Guelf. atque edd. omnibus, præter princ. Etiam in MS. Budensi *id* erat a manu sec. adscriptum. Nec est in Flor. Agr. nec sententia fert. Non enim jussi sunt objicere genus, sed quæ sequuntur. Ern. Bud. *obicere.* Sic ubivis *adicere*, *inicere* etc. quæ forma Ryckio displicet.

Prodigum largitionibus. Heins. forsan *largitionis.* Sed Plin. quoque H. N. 9, 17. (31.) *hoc pisce prodigus.*

Nobiles habere, quos. Nobilium vox mihi suspecta, atque alii examinanti. Qui enim isti tam viles nobiles, qui alteri suæ sortis ad tale officium se submitterent? Immo nec principes ipsi nobiles ad ea munera habebant, sed libertos. Primus Vitellius (verba Taciti H. 1, 58.) *ministeria principatus, per libertos agi solita, in equites romanos disposuit.* Sed nec ea dispositio firma. Vix cœpta abiit : eoque Spartianus c. 22. Hadrianum imp. quasi primum auctorem ejus rei laudat : *Ab epistolis, a libellis, primus equites rom. habuit.* Dionis locus 52, 33. non me movet, oratione Mæcenatis ad Augustum : ubi suadet *ad epistolas et ad libellos adjutores quosdam ex equitibus adsumi.* Nam id Dio inseruit (ut solet, et alias monui) ad ævi sui morem; atque illinc sumpsit. Sub Augusto certe non sic fuit. Quid ergo ad Taciti nunc locum? corruptum esse, et aut vocem eam *nobiles* exsecandam abjiciendamque esse, male infarctam; aut mutandam, *quin eum nonnullos habere.* Lips. Merito hi *nobiles* suspecti Lipsio. Contra quem qui disputat (Boxhorn.) *Urbem, quam dicunt Romam, Melibœe, putavi Huic nostræ similem.* Nemo enim principum Augustorum, a primo hujus nominis ad hunc duntaxat, quemquam ingenuum, nedum nobilem, adeo contempsit, ut ei hujusmodi officium

et rationibus adpellet, nomina summæ curæ et meditamenta. » Tum intimus quisque libertorum vincti

52. *Nomina summæ curæ et meditamenta.* An *meditamenti* Lipsius, male. Paullo ante malim *prodigum largitionis.*

delegaret. Hoc ille non cepisse ostendit sese, cum interpretatur Cæsares, more principum malorum, ita depressisse veterem nobilitatem. Immo pudor hic erat principum et suspectus non nobilitatis modo veteris recentisque, sed etiam civium et minimorum de plebe quiritium, non abuti eis pro servis et libertis: his enim ista mandabantur. Quod igitur ne princeps quidem audebat, quis tulisset in privato? sed nec nobilium quisquam re atque existimatione integra vel se vel liberos suos sic abjiciebat, ut non dico apud aliquem inter nobiles clarissimum, sed vel apud Cæsarem, vernarum aut vindicta suorum locum, quamvis lautum et libertinum patrimonium spondentem, subirent aut subire paterentur. Perditi autem et deplorati ad bestias illi aut cultrum se locare malebant. Itaque, quin sedeat hic ulcus, nihil ambigo. Spartianus de Hadriano l. c. *Ab epistolis et a libellis primus equites romanos habuit.* Nemo igitur ante illum. Accedit quod 16, 8. Tacitus hæc ipsa respiciens et quodammodo repetens: *præficeretque rationibus et libellis et epistolis libertos.* Hæc postrema vox, aut aliqua, quæ id genus familiarium significare possit, desideratur. Certum hoc, non arbitrarium, censeo. Quæ vero sit illa, quærendum. Conjiciebam: *Quin eum domi lib. habere.* Illud *domi lib.* (i. libertos, quo compendio passim lapides antiqui.) potuit injuria ævi et per ignorantiam librariorum degenerare in *nobiles.* Gron. Lectio vulgata est a Rhenani conjectura. MSS. vett. edd. habent *qui ne ignobiles* vel *innobiles haberet* vel *habere.* Ryckius conjicit: *quin eum homines habere.* Jac. Gron. rejecta Ryckii conjectura, *quin eum ob id et habere*, quod nemini, ut opinor, placebit. Broterius edidit *nec ignobiles h.* Mihi Ryckii ratio placet magis. Immo et *homines*, pro glossa deleverim. *Nobiles* quidem vel *non ignobiles* hic locum non habent, ut e subjecta ratione patet: *nomina summæ curæ* etc. Mox *appellet* ed. pr. Rhen. (e Bud.) et seqq. omnes. At MS. Guelf. Puteol. Ber. Alc. vir doctus in marg. Gryph. *appellaret:* quod prope magis placet, sc. ut referatur ad *jussi*, quod imperfectum requirit. Ern. Bud. *qui ne innobiles halere.* Inde Rhen. conjicit *quin eum* vel *quin etiam nobiles habere.* Heins. parum abludit a scripto, conjectans, *quin eum non viles habere.* Magis inde recedunt Bip. vestigia legentes Gronovii et recipientes, *quin eum libertos habere.* Vulgatum tenet Gutherius de Off. dom. Aug. 3, 5. *nobiles* ingenuos intelligens, quorum res arctiores essent. Mihi Ryckii conjectura præferenda videtur, *quin eum homines*, ubi quis pro glossa in margine adjecerit *nobiles*, unde tandem orta vulgata lectio.

Nomina summæ curæ. Jam capio, olim caligavi. Hæc, inquit, nomina *ab epistolis*, *a libellis*, sunt summæ curæ nomina, id est imperii et principatus, nempe ejus meditamenta. Significat, eo ipso quod talia officia

abreptique. Et, cum damnatio instaret, brachiorum venas Torquatus interscidit, secutaque Neronis oratio ex more : « quamvis sontem et defensioni merito diffisum, victurum tamen fuisse, si clementiam judicis exspectasset. »

XXXVI. Nec multo post, omissa in præsens Achaia, (caussæ in incerto fuere) urbem revisit; provincias Orientis, maxime Ægyptum, secretis imaginationibus

53. *Et cum condemnatio instaret.* Puto, *ut condemnatio instabat.*

et nomenclaturas Torquatus in domo habeat, jam nunc incipere et meditari imperare. Cur enim has imagines ejus usurpat? Nam alii privati *a manu* habent, non ab *epistolis*, *libellis*, et talia : ac conveniunt in principes solos. Lips. Quia fere idem per idem interpretantur viri optimi, sic habe : ea esse nomina ministeriorum principis et quandam principatus meditationem, prolusionem, mimum. Gron.

Omissa in præsens Achaia. In quam cantandi caussa ivit, et libertate eam donavit, uti Sueton. aliique tradidere. Illud Pausaniæ mirum 7, 17., *Neronem Græciæ libertatem reddidisse, sine ullo imperii detrimento : quoniam pro ea Sardiniam prædivitem insulam in provinciæ formam redegerit.* Aberrat, et intellegi voluit Alpes Coctianas, quæ solæ cum Ponto Polemoniaco in provinciam a Nerone redactæ. Sardinia quidem, una cum Sicilia, prima provinciarum.

Add. Interpreti hercules succenseo (etsi fido alias et docto, Romulus Amasæus est,) qui me, ut injuste Pausaniam arguerem, fecit. Nam ipsum græce nuper editum cum vidi (antea nunquam fuit copia) verba ejus, in aliam sententiam, hæc reperi Ach. 17. καὶ ἐλεύθερον ὁ Νέρων τὴν Ἑλλάδα ἀφίησιν ἀπάντων, ἀλλαγὴν πρὸς δῆμον ποιησάμενος τὸν Ῥωμαίων. Σαρδὼ γὰρ τὴν νῆσον, ἐς τὰ μάλιστα εὐδαίμονα, ἀντὶ Ἑλλάδος σφίσιν ἀντίδωκεν. Quorum verborum vera hæc sententia : *Omnium immunem et liberam Nero relinquit Græciam, permutatione quadam cum populo romano facta. Sardiniam enim insulam beatam et uberem pro Græcia ei attribuit.* Ita palam lati erroris illius Pausanias liberatur : qui non hoc vult, ut Sardinia tunc demum provincia sit facta. Non hercules, non. Sed ut cum populo permutata. Hoc tamen ipsum an vere? ambigas jure. Quia Strabo libro ultimo, et Dio 53, 12. Sardiniam jam inde a prima divisione Augusti, collocat inter populares. Quod si mutatum a mediis principibus, Dionem id non monuisse, profecto mirum est. Lips. Mox ed. pr. *caussæ incertæ fuere.* MS. Reg. *machinationibus*, sed cum obelo. Ita Ursinus et Muretus volebant : male. In illius itineris cogitatione nullis machinationibus opus erat. Ern. Acid. quoque rejicit. Bud. *ymaginationibus.*

agitans. Dehinc edicto testificatus, « non longam sui absentiam, et cuncta in republica perinde immota ac prospera fore; » super ea profectione adiit Capitolium. Illic veneratus deos, cum Vestæ quoque templum inisset, repente cunctos per artus tremens, seu numine exterrente, seu facinorum recordatione nunquam timore vacuus, descruit inceptum, « cunctas sibi curas amore patriæ leviores » dictitans. « Vidisse civium mæstos vultus, audire secretas querimonias, quod tantum aditurus esset iter, cujus ne modicos quidem egressus tolerarent, sueti adversum fortuita adspectu principis refoveri. Ergo, ut in privatis necessitudinibus proxima pignora prævalerent, ita populum romanum vim plurimam habere, parendumque retinenti. » Hæc atque talia plebi volentia fuere, voluptatum cupidine, et, quæ præcipua cura

54. *Non longum usui absentiam. Sui* cum cod. Agr. vel *sibi*. — 55. *Quod tantum aditurus esset iter.* Malim *itineris*. Mox *privatis necessitatibus* cod. Agric. — 56. *Volentia fuere. Violentiora* et emend. *valentiora* cod. Agr. forte *volentiora* plebi, quam senatui.

Dehinc edicto. Dehinc MSS. Flor. (Bud.) Guelf. ed. pr. ceteræque veteres. *Dein* est a Rhenano, quod in omnibus ceteris est. Pro *edicto* MS. (Bud.) Guelf. ed. pr. aliæque veteres *dicto*. Male. Vid. ad 14, 63. *Edicto* primus dedit Rhenanus (ex ingenio). Mox *perinde* bene e MS. Flor. Pichena. Ed. pr. (et Bud. a 1. m.) *in reperiendi*. Ceteri scr. (et Bud. a 2. m.) et edd. *in r. p. exinde*. Sensus: omnia bene se habitura, non minus, quam si ipse Romæ esset. Ern.

Illic veneratus deos. Sic MS. Flor. ed. pr. et sic edidit Pichena. Ceteri, *veneraturos*. MS. Guelf. *veneraturus*. Illud quidem (scil. vulgatum) sensus requirit. Ern. Bud. non habet *illic* sed *adiit cap. veneraturus deos*.

Plebi volentia. Sic MSS. Flor. Bud. (a 2. m.) Guelf. edd. vett. nisi quod vitio, ut opinor, operarum in ed. Put. Ber. *valentia*. (sic Bud. a 1. m.) illud restituit bene Pichena illustratque Lipsius ad H. 3, 52. Rhenanus ediderat e conjectura *volenti*, quod elegans, et Taciti stilo conveniens, si a libris scriptis esset, illustraturque ab ipso ad h. l. et aliis passim. Sed, ut sæpe dixi, non necesse est, credere, Tacitum semper eodem modo loqui. *Volentia* sunt grata, jucunda. Ern. Græcismus, quem Rhen. requirebat, occurrit 1, 59. H. 3, 43. Agr. 18. placebat et *Ferreto*. Sic et Sall. fr. hist. 4. *Volentia plebi facturus*.

est, rei frumentariæ angustias, si abesset, metuenti. Senatus et primores in incerto erant, procul an coram atrocior haberetur. Dehinc, quæ natura magnis timoribus, deterius credebant, quod evenerat.

XXXVII. Ipse, quo fidem adquireret, nihil usquam perinde lætum sibi, publicis locis struere convivia, totaque urbe quasi domo uti. Et celeberrimæ luxu famaque epulæ fuere, quas a Tigellino paratas, ut exemplum referam, ne sæpius eadem prodigentia narranda sit. Igitur in stagno Agrippæ fabricatus est ratem, cui superpositum convivium aliarum tractu navium movere-

57. *Nihil usquam perinde lætum sibi. Locum locis* Med. Forte, *nihil usquam perinde lætum sibi locorum.* Deinde *luxu infamiaque* cod. Agr. — 58. *Ut exemplar. Exemplum* Flor. *exempla* cod. Agr.

Nihil usquam perinde lætum sibi. Mihi hoc lucet. Vertranium malle, (item Faernum) *nihil usquam periculosum sibi*, insipientia est. Clare hoc ait: Nero, ubi reipsa ostenderet, nullum sibi locum præ Roma esse: struxit in publico convivia, etc. Lips. Codices hic turbant. Flor. *locum locis*. Bud. *perinne locum sibi lætum publ. locis*, inde Rhen. conjectura *nihil usquam periculosum sibi, lætus p. l.* etc. Sed ipse vulg. tenet.

Publicis locis struere convivia. Suet. 27. *Cœnitabatque nonnunquam et in publico. Naumachia præclusa, vel Martio campo, vel circo maximo.* Lips. Mox *a Tig. par.* MS. Flor. ed. pr. quæ vera lectio. hinc factum *quasi Tig.* in MS. Guelf. (Bud. a 1. m.) edd. Puteol. Ber. Alc. unde correctione Rhen. factum *quas Tigellino*. Vetus restituit Pichena: et sic notatum in marg. Gryph. Deinde *exemplum referam* MS. Flor. ed. Rhen. seqq. nisi quod Berneco. Gron. Ryckius *exemplar*. MS. (Bud.) Guelf. et Put. Riv. *exemplum feram*. Beroald. Alc. *exempla referam*, unde *exemplar* natum Ern.

Famaque. Cod. Agr. *infamiaque.* Glossa.

In stagno Agrippæ. Cujus mentio Straboni; itemque nemoris, de quo hic, l. 13, p. 590. de Lampsaco: Ἐντεῦθεν δὲ μετάπεμψεν Ἀγρίππας τὸν πεπτωκότα λέοντα, Λυσίππου ἔργον. Ἀνέθηκε δὲ ἐν τῷ ἄλσει τῷ μεταξὺ τῆς λίμνης καὶ τοῦ Εὐρίπου. Ammianus, puto, idem intellexit 29, 6., *Inter quæ porticum excitavit ingentem lavacro Agrippæ contiguam, Boni Eventus cognomine.* Lips.

Aliarum tractu navium. Sic atque hoc ordine verba in ed. pr. haud dubie suavius, quam quod post Pich. (e Flor.) editur *convivium navium a. t. Navium* non est in MS. (Bud.) Guelf. a pr. man. sed a sec. in margine: abest item ab ceteris edd. ante Pich. Putavi posse intelligi *ratium*,

tur. Naves auro et ebore distinctæ : remigesque exoleti per ætates et scientiam libidinum componebantur. Volucres et feras diversis e terris et animalia maris Oceano abusque petiverat. Crepidinibus stagni lupanaria adstabant, illustribus feminis completa. Contra scorta visebantur, nudis corporibus. Jam gestus motusque obsceni : et, postquam tenebræ incedebant, quantum juxta nemo-

59. *Per ætates et scientiam libidinum componebantur.* Scribe, *pares ætate et scientia libidinum*, vel *pari ætate*. Virgil. Æn. 1, 709., *pares ætate ministri Hinc dapibus onerant mensas.* Eclog. 7, 4., *Ambo florentes ætatibus. Haud dispari ætate* Ann. 5, 10. — 60. *Animalia maris Oceano ab usque. Mari Oceano* fuerat a manu Taciti. Ann. 1, 9., *mari Oceano aut amnibus septum imperium.* H. 4, 12., *Insula, quam mare Oceanum a fronte, Rhenus a latere, circumluit.* Forte et scribendum *litore Oceano.* Plura ad Claudianum. — 61. *Postquam tenebræ incedebant. Incidebant* puto cum Rhenano, vel *intendebant*, ut apud Silium Ital. 8, 339.

propter verbum *aliarum*. Broterius putat, me ignorasse rates; nec ratem a rate agi posse. Immo bene novi et vidi rates; et intellexi non rates vulgari, sed poetarum sensu, in primis *naves actuarias*, quas in rate majori movenda commemorat Livius 21, 28. Nam statim post diserte *naves* appellantur. Quia *aliarum*, servato *navium*, durius est, forte quis putet, verum esse *actuariarum*. Mox pro *maris Oc. a. u.* Heinsius malebat *mari Oc. a. u.* Verum puto. Non animalia marina petiverat, sed terrestria. Si marinas ex Oceano belluas, quæ stagno innarent, dixisset *animalia maris Oceani*, sive e *mari Oceano*, non *Oceano ab usque*. Erm. Duri quid habeat vulg. lectio, non video. Nec mutandum quidquam censeo. *Rates* et *naves* synonymæ sunt, *ratis* ergo *aliarum tractu navium* bene *mota* dicitur. *Multarum* malebant Bip. Sed, si multæ sunt, aliæ sunt. Potest ratis alio quoque modo moveri, puta contis, remis, quod hic non factum indicatur.

Illustribus feminis completa. Corrigo in hac sententia Sueton. 27. *Insignes ganeæ et matronarum institorio copas imitantium*, legoque, *institoria*, pro locis ipsis. Lips.

Et contra. Et non habet Bud. Bene abest.

Nudis corporibus. Ita receptum in prostitutis, ut nudæ ostenderent quidquid sui. Juvenalis 6, 122.... *tum nuda papillis constitit auratis.* Lampridius Eligab. 26. *Et, cum ad meretrices habitu muliebri processisset, papilla ejecta.* Optime omnium Dio, in eodem monstro 79, 13., Γυμνός τε καὶ ἐπὶ τῆς θύρας αὐτοῦ ἑστὼς, ὥσπερ αἱ πόρναι, καὶ τὸ σινδόνιον χρυσοῖς κρικοῖς ἐξηρτημένον διασείων, τούς τε παριόντας ἀβρᾷ τε καὶ κεκλασμένῃ τῇ φωνῇ προσεταιριζόμενος. Lips.

Et, postquam tenebræ incedebant. Sic omnes scr. (et ipse Bud.) et edd. At Rhenanus et Heinsius ap. Ryckium malunt *incidebant*. Male. *Incedebant* est oriebantur, ingruebant, se intendebant, uti Livius lo-

ris, et circumjecta tecta, consonare cantu et luminibus clarescere. Ipse, per licita atque illicita fœdatus, nihil flagitii reliquerat, quo corruptior ageret, nisi paucos post dies uni ex illo contaminatorum grege, cui nomen *Pythagoræ* fuit, in modum solennium conjugiorum denupsisset. Inditum imperatori flammeum: visi auspices, dos et genialis torus et faces nuptiales: cuncta denique spectata, quæ etiam in femina nox operit.

XXXVIII. Sequitur clades, forte, an dolo principis incertum: nam utrumque auctores prodidere: sed omni-

62. *Missi auspices. Misit* cod. Agr. et Bud. *missi* cod. Med. an *admissi?* vel *summissi?* — 63. *Forte an dolo principis.* Malim *fortuita* vel *fortuito exorta.*

quitur 1, 57. Vide 3, 26. Etiam ap. Silium 8, 339. hoc genus loquendi tentatum est ab Heinsio et Drakenb. qui tamen mutat sententiam, et *incedere* ibi et h. l. defendit ad Liv. l. c. Ern.

Cui nomen Pythagoras. At Doryphorum vocat Suetonius 29. facitque eum Neronis libertum. Enimvero errare Tranquillum aio, quoniam Doryphorus ante mortuus. Tacitus 14, 65., *Eodem anno potissimos libertorum veneno interfecisse creditus est: Doryphorum, ut adversatum nuptiis Poppææ.* A Tacito etiam Dio stat 62, 28. Lips. Sed Suetonius in alia re Doryphorum memorat. Et potuit alius hoc nomine esse. Ern. *Pythagoram* Sulp. quoque Severus adpellat.

Missi auspices duo. E Sulpicio Severo, qui locum hunc transcripsit, aperte leg. videtur *auspices, dos et gen.* Melius etiam *visi* quam *missi.* Verba Sulpicii l. 2. *Inditum imperatori flammeum, dos et genialis torus et faces nuptiales: cuncta denique, quæ vel in feminis non sine verecundia conspiciuntur, spectata.* Victor de hac re c. 5. *Amictus nubentium virginum specie, palam senatu, dote data.... in manum convenit.* Sed et in Suetonio 28. mentio dotis: nec hercle in his legitimis nuptiis omitti debuit. Lips. *Dos* firmat etiam MS. Flor. ap. J. Gron. ad h. l. nec de eo dubitandum. In MS. Guelf. *duos* est a sec. manu: in litura sunt *no*, ultima in non rasa charta; sed duas literas erasas et ultimam *s* fuisse apparet. *Visi* est e conjectura Rhenani, quam recepere Bernecc. Gron. uterque, Ryckius. Scripti et edd. vett. *misit;* recentiores quidam, ut Lipsius, *missi. Visi* verum esse non credo, quia statim sequitur *spectata.* Jac. Gronovius conjiciebat *instita.* Non male. Heinsius in margine Morell. plane delebat *missi* vel *misit.* Ern. Bud. *misit auspices deos.* Vix est, ut non adsentiar Hillero, qui Rac. 21 verba *visi auspices* prorsus expungit, quippe a Severo omissa, qui presso pede hic Tacitum sequitur.

An dolo pr. incertum. Adserunt hoc clare Suet. 38. et Dio 52, 16.

bus, quæ huic urbi per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atrocior. Initium in ea parte circi ortum, quæ Palatino Cælioque montibus contigua est: ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, simul cœptus ignis et statim validus, ac vento citus, longitudinem circi corripuit. Neque enim domus munimentis septæ, vel templa muris cincta, aut quid aliud moræ interjacebat. Impetu pervagatum incendium plana primum, deinde in edita adsurgens, et rursum inferiora populando, anteiit remedia velocitate mali, et obnoxia urbe artis itineribus hucque et illuc flexis, atque enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit. Ad hoc lamenta paventium feminarum, fessa senum ac rudis puericiæ

64. *Impetu pervagatum. Uno impetu*, ni fallor, ut apud Plinium 14, 22 (28)., *tribus congiis epotis uno impetu.* Sed et *dicere impetu* Quinctilianus 2, 11. — 65. *Fessa ætate aut rudis puericiæ ætas.* Quis non videt hæc mendosa? bene cod. Agr. *fessa senum ac rudis.* Paullo aliter Lipsius. 3, 59., *fessam ætatem et actos honores prætenderet.* H. 3, 67., *Erat illi fessa ætate parens.* Possis et *fessæ ætatis, aut rudis puericiæ.* Deinde malo, *pars morantes, pars festinantes.*

Gravior atque atrocior. Bud. *gravius atque atrocius.*

Per tabernas, quibus. Nam ibi, id est, in Velabro olearii. Plautus Capt. 3, 1, 29., *De compacto rem gerunt, quasi in Velabro olearii.* Ideo a Victore in regione 11. circi maximi, locata ædes *Herculis Olivarii.* Sed et Thurarius vicus istic. Denique purpura, serica, aliæque merces. Martialis 11, 28., *Nec nisi prima velit de Thusco vellera vico.* Lips. Videtur tabernas intelligere extra circum in vico. At ego intelligo tabernas, quæ in parte externa circi fuere, auctore Dionysio Halic. 3, 68. p. 201. ἔξωθεν περὶ τὸν ἱππόδρομον ἑτέρα στοὰ μονόστεγος, ἐργαστήρια ἔχουσα ἐν αὐτῇ, καὶ οἰκήσεις ὑπὲρ αὐτά. Officinæ hic quidem, sed et hæ tabernæ, in hisque materia alendo igni. Clarum est locum Taciti inspicienti accurate, in ipso circo cœptum incendium, et quidem in tabernis, quæ in ea parte circi essent. Ern.

Et rursum. Rursus absque copula. Bud. *Et rursus.* Flor.

Enormibus vicis. Livius 5, 55. post Gallicum incendium, id excusat. *Festinatio curam exemit vicos dirigendi, dum omisso sui alieniique discrimine, in vacuo ædificant.* et addit, *formam urbis esse occupatæ magis, quam divisæ similem.* Lips. Mox *ad hoc* ed. pr. Rhen. (e Bud.) seqq. at MS. Guelf. edd. Put. Ber. *adhæc*, quod eodem redit. Ern.

Fessa ætate aut. Sentio corruptionem et amolior: *Fessa, aut rudis*

ætas, quique sibi, quique aliis consulebant, dum trahunt invalidos, aut opperiuntur, pars morans, pars festinans, cuncta impediebant: et sæpe, dum in tergum respectant, lateribus aut fronte circumveniebantur: vel, si in proxima evaserant, illis quoque igni correptis, etiam, quæ longinqua crediderant, in eodem casu reperiebantur. Postremo, quid vitarent, quid peterent ambigui, complere vias, sterni per agros: quidam amissis omnibus fortunis, diurni quoque victus, alii caritate

pueritiæ ætas, superfluenti voce inducta. Describit in incendio infirmi sexus pavorem et ætatis. Ætas infirma duplex, pueritia, senectus. Hanc noster vocat fessam. 14, 33., *Si quos imbellis sexus aut fessa ætas attinuerat.* H. 1, 12., *Fessa jam ætate Galbæ.* Annal. 1, 46., *An Augustum fessa ætate totiens in Germaniam commeare potuisse?* Lips. Varie tentatus locus. Ryckius e cod. Agr. dedit *fessa senum ac rudis pueritiæ ætas*: cui favet cod. Ursini, in quo erat *fessa ætate senes*. At J. Gronovius repudiat ob similitudinem constructionis: mavultque deleri *ætas*. Id argumentum nihili est. Nam similitudinis istius plura in Tacito haud corrupta exempla occurrunt. Ceterum, quia illius codicis suspecta fides, non ausus sum Ryckium imitari, ut fecit Broterius. Neque porro video, quare J. Gronovius senes feminas tantum intelligi velit. Immo senes universi et ætas tenera cuncta impedimento erant. Pichenæ placebat *fessa annis, aut r. p. æ.* Lector eligat. Post pro *pars morans* in MSS. Flor. et Reg. *pars mora*: quod non displicet. Ern. Optima mihi visa lectio cod. Agr. Nec obstat, quod is codex passim sit interpolatus; non raro enim plane habet egregia. Freinsh. volebat *fessa ætas aut rudis pueritia.* Bip. codicem Ursini sequuntur. Hiller. Rac. 20. legit *fessæ ætatis aut rudis pueritiæ* (deleto *ætas*). Bud. vulgatum servat *fessa etate aut rudis pueritie etas.* Nisi quod pro *fessa* habet *fexa*, ut sæpe hac duplici utitur. Idem mox *pars morans.*

In eodem casu reperiebantur. Aut delendum est τὸ *etiam*, ut sit, *illis quoque igni correptis, quæ longinqua crediderant;* aut scribendum, *reperiebant*, hoc sensu: illi ipsi, qui evaserant in proxima, quæ tuta putabant, ubi viderunt, se frustra gavisos et instare ignem, properarunt ulterius ad quæ non accessurum periculum certe persuasum habebant: sed illa quoque correpta flammis reperiebant. Gron.

Fortunis diurni quoque victus. Vix credam, sic dedisse Tacitum. Qui enim modus loquendi, *fortunæ diurni victus?* An fuit *diurni inopia victus*, aut excidit verbum, unde genitivus penderet? aut *diurno q. victu*, ut placet Broterio? Ern. Bip. arrepta conjectura Ernestii, legunt *diurni inopes victus.* Hiller. l. c. servat vulg. *fortunæ* scil. facultates sunt

suorum, quos eripere nequiverant, quamvis patente effugio, interiere. Nec quisquam defendere audebat, crebris multorum minis, restinguere prohibentium, et quia alii palam faces jaciebant, atque esse sibi auctorem vociferabantur: sive ut raptus licentius exercerent, seu jussu.

XXXIX. Eo in tempore Nero, Antii agens, non ante in urbem regressus est, quam domui ejus, qua palatium et Mæcenatis hortos continuaverat, ignis propinquaret. Neque tamen sisti potuit, quin et palatium et domus et cuncta circum haurirentur. Sed solatium populo exturbato et profugo campum Martis ac monumenta Agrippæ; hortos quin etiam suos patefecit: et subitaria ædificia exstruxit, quæ multitudinem inopem acciperent: subvectaque utensilia ab Ostia et propinquis municipiis; pretiumque frumenti minutum usque ad ternos

omnis generis, adeoque et victus.

Nequiverant. Bud. *nequirant.*

Vociferabantur. Ed. pr. *vociferabant*: et sic correxit manus sec. in MS. Guelf. cum ante fuisset vulgatum. Similiter ap. Varr. R. R. 3. 9. *vociferunt* magno consensu librorum. Sed sæpe in hac voce formam activam librarii dedere. V. Drakenb. ad Liv. 7, 12. 8, 38. Mox MS. Guelf. ed. pr. *jussum.* Quod non spernendum videtur. Melius tamen videtur *jussi*, ut Huetius corrigebat. Ern. Bud. a 1. m. *vociferantur.*

Eo in tempore. Grotius corrigebat, *Eo enim tempore*: quod valde placet Broterio. Ern. Sed v. idem 13, 47.

Mæcenatis hortos continuaverat. Horti Mæcenatiani in Exquiliis. Bis autem a Nerone ædificata domus, productaque ad Exquilias ipsas. Suet. 31. *Domum a palatio Esquilias usque fecit; quam primo transitoriam, mox, incendio absumptam restitutamque, auream nominavit.* Priorem ergo nunc intellege. Lips.

Monumenta Agrippæ. Quæ pluria in eo campo. Vide Dionem 54, 28. Lips. Qualia thermæ, pantheon. In loco Dionis non nisi monumenti sepulcralis Agrippæ fit mentio, quod itidem in campo Martio.

Municipiis. Bud. *beneficiis.* Manifesto errore.

Pretiumque frumenti minutum. Apparet ergo, non plane gratuitum frumentum fuisse: nisi tamen intellegit de eo, quod supra annonarium modum supraque menstruam tesseram capiebant. Sane et antea mentio pretii fuit c. 18. *Frumenti pretio nihil additum est, quamvis ducentas fere naves*, etc. Itemque post hoc libro c. 72. *Additique militibus sine pretio frumentum, quo antea ex modo annonæ utebantur.* Hæc

numos. Quæ, quamquam popularia, in irritum cadebant, quia pervaserat rumor, « ipso tempore flagrantis urbis, inisse eum domesticam scenam et cecinisse Trojanum excidium, præsentia mala vetustis cladibus adsimulantem. »

XL. Sexto demum die, apud imas Esquilias, finis incendio factus, prorutis per immensum ædificiis, ut continuæ violentiæ campus et velut vacuum cœlum occurreret. Nec dum posito metu, redibat levius rursum gras-

66. *Redibat levis rursum grassatus ignis.* Forte *e Vibiis.* Flor. *Necdum p' metus aut redibat libris. i. rursum grassatus ignis.* Forte *necdum positi metus, aut redibat alibi rursum grassatus ignis.* Cod. Agr. *Necdum posito metus redibat non levis et rursum.* Forte, *Necdum eo posito*, sc. metu, *sed rursum.*

autem ratio conciliandi favoris pulchre et ex sui sæcli ritu descripta Lucano in Julii persona 3, 54., *Quoque modo vanos populi conciret amores: Gnarus, et irarum caussas, et summa favoris Annona momenta trahi. Namque adserit urbes Sola fames, emiturque metus, cum segne potentes Vulgus alunt. Nescit plebes jejuna timere.* Lips. *De uteusilibus* dictum ad 1, 70. Ern.

In irritum cadebant. Sic et c. 51. Utrobique Bud. absque præpositione contra H. 3, 53. habet *in irritum.*

Pervaserat rumor. MSS. Guelf. Harl. *rumore.* Ed. pr. *rumori:* sive ultima litera e seq. voce adhæsit, sive fuit *in ipso tempore.* Sed vulgatum verum puto. (Sic Bud.) Est enim solennis formula dicendi. Vid. Drakenb. ad Liv. 5, 18. Ern.

Sexto demum die. At Suetonius ait, sex dies septemque noctes ea clade sævitum. Uterque longe abit a lapide prisco, qui novenos commemorat dies, Romæ ad basilicum Petri, EX. VOTO. SVSCEPTO. QVOD. DIV. ERAT. NEGLECTVM. NEC. REDDITVM. INCENDIOR. ARCENDORVM. CAVSSA. QVANDO. VRBS PER. NOVEM. DIES. ARSIT. NERONIANIS. TEMPORIBVS. ET. HAC. LEGE. DEDICATA. EST. NE. CVI. LICEAT. INTRA. HOS. TERMINOS. ÆDIFICIVM. EXSTRVERE. Conciliari facile noster potest, quia mox addit, ignem rediisse. Primum ut incendium sex dierum fuerit; alterum, trium. Suetonium, aut lapidem certe, non excuso. Lips. Fragmentum inscr. edidit etiam Reines. Cl. 7, n. 19. non memor, integram esse apud Gruterum 61, 3. Ern.

Prorupti per immensum ædificiis. Lege omnino *prorutis.* De quo verbo diximus ad 1, 68. Incendium *prorumpit*, et mare *proruptum* et similia: sed ædes *proruuntur*, ut incendium ruina exstinguatur. Gron. Sic placebat et Groslotio. Recte. Vid. Intt. ad Cæsar. B. G. 3, 26. et ap. Curt. 4, 13. *proruto vallo.* Ubi similiter libri MSS. *proruptis*, ut alibi. Add. Drakenb. ad Liv. 4, 29. Recepit et Broterius. Ern. Item Lall. Bip. Bud. *proruptis.*

Redibat. * *Levis.* Inussi notam.

satus ignis, patulis magis urbis locis; eoque strages hominum minor. Delubra deum et porticus amœnitati dicatæ latius procidere. Plusque infamiæ id incendium habuit, quia prædiis Tigellini Æmilianis proruperat. Videbaturque Nero condendæ urbis novæ et cognomento suo adpellandæ gloriam quærere. Quippe in regiones

Tamen legi potest, sententia incolumi: *rediit, at levius rursum grassaturus ignis.* Lips. Distinctio Lipsii est a Rhenano: quæ nunc est, a Pichena. MSS. mire turbant, ut haud liceat aliquid certi extricare. Flor. *necdum p' metus aut rediebat levis. i. rursum grassatus ignis.* Guelf. *necdum post metus aut residebat levis: nec dum posito metu satis credebatur, cum levis rursum grassatus ignis:* quæ sunt e duobus codd. ducta, ut facile apparet, Agric. *nec dum posito, metus redibat non levis, et rursum grassatus ignis:* quod recepit Ryckius. Alteram lectionem MS. Guelf. Muretus pro conjectura dedit, eaque est etiam in edd. Put. Beroald. Ed. pr. *necdum metus post aut redibat levis, et rursum grassatus ignis.* Quod Rhenanus dedit: *necdum posito metu redibat. Levis* etc. omnes deinde secuti sunt usque ad Pichenam: quod Heinsius in margine Morell. corrigit, addito *haud* ante *levis*. Larga materia est exercendi conjecturas, exitum vix habituras. Broterius e vestigiis MS. Corb. et ed. pr. textum sic concinnavit: *nec dum p. metu, redibat haud levis, et rursum grassatus ignis.* Cur autem non *haud leviter r. gr. ignis, sed* etc. Nam *ignis levis* omnino non admodum placet. Ern. Bud. a 1. m. *necdum post metus redibat levis rursus gr. i.* Bene Rhen. inde dedit *necdum posito metu.* Bene dein Acid. vidit legendum *levius grassatus ignis*, quia scil. *patulis locis et strages hom. minor.* Itaque cum Hillero Rac. 20. repono: *necd. pos. metu, redibat levius r. gr. i.* Bip. malunt *necd. posito*, (sedato incendio) *metus redibat haud levis* vel, quod longe nimium aberrat, *necdum penitus desæviebat clades et r. gr. i.*

Tigellini Æmilianis. Puto legendum *in Æmilianis.* Æmiliana enim locus extra urbem ad campum Martium, conjunctus tamen continensque urbi. Varro RR. 3, 2., *Eorum ædificia, qui habitant extra portam Flumentanam, aut in Æmilianis.* Sueton. Claudio 18. *Cum Æmiliana pertinacius arderent.* Est tamen in ipsa urbe et vicus Æmilianus regione VII. nominatus Sex. Rufo. Lips. Sic placebat etiam Casaub. ad Suet. Claud. l. c. et Heinsio in marg. Morell. Verum puto cum Ryckio. In MS. Guelf. manus sec. erasit ultimam literam in *Æmilianis.* Ern.

Videbaturque Nero. Sulpicius Severus Sac. Histor. l. 2. mutuatus hoc est a Tacito: *Sed opinio omnium invidiam incendii in principem retorquebat, credebaturque imperator gloriam innovandæ urbis quæsisse.* Lips. * Arthur Browne (1795 in *Trans. of the Acad.* vol. 5.) falso id flagitii Neroni tribui disputat.

In reg. XIV. Lapis ap. Grut.

quatuordecim Roma dividitur: quarum quatuor integræ manebant, tres solo tenus dejectæ: septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant, lacera et semiusta.

XLI. Domuum et insularum et templorum, quæ amissa sunt, numerum inire haud promptum fuerit: sed vetustissima religione, quod Servius Tullius Lunæ, et Magna ara fanumque, quæ præsenti Herculi Arcas Evander sacraverat, ædesque Statoris Jovis, vota Romulo, Numæque regia et delubrum Vestæ cum penatibus populi romani, exusta. Jam opes, tot victoriis quæsitæ, et græcarum artium decora, exin monimenta ingeniorum antiqua et incorrupta, quamvis, in tanta resurgen-

67. *Tullius Lunæ. Tullius Lucinæ* cod. Agr.

p. 249, 8., MAGISTRI VICORVM REGIONVM XIV.

Ser. Tullius Lunæ. Templum Lunæ in Aventino reperio: apud Livium 40, 2., *Forem ex æde Lunæ, quæ in Aventino est, raptam tulit*, etc. Rufus in regione XII. *Templum Lunæ in Aventino magnum.* Ovidius Fast. 3, 883., *Luna regis menses: hujus quoque tempora mensis Finit Aventino Luna colenda jugo.* Suspicabar de Lua matre antea: sed falso. LIPS.

Præsenti Herculi. Rem narrant Liv. 1, 7. Dion. Hal. 1, 40. Contra Ovid. Fast. 1, 581. ipsum sibi Herculem *constituisse*, ait, *quæ maxima dicitur ara.*

Ædes Jovis Statoris. Tres ejus columnæ hodieque supersunt.

Cum penatibus pop. r. Potest intelligi de diis patriis, quorum simulacra Troja ab Ænea in Italiam allata, et in æde Vestæ servari credebantur. Atque etiam est numus ap. Lips. de Vesta c. 9. in quo inscriptio *Vesta Penates P. R.* nisi malis intelligere ædem deorum penatium, quam cum regia Numæ et templo Vestæ conjungit et in regione octava ponit S. Rufus. Sic capit Oudend. ad Sueton. Aug. 76. et sic capi posse jam monuit Lipsius l. c. ERN.

Græcarum artium decora. Statuæ et tabulæ magnorum artificum. LIPS.

Monimenta ingeniorum. Libri veterum scripti, multi ab ipsis auctoribus: qui in privatis aut publicis bibliothecis perierunt. O justam querelam! et si tunc, quid nunc post barbaros dicam? Jure laboramus in restituendis. LIPS.

Incorrupta. Bip. putant *igne corrupta*, quæ tamen reparari poterant. Lall. probat *quæsitas.*

Quamvis in tanta etc. Quamvis refero ad *multa* et corrigo supra *opes t. v. quæsitas.* Ac fortasse etiam *quamvis* loco motum est: nam jungi adjectivo suo solet. Seniores

tis urbis pulchritudine, multa seniores meminerint, quæ reparari nequibant. Fuere, qui adnotarent, XIV. kalend. sextiles principium incendii hujus ortum, quo et Senones captam urbem inflammaverant. Alii eo usque cura progressi sunt, ut totidem annos mensesque et dies inter utraque incendia numerent.

XLII. Ceterum Nero usus est patriæ ruinis, exstruxit-

68. *Inter utraque incendia. Inter conditam urbem* cod. Agr.

meminerant permulta decora et monimenta etc. quæ reparari nequibant, cum urbs ipsa longe pulchrior resurrexisset. Alias oratio non constat. Ceterum libri scr. et edd. fluctuant inter *meminerint*, et *meminerant*: hoc verum puto. Ern. *Meminerint* Bud. et Flor. Rectius omnino. Præferunt et Bip. Aliquid vitii hic hærere videtur.

XIV. kal. sextiles. Satis mirus ille dierum concursus et convenientia, et ab arcanis Providentiæ caussis. Sicut et in templo Hierosolymitano Josephus notat, 6, 4. Excidii, *eodem mense et die a Tito incensum, quo olim a Babylonio rege fuisset.* Quis autem proprie ille dies romani incendii? notatur a Tacito *decimusquartus kal. sextilium*, sed cum manifesto errore vel librarii, vel ipsius potius, ut vult vir doctissimus in temporum emendatione l. 5, p. 472., *Nam omnes veteres*, inquit, *incendium illud evenisse non* XIV. *sed* XVI. *kalend. sextilis tradunt.* Fateor, miratum me cum legerem, et Taciti caussa sedulo inquisivisse. Sed profecto omnis me ratio fugit, aut hic virum illum magnum : et a capite rem inquisivi in Excurs. A. Lips. Magnus Scaliger diem cladis Alliensis in animo habuit, eumque confudit cum die occupatæ et incensæ urbis. Atque ipse errorem in ed. tertia correxit, ut jam notavit Ryckius. Ern.

Inflammaverant. Ed. pr. (et c. Agr.) *inflammaverint*: quod ipsum quoque rectum; et præferrem, si plures libri haberent. Ern. Bud. *inflammaverant.*

Totidem annos mensesque. Tricæ curiosorum hominum, quas non extrico. Computem ab urbe condita? dispar ratio. A Troja incensa? æque dispar. Facile collectu tibi ex Fastis. Ut mihi nunc videntur, tenebræ sunt, quas non illustret ipse Phœbus. Lips. Si de iis, qui tempore incendii vixere, loquitur, ut ante, verum vidit Acidalius, qui corrigi voluit *numerarent.* Si de scriptoribus, *numerent* quoque rectum est. Sed illud probo. Ern. Ad tricas curiosorum hominum refer commentum Sam. Petiti, qui Obs. 2, 13. legendum perhibet, *ut Thoth iidem annos.... numeraret.*

Usus est patriæ ruinis. Obscurius dictum. De spatio intelligit Pichena: quod sequentibus maxime convenit. Videndum tamen, an etiam respiciat id, quod Sueton. 38. tradit: *pollicitus cadaverum et ruderum gratuitam*

que domum, in qua haud perinde gemmæ et aurum miraculo essent, solita pridem et luxu vulgata, quam arva et stagna et in modum solitudinum hinc silvæ, inde aperta spatia et prospectus: magistris et machinatoribus Severo et Celere, quibus ingenium et audacia erat, etiam quæ natura denegavisset, per artem tentare et viribus principis illudere. Namque, « ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros, » promiserant, squalenti litore, aut per montes adversos. Neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit,

69. *Per artem tentare. Temperare* cod. Agric. an *temerare?*

egestionem, nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit. Et infra c. 52. dicitur *domum extruxisse civium spoliis.* Ern.

Arva et stagna. Suet. c. 34. et Martialis magis distincte loca ipsa describens 1, 2, 5., *Hic, ubi conspicui venerabilis amphitheatri Erigitur moles, stagna Neronis erant. Hic, ubi miramur velocia munera thermas, Abstulerat miseris tecta superbus ager.* Lips.

Inde aperta spatia. Bud. *hinc ap. sp.* ut supra c. 11.

Viribus pr. illudere. Sic H. 2, 94. *pecuniæ illudere.* Simile illud Sallustii Cat. 20. *postremo omnibus modis pecuniam trahunt, vexant.* Ubi v. Cort. Ern.

Ab lacu Averno. Plinius 14, 6. (8.), *Antea Cæcubo erat generositas, quod jam intercidit, et incuria coloni locique angustia: magis tamen fossa Neronis, quam a Baiano lacu Ostiam usque navigabilem inchoaverat.* Lips. Mox ad *depressuros* in margine Guelf. *defossuros:* quæ est glossa. Illud elegans. Cic. Verr. 5, 27. *saxum in mirandam altitudinem depressum:* et non uno loco Plinius major, in delectu talium verborum curiosus. Ern.

Squalenti litore. Id est arido, sine arboribus, aut frondibus, aut herbis, et nedum aqua, omni prorsus carens humiditate. Sic Pichena bene. Est autem græcum (ex αὐχμηρὸν) et poeticum: quod genus non refugit Tacitus. Sic *squalentes campi, arenæ, squalida arva.* V. Drakenb. ad Silium 12, 373. Usus tamen est et Curtius 7, 4. sed paullo aliter: *squalida siccitate regio.* At ed. pr. habet *sequenti:* et sic correctum in MS. Guelf. cum ante fuisset *squalenti. Sequens litus* eleganter diceretur, quod est in locis mollibus et planis, ubi nulla saxa, montesve occurrunt, nec difficilis fodientium labor, ut *cera sequi* ap. Plin. ep. 7, 9. Ac, si oppositio esset inter litus sequens, et quod per montes duceretur, præferrem: nunc sequentia sane *squalenti* desiderant, nec est oppositio talis. Ern. — * *Squalenti* c. Bud.

quam Pomptinæ paludes : cetera abrupta, aut arentia : ac, si perrumpi possent, intolerandus labor, nec satis caussæ. Nero tamen, ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima Averno juga connixus est : manentque vestigia irritæ spei.

XLIII. Ceterum, urbis quæ domui supererant, non, ut post Gallica incendia, nulla distinctione, nec passim

70. *Ceterum urbis quæ domus supererant. Urbi* lege, quod non probat Gronovius. Paullo ante *concapitor* non *cupitor* cod. Agr.

Connixus. Bud. *enixus.* Unde Rhen. forsan *annisus.*

Ceterum urbis. Mullerus corrigit : *cetera urbis, quæ* etc. in ceteris nobiscum sentit. Placeret, si quid præcederet, ad quod illa *cetera* referri possent. Nunc, quoniam tantum addere aliquid velle videtur iis, quæ de conatis Neronis dixerat, *ceterum* aptius videtur. Ern.

Quæ domus supererant. Pugnat in se sententia. Si enim supererant, quomodo erectæ ? quod in dirutas incensasque convenit. Putarim legend. *quæ domus perierant.* Lips. Hoc dicit Tacitus : Ceterum domus in locis, quæ urbi post tantum spatii detractum et regia sua immensa occupatum reliqua fecerat Nero, ædificatæ, non ut etc. Tanta parte recisa, quæ supererant struendæ domus urbis, seu quibus urbs censeretur et habitaretur, non erectæ etc. Posset et *urbi* legi : sed necesse non est. Gron. Bona sententia est et rebus consentiens, quam ante indicavit Salinerius probavitque Pichena, sed quam e verbis non eruas. Hinc cum Ryckio et Gronovio recepi *domui*, quod hic in Flor. se vidisse testatur, Pichena non vidit : intelligoque domum Neronis. Sed verbum *erectæ* non convenit, quia neutraliter capiendum est, *quæ supererant*, quod necessarium est per latinitatem, cum Ryckius contra consuetudinem loquendi intelligat *partes.* Itaque correxi *erecta* e MS. Guelf. Reg. ed. pr. Sed idem MS. Guelf. habet *domuum* : nec Tacito alienum, *quæ domuum.* Edd. ante Ryckium omnes *domus.* Domos ædificandas hic locum non habere, patet etiam ex eo, quod mox *ædificiorum* frigidum et supervacuum foret. Ern. Bud. *domus*, sed in marg. a 2. m. *domuum*, et mox *erecta.* Hæc Bip. placent, qui dedere *quæ domuum sup.... erecta* hoc sensu, quod ceterum urbis erat ex iis, quæ domuum supererant s. ex reliquiis, exstructa ædificia. Verum Ryckii et Gronovii, quos et Brot. et Lall. sequuntur, potior mihi videtur sententia, quia cap. præced. immensam illam novam Neronis domum, quæ urbis fere instar esset, descripserat auctor, unde quæ sequuntur, sic bene cohærent, *quæ* isti immensæ *domui supererant* etc. Adde, quod *domui* in Regio cod. quoque reperit Lallem.

Non ut post Gall. inc. Cf. Liv. 5, 55.

erecta, sed dimensis vicorum ordinibus et latis viarum spatiis, cohibitaque ædificiorum altitudine ac patefactis areis additisque porticibus, quæ frontem insularum protegerent. « Eas porticus, » Nero, « sua pecunia exstructurum, purgatasque areas dominis traditurum, » pollicitus est. Addidit præmia, pro cujusque ordine et rei familiaris copiis : finivitque tempus, intra quod effectis domibus aut insulis adipiscerentur. « Ruderi accipiendo Ostienses paludes » destinabat, « utique naves, quæ frumentum Tiberi subvectassent, onustæ rudere decurrerent : ædificiaque ipsa, certa sui parte, sine trabibus, saxo Gabino Albanove solidarentur : » quod is lapis

71. *Subvectassent.* Med. *subvectæ essent.* Forte *qua fr. subvectum esset.*

Cohibita ædificiorum altitudine. Quod jam ante Augustus fecerat, eadem fini : id est, ad incendia arcenda et maxime ruinas, Strabo l. 5, p. 235. Πρὸς δὲ τὰς συμπτώσεις τὰ ὕψη τῶν καινῶν οἰκοδομημάτων καθελὼν, καὶ κωλύσας ἐξαίρειν ποδῶν ὁ τὸ πρὸς ταῖς ὁδοῖς ταῖς δημοσίαις. Sed et ante Augustum Rutilius orationem dixerat, de Modo ædificiorum. Et Augustus quidem pedes 70. tollere permisit; Trajanus duntaxat 60. ut notat Sex. Aurelius epit. 13. qui modus fortasse et Neronianus fuit. Lips. Copula e Flor. accessit et Agr. per Ryckium. Est etiam in ed. pr. (In Bud. deest.) Mox *eas* MSS. Flor. (Bud.) Agr. Guelf. ed. pr. et vett. omnes. Casu *easque* irrepsit in Rhen. sec. inde in Lips. Ern.

Adipiscerentur. Ryck. e Flor. *apiscerentur.*

Quæ frumentum Tiberi subvectassent. Sic MS. Guelf. (Agr.) ut edidit Rhen. (e Bud.) cum seqq. At MS. Flor. ed. pr. *subvecta essent*, non *subvectæ* ut edd. Puteol. Beroald. Male. Ut e passivis interdum contractione activa facta, vid. ad 14, 62. sic distractione passiva. Sic mox c. 45. pro *oravisse* ed. pr. *oratus esse. Utique* MSS. Flor. Guelf. edd. vett. ante Rhenanum, qui (e Bud.) dedit *utque.* Vetus restituit J. Gron. Ern. Similia occurrunt in *illusisse* et *illusum esse* 13, 17. et *propulsasse* et *propulsatos esse* apud Apulei. in Apol. ubi v. Pric. ad p. 39.

Saxo Gabino Albanoque. Eadem vis Sabino lapidi tributa ab Isidoro 16, 4., *Sabinus lapis*, inquit, *fuscus addito oleo etiam lucere fertur. Est et quidam viridis lapis vehementer igni resistens.* Sed corrigo, *Gabinus*, e Strabone l. c. p. 238. Γάβιοι μὲν ἐν τῇ Πραινεστίνῃ ὁδῷ κεῖμένη, κατόμιον ἔχουσα ὑπουργὸν τῇ Ῥώμῃ μάλιστα τῶν ἄλλων. De his similibusque lapidibus imperviis igni vide Vitruvium 2, 7. Lips. Confundit cum saxo e lautumiis Gabinis

ignibus impervius est. « Jam aqua, privatorum licentia intercepta, quo largior et pluribus locis in publicum flueret, custodes et subsidia reprimendis ignibus in pro-

lapidem Sabinum, et perperam apud Isidorum hunc in illud commutat. Lapis Sabinus e silicum genere fuit, et propterea non sic aptus ædificiis. Clare Plinius 36, 18. (29)., e quo transcripsit Isidorus: *Varro tradit, Sabinum silicem fuscum addito oleo etiam lucere.* Altera verborum Isidori pars de lapide viridi itidem e Plinio est l. d. c. 22. (49.) Reinesius v. l. 1, 17. Ern.

Albanove. Sic MSS. Flor. (Bud.) Agr. Guelf. ed. pr. Put. Ber. *Que* casu, ut opinor, irrepsit in ed. Rhen. unde ad ceteras propagatum. Vetus restituit e MSS. Ryckius. Mox dedimus *ignibus*, quod habent MSS. Flor. (Bud. Agr.) Guelf. edd. vett. ante Rhen. omnes: quod jam e Flor. dedit J. Gron. Ern. Pich. dedit *igni*. Sic jam Rhen.

Quo largior etc. Freinsh. *quo* deletum cupit, planiorem sic locum fore ratus.

Custodes. Puto custodes istos castellarios appellatos, quia dividiculis (uti veteres dicebant) sive castellis aquarum præfecti. Lapis Romæ (ap. Grut. p. 601, 7.) CLEMENTI. CÆSARVM. N. SERVO. CASTELLARIO. AQUÆ. CLAVDIÆ. De castellis Hesychius, Vitruvius, Plinius et jurisconsulti, tit. D. de Aqua quotidiana. Sed et ad tutelam aquarum familiæ publicæ institutæ: *quæ in aliquot ministeriorum species diducuntur, villicos, castellarios, curatores, silicarios, testores, aliosque opifices*, ait Frontinus l. 2. Lips. Mihi omnia hic sana et integra. Tò *ut* non requiro cum Facrno, quippe quod ex superiori, *utque naves*, intellectu repetam non ad hoc tantum. *Custodes* accipio ἐπισκόπους et procuratores, aquas publicas privatorum licentia intercipi prohibituros, et eas uberiores crebrioresque præstituros: et ad hoc vocabulum subaudio ex sequente membro verbum *haberet*. *Aqua*, antehac *privatorum licentia intercepta* etc. *custodes haberet*, i. constituerentur ac præessent castellis et salientibus passim in publico certi homines, qui operam darent, ne tantum inde ducerent derivarentque in suum privati, ut partim siccarentur, alibi parum humoris ejacularentur. Habes in lapidd. antiquis (ap. Grut. p. 483.) L. VARRONIO. L. F. FAL. CAPITONI. SCRIBÆ. ÆDILICIO. etc. CVRATORI. AQVARVM. Item (ib. p. 381.) L. CÆSONIVS. C. F. QVIR. LVCILLVS. MACER. RUFINIANUS. etc. CVRATOR. AQVARVM. ET. MINUCIÆ. Item M. GRANIVS. M. F. M. N. CERDO. CVR. AQVAR. ALLIFIS. Denique paterfamilias *quisque in propatulo*, sive in vestibulis ædium, *subsidia reprimendis ignibus haberet*, hoc est, quodvis instrumentum incendiis compescendis; si non omnia singuli, ac nemo non aliqua et fere complura. Gron. Freinsh. *custodes* intelligit servos, *insularios* dictos, insulis scil. ob latronum aut ignium metum adpositos. Zinzerling in Crit. juv. prom. c. 39. pro *custodes* reponi vult *siphones*, quorum quippe mentio in apparatu simili ap. Plin. ep. 10, 42, et Ulp. l. 12, §. 18. D. de instr. leg. In Bud. voci *custodes* 2. m. addidit *imposuit*, ut mox, post *ambirentur*, *statuit*.

patulo quisque haberet: nec communione parietum, sed propriis quæque muris ambirentur. » Ea, ex utilitate accepta, decorem quoque novæ urbi adtulere. Erant tamen, qui crederent, « veterem illam formam salubritati magis conduxisse, quoniam angustiæ itinerum et altitudo tectorum non perinde solis vapore perrumperentur: at nunc patulam latitudinem, et nulla umbra defensam, graviore æstu ardescere. »

XLIV. Et hæc quidem humanis consiliis providebantur. Mox petita diis piacula, aditique Sibyllæ libri, ex quibus supplicatum Vulcano et Cereri Proserpinæque, ac propitiata Juno per matronas, primum in Capitolio, deinde apud proximum mare: unde hausta aqua templum et simulacrum deæ prospersum est: et sellisternia ac pervigilia celebravere feminæ, quibus mariti

7a. *Et lectisternia.* Scripti excepto cod. Agr. *sellisternia.* Quòd non ausim damnare. Extat ea vox et in Tironis notis p. 164. Glossæ Labbæi: *Sellisternium*, στλλάσφρωσις. Festus: *solia appellantur sedilia, in quibus non plures singulis sedere possunt, ideoque solia sternere dicuntur, qui sellisternium habent.* ubi plura ad rem. Dixi ad Petronium 75. ubi est *arci sellium.* Deinde cod. Agr. *perspersum* est, non *prospersum.*

Mox petita a diis piacula. Deleo præpositionem: vult enim conquisita piacula sive sacrificia piacularia et sacra, quæ diis fierent. Gron. Recte, ut judicat etiam Ryckius. Itaque non dubitavi delere, cum minus perspicua passim in hoc scriptore recepta sint vulgo. Petita sunt piacula e Sibyllinis libris, non a diis, sed ea facta diis, ut statim traditur: mox *deum placamenta.* Ceterum initium hujus capitis illustrare conatus est Vignolius, Berolinensis nuper sacerdos, in Hist. Crit. de la Républ. des lettres, t. 8, p. 81. seqq. parum feliciter, ut speciminibus aliquot mox proferendis patebit. Ern.

Vulcano et Cereri etc. Vignolius videtur existimasse, hæc sacra facta diebus festis, cuique in kalendario rom. sacris. Nam eos dies indagat, et hinc argumenta ducit pro tempore ortæ persecutionis adversus Christianos. Frustra. Extraordinariæ istæ supplicationes fuere, quæ die factæ sunt ea, quam Cæsar vel senatus decrevisset. Ern.

Lectisternia ac pervigilia. Probe omnino *lectisternia.* Cum tamen in vet. Budensi et Flor. sit, *sellisternia:* non nefas suspicari *solisternia.* ut intelligat feminas, (receptissimo tunc ritu) corpora in humum abjecisse, ad aras deorum repsisse. Lu-

erant. Sed non ope humana, non largitionibus principis, aut deum placamentis, decedebat infamia, quin jussum incendium crederetur. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, et quæsitissimis pœnis adfecit, quos, per flagitia invisos, vulgus *Christianos* adpellabat. Auctor nominis ejus Christus, Tiberio imperitante, per procu-

can. 2, 30., *Hæ lacrimis sparsere Deos, hæ pectora duro adflixere solo.* Statius Silv. 5, 1, 162..... *omnibus aris Illacrimat, signatque fores et pectore terget Limina.* Et in Livio, Polybio, Apuleio, exempla. Lips. At ego non dubitavi cum Ryckio et J. Gronovio recipere *sellisternia*, quod præter MS. Flor. et Bud. etiam Guelf. a manu prima habuit, sed correctum est alio atramento in *lectisternia*, sed ita, ut omnes literæ veteres adhuc appareant. *Sellisternia* proprie deabus, *lectisternia* diis, ut clarum e loco Valer. M. 2, 1, 2. et *sellisterniorum* etiam alibi mentio: quæ loca diligenter collegit Chimentellus de honore bisell. c. 31. Adde Rych. ad h. l. *Sellisternia* etiam probat Græv. ad Cic. Har. R. c. 27. At Vignolius l. c. p. 151. utrumque verbum locum habere putat: quod ap. Livium 5, 13. *lecti strati* dicuntur *Apollini, Latonæ, Dianæ, Herculi, Mercurio, Neptuno.* Add. 22, 10. Ceterum omnes edd. ante Ryckium *lectisternia.* Ern. Sic et c. Agr. Ita et Bud. in marg.

Sed non ope humana. Hæc et quæ sequuntur transcripsit iterum Sulpicius l. 2. *Neque ulla re Nero efficiebat, quin ab eo jussum incendium putaretur. Igitur vertit invidiam in Christianos, actæque in innoxios crudelissimæ quæstiones. Quin et novæ mortes excogitatæ, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent. Multi crucibus affixi, aut flamma usti. Plerique in id reservati, ut, cum defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.* Lips.

Quæsitissimis. Bud. *exquisitissimis.*

Vulgus Christianos adpellabat. Sive *Chrestianos*, ut scripsere per inscitiam illi. Quod nomen ortum demum observo imperio Claudii extremo. Suidas: Ἐπὶ Κλαυδίου Βασιλέως Ῥωμαίων, Πέτρου τοῦ Ἀποστόλου χειροτονήσαντος Εὐόδιον ἐν Ἀντιοχείᾳ, μετωνομάσθησαν οἱ πάλαι λεγόμενοι Ναζαραῖοι καὶ Γαλιλαῖοι, Χριστιανοί. Sed et Judæi appellati antea, quod frustra negitant quidam. Aperte Arrianus 2, 9., Ὅταν τινα ὑπαμφοτερίζοντα ἴδωμεν, εἰδέναι λέγειν. Οὐκ ἔστιν Ἰουδαῖος, ἀλλ' ὑποκρίνεται. Ὅταν δ' ἀναλάβῃ τὸ πάθος, τὸ τοῦ βιβαμμίου καὶ ἠρωμένου, τότε καὶ ἔστι τῷ ὄντι καὶ καλεῖται Ἰουδαῖος. Ait, τοῦ βιβαμμίου. Qui ergo tincti et baptizati, præter Christianos? Suetonius Claud. 25. *Judæos impulsore Chresto assidue tumultuantes Roma expulit.* Lips. Mox *qui* ante *Tiberio* cum J. Gronovio delevi, quia nec in ed. pr. est: quod passim Tacito additum, ut supra c. 4, 19. Ern. Abest et a Flor. Sed Bud. habet. De nomine *Chrestus* v. Lact. D. Inst. 1, 4, 7.

ratorem Pontium Pilatum supplicio adfectus erat. Repressaque in præsens exitiabilis superstitio rursus erumpebat, non modo per Judæam, originem ejus mali, sed per urbem etiam, quo cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt celebranturque. Igitur primo correpti, qui fatebantur, deinde, indicio eorum, multitudo ingens, haud perinde in crimine incendii, quam odio humani generis, convicti sunt. Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus adfixi, aut flammandi, atque, ubi defecisset

73. *Quam odio humani generis convicti sunt. Conjuncti* Med. recte. Scribe *odio profani generis conjuncti sunt. Profanos* vocat Christianos. Paullo ante bene cod. Agric. *Christus Tiberio imperitante p. p. P. P. supp. adfectus* sine τῷ *erat.* — 74. *Aut crucibus adfixi aut flammandi. Flammati* cod. Agric. Ego malim *flamma necandi.* Apud Sulp. Severum malo *flamma tosti*, quam *usti.*

Pontium Pilatum. Qui sextus procurator Judææ, cum potestate præsidis, fuit. Vide Josephum Antiq. 18, 3. Miror autem, cur *Syriæ procuratorem*, nimis diffuse, Tertullianus dicat in Apol. 21. *Pontio Pilato Syriam tunc ex parte romana procuranti.* Lips.

Exit. superstitio. Cf. Act. 18, 2. Plin. ep. 10, 97.

Primo. Flor. et Bud. *primum.*

Odio humani generis. Faernum legisse aiunt, *Odio generis convicti.* Sed non ea mens Taciti: est ipsa, quam H. 5, 5. expressit de Judæis: *Apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, sed adversus omnes alios hostile odium.* Et Arnobius dicit l. 1. Christianis hoc objectum: quia scilicet diversa omnia in moribus et sacris, itemque contagem et congressum eorum, theatra et circos, fugiebant. Lips. *Convicti* scripti (in his Bud.) et edd. ante J. Gron. omnes, præter Flor. unde hic (et Pichena) edidit *conjuncti*: quod ille (et Pich.) interpretatur, confessis adjuncti sunt. Sed id verba *in crimine*, deinde *odio g. h.* non patiuntur, nec sensus inde commodus erui potest. Cic. pro Sulla c. 30. *quoties quisquam est in hoc scelere convictus.* Et sic aliquoties Suet. ut Claud. 14. ubi quoque male cod. Harlem. *conjunctos.* Tit. 9. ubi liber scr. *convinctos.* Mox MS. Guelf. *ea pereuntibus*, ut e Bud. edidit Rhenanus. Ern.

Aut flammandi. Videtur significare Sulpicius l. c. *ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent. Multi crucibus affixi aut flamma usti. Plerique in id reservati, ut, ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.* Sive malis *alimentis*, aut *materia.* H. 2, 21. *fraude illuta ignis alimenta credidit.* Ovidius Met. 14, 533. *picem et ceras alimentaque cetera flammæ Mulciber urebat.* Gron. *Flammandi* scr. (in his Bud.) et edd. omnes præter

dies, in usum nocturni luminis urerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, et circense ludicrum edebat, habitu aurigæ permixtus plebi, vel curriculo insistens. Unde, quamquam adversus sontes et novissima exempla meritos, miseratio oriebatur, tanquam non utilitate publica, sed in sævitiam unius, absumerentur.

XLV. Interea conferendis pecuniis pervastata Italia, provinciæ eversæ, sociique populi et quæ civitatum li-

75. *Vel circulo insistens. Curriculo* cod. Agr. ut Lipsius. In Plinii loco, quem is protulit. Forte etiam scribendum *cum curriculo se trigario approbare vellet*, quem is non recte sollicitavit. Vide eundem Plinium 37, 12 (77). vel, *cursu equorum trigario. Cursus equorum* infra c. 74.

cod. Agr. in quo *flammati*, quod placet Ryckio. Sed sive hoc, sive illud placeat, sive aliud quid, τὸ *atque* molestum est; quod mihi delendum videtur. *Flammare*, et supplicium hoc illustrat Scaliger Emend. temp. p. 471. Ern. De isto cruciatu v. et Juven. 8, 235. Ex Sulpicii verbis Tacitum emendare parat Hiller. Rac. 20. legit quippe *aut flammati plerique, ubi def. etc.*

In usum nocturni luminis. Pro lychno et lucerna. Credo Juvenalem ad hoc sævitiæ genus spectasse 1, 155., *Pone Tigellinum: tæda lucebis in illa, Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant.* Quos versus scio et vulgus interpretum, et egregium Turnebum, longe secius accipere. Ceterum prima hæc exercita in nostrum nomen crudelitas; sanguinis dico. Nam Claudius antea tantum expulerat. Sueton. 25. Tertull. Apol. 5. *Consulite commentarios vestros, in illis reperietis, Neronem primum in hanc sectam, tum maxime Romæ orientem, Cæsariano gladio ferocisse.* Lips. MSS. Flor. (Bud.) Oxon. Guelf. ed. pr. *in usu.* Ern.

Circense ludicrum edebat. Hic iterum mire argutatur Vignolius et fallitur. Miratur, nec Lipsium, nec Ryckium aliquid suæ adnotationis ad hæc verba dedisse. Ipse e verbis *plebi permixtus* colligit, sermonem esse de *ludis plebeiis*: eorum initium fuisse ex kalendarii indicio d. XV. nov. unde planissimum esse contendit, adflictionem Christianorum Neronianam cœpisse d. XV. nov. Ἄῤῥοι. Extraordinarii isti ludi fuere, quales Nero et alias, cupidus istius artificii circensis, edidit, auctore Tacito, in hortis suis. Ludi plebeii editi sunt ab ædilibus curul. auctore Cicer. Verr. 5, 14. Nec e verbis *permixtus plebi* ullo modo colligi potest, plebeios ludos fuisse. Ern. Plebeii quoque ædiles plebeios ludos celebrabant. Liv. 31, 4.

Vel circulo insistens. Ego persevero legere *vel curriculo*, sententia plane volente. Nero, inquit, interdum quasi spectator immiscebatur plebi, interdum currui insistebat, ut aurigator. Proprie insistebant. Plinius Epist. 9, 6., *Quo magis miror tot millia virorum, tam pueri-*

beræ vocantur. Inque eam prædam etiam dii cessere, spoliatis in urbe templis, egestoque auro, quod triumphis, quod votis, omnis populi romani ætas prospere, aut in metu, sacraverat. Enimvero, per Asiam atque Achaiam non dona tantum, sed simulacra numinum abripiebantur, missis in eas provincias Acrato ac Secundo Carinate. Ille libertus, cuicumque flagitio promptus;

liter, identidem currentes equos, insistentes curribus homines, videre. At Neronem currus rexisse, nimis notum: Plinium leviter emendo 28, 17. (72.), *Feruntque et Neronem principem hac potione recreari solitum, cum sic quoque se trigario* (immo *trigarium*) *approbare vellet.* Approbare trigarium, valet, ostendere se legitimum aurigam et agitatorem equorum. Lips. *Curriculo* MS Agr. unde recepit Ryckius, quod vel sic recipiendum erat, sensu et verbo *insistens* flagitante. Supra 14, 14. de eodem Nerone: *vetus illi cura erat curriculo quadrigarum insistere.* Ern. Bud. *circulo.*

Inque eam prædam. Bud. *in eamque prædam.*

Auro, quod triumphis. Aurum e triumphis, coronarium capio: quod jam per alios innotuit: sive etiam, quod ab imperatoribus per triumphos illatum. E votis, quod senatus in re trepida Jovi aliisque diis vovebat. Petronius 88. *Ipse senatus, recti bonique præceptor, mille pondo auri Capitolio promittere solet.* Aut ipsi consules prætoresve, in provinciis et ad bellum ituri. Livius 31, 9., *Ludos Jovi, donumque vovere consulem, cui provincia Macedonia evenisset, jussit.* Ib. c. 14. *Tum P. Sulpicius, secundum vota in Capitolio nuncupata, paludatus cum lictoribus profectus.* Et exempla in Livio sparsim. Lips. De auro e triumphis, posterior ratio vera. Sæpe ap. Livium, Plinium aliosque commemorantur illatæ templis a triumphantibus res pretiosæ ex auro: quæ domi habere religio erat, malebantque ad ornanda templa deorum, quam suas domos conferre, ut Cicero etiam in Verrinis docet. Querneus Egreg. c. 14. p. 60. intelligit manubias seu pecuniam e præda divendita, cujus pars templis illata. Male. Ea pecunia in ærarium illata est. Mox pro *prospere* Acidalius *prospera re:* quod probo. Ern. Probat et Heins.

Simulacra numinum abripiebantur. Pausanias 10, 7., *Non postremo Neronis impietatem dei donaria effugere potuerunt. Is enim æneas quingentas, partim deorum, partim hominum, sustulit imagines.* Plinius ait 34, 8. (19, 23.) clarissima quæque signorum *violentia Neronis in urbem convecta, et in sellariis domus aureæ disposita fuisse.* Lips.

Acrato ac Secundo. Prior horum nominatus et Dioni Chrysostomo, et tota res et rapina hæc denarrata; sed nomen corruptum est in libris. Verba in oratione, quam *Rhodiacam* inscripsit: Ἴστε γὰρ Ἀκράτου ἔτι μόνος, ὃν οἰκουμένην σχεδὸν ἅπασαν περιιόντα, τούτου χάριν, καὶ μηδὲ κόμην παρὰς μηδεμίαν, ὡς κἀγὼ δέδε ἔτι. Corrupta,

hic, græca doctrina ore tenus exercitus, animum bonis artibus non induerat. Ferebatur «Seneca, quo invidiam sacrilegii a semet averteret,» longinqui ruris secessum «oravisse, et, postquam non concedebatur, ficta valetudine, quasi æger nervis, cubiculum non egressus.»

inquam, priora palam, et viri duo doctissimi mederi prætentarunt: ego faciam. In scripto codice aiunt esse: Ἀκράτων ἐκεῖ μόνος. Lego, ἴστε γὰρ, Ἄκρατος ἐκεῖνος, τὴν οἰκουμένην. Vertenda: *Nostis enim, Acratus ille, omnem orbem fere pervagatus, illius rei gratia* (statuas auferendi, et talia ornamenta) *et nullum pagum etiam aut vicum omittens, ut huc etiam venerit.* Hæc vera lectio, et Tacitus firmat, quod ad nomen attinet: in re autem, lucem a Dione etiam ipse capit, capietque: locum totum vide. Volebam etiam legere: Ἄκρατος τοῦ ἀγαμόνος, ex vulgata editione; quod esset, *Acratus principis*, libertus scilicet aut servus: sed verius habeo, quod dixi. Lips. In ed. Morelli fol. Par. 1623. is homo dicitur Κράτων.

Secundo Carinate. Suspicari possis, rhetorem illum esse, quem Dio 59, 20. scribit a Caio in exsilium missum, quia contra tyrannos declamitaverat: quemque Juvenalis tangit 7, 204., *Sicut Thrasymachi probat exitus, atque Secundi Carinatis.* Tinctum eum eloquentia literarumque studiis, Taciti consequa verba indicant. Lips. MS. Fl. (Bud.) Guelf. *Caprinate.* Ab ed. pr. plane abest. In margine Guelf. nomen scriptum eo compendio, quod in Flor. auctore J. Gronovio: unde patet id esse *Caprinate*, non *Caprenate*, ut legebat Pichena. Ern.

Ore tenus exercitus. H. e. ut posset de philosophia, virtutibus vitiisque Græcorum more disserere. Nescio, quare offendebat hic loquendi modus Rhenanum, qui *ore tenus* auctoritate MS. Bud. deleri malebat, nec sic dici putabat. Immo oppositio hoc verbum desiderat, et commode sic dicitur. Exercuerat se homo græca doctrina hactenus, ut ore ac lingua se philosophum probaret. Adde 16, 32. Ern.

Non induerat. Tentabam, *imbuerat.* Nunc adfirmo vulgatam scripturam: et perplacet metaphoræ honestas, qua ipsa usus Agellius 2, 29. de Æsopo fabulatore: *qui*, inquit, *res salubriter ac perspicienter animadversas in mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induit.* Non, ut corrumpunt, *induxit.* Lips. Verbum *induere*, ad hunc modum dictum ex gr. ἐνδύεσθαι, copiose illustrat et h. l. *induerat* defendit Gataker. Advers. 1, 9. Ern. Claud. in 2. Cons. Stil. 121. *his moribus induit annos.* Hoc loco motus, simulque frequenti apud nostrum usu contrario metaphorico vocis *exuere* motus, P. Faber Sem. 2, 16. ab emendando loco manum abstinuit. Cf. et Barth. ad Claud. Arnz. ad Plin. Paneg. c. 81. Burm. ad Petron. c. 4. (* et ad Anthol. 3, 74, 10.) Vide et Gell. 2, 29.

Ferebatur Seneca. Rhen. e Bud. sic restituit. Prius erat *ferebant Senecam.*

Oravisse. Ed. prima *oratus esse.* Respice ad c. 43. ubi *subvectassent.*

Valetudine. Bud. solet *valitud.*

Tradidere quidam, « venenum ei per libertum ipsius, cui nomen » Cleonicus, « paratum jussu Neronis : vitatumque a Seneca, proditione liberti, seu propria formidine, dum simplici victu et agrestibus pomis, ac, si sitis admoneret, profluente aqua vitam tolerat. »

XLVI. Per idem tempus gladiatores apud oppidum Præneste, tentata eruptione, præsidio militis, qui custos aderat, coerciti sunt : jam « Spartacum et vetera mala » rumoribus ferente populo, ut est novarum rerum cupiens pavidusque. Nec multo post clades rei navalis accipitur : non bello : quippe haud alias tam immota pax : sed certum ad diem « in Campaniam redire classem » Nero jusserat, non exceptis maris casibus. Ergo gubernatores, quamvis sæviente pelago, a Formiis movere : et gravi Africo, dum promontorium Miseni superare

76. *Cui nomen Cleonicus. Cleonico* malim. Vide Ann. 5, 1. — 77. *Ac, si sitis admoneret.* Malim *admoneretur* vel *sitis sui admoneret.* Apud Statium Theb. 8, 35. lege ex MSS. *vitæque silentes admonet*, non *admovet.* — 78. *Qui custos adesset. Aderat* cod. Agr. lege *adsistebat. adsistere* Ann. 14, 34. *adsidere judiciis* Ann. 1, 75. 2, 57.

Dum persimplici victu. In tantis opibus magna et rara abstinentiæ laus. Ipse de se Ep. 84. (83.) *Panis deinde siccus, et sine mensa prandium. post quod non sunt lavandæ manus. Dormio minimum. Consuetudinem meam nosti. Brevissimo somno utor et quasi intervigilo.* Ubi ex veteri libro adsero, *et quasi interjungo*, ab aurigis metaphora. Ep. 109. (108.) *Inde in omnem vitam unguento abstinemus : quoniam optimus odor in corpore est nullus. Inde vino caret stomachus. Inde in omnem vitam balneum fugimus.* Et plura ibidem. Lips. MS. Flor. *persimplici* quod receptum a Pichena. Vulgo ante *pro simplici.* Mox MS. Bud. *tolerabat*, forte *tolleraret.* Ern. Bud. bene *dum simplici victu.* Sic Rhen. Habet tamen et noster c. 48. *perseverum.*

Qui custos adesset. MS. Corb. *aderat.* Ern. Sic et c. Agr. Recepi cum Bip.

Mala rumoribus. Hic pessime Bud. *malorum moribus.* Mox pro *ferente* Heins. conjicit *serente*, haud ita male.

Dum promontorium Miseni. Classis romana in portu Misenensi ordinariam stationem habebat ; uti Alexandrina Puteolis, ut Strabo 17, p. 793. indicat. Promontorium hoc infame naufragiis, uti e Seneca colligas epist. 78. (77.) ubi de Alexandrinis navibus : *Cum intravere Capreas et pro-*

contendunt, Cumanis litoribus impacti, triremium plerasque et minora navigia passim amiserunt.

XLVII. Fine anni vulgantur prodigia, imminentium malorum nuntia. Vis fulgurum non alias crebrior et sidus cometes, sanguine illustri semper Neroni expiatum. Bicipites hominum aliorumve animalium partus abjecti in publicum, aut in sacrificiis, quibus gravidas hostias immolare mos est, reperti. Et in agro Placentino, viam propter, natus vitulus, cui caput in crure esset. Secutaque haruspicum interpretatio : « parari rerum humanarum aliud caput : sed non fore validum, neque occultum; quia in utero repressum, aut iter juxta editum sit. »

XLVIII. Ineunt deinde consulatum Silius Nerva et

montorium, ex quo Alta procelloso speculatur vertice Pallas, ceteræ velo jubentur esse contentæ. Statius Silv. 3, 2, 23. *Prima salutavit Capreas, et margine dextro Sparsit Tyrrhenæ Mareotica vina Minervæ.* Libabant ergo procellosæ illi Palladi nautæ, periculo maris defuncti. Lips.

Et sidus cometes sanguine illustri semper Neroni expiatum. Grotius delebat *semper* : quod raro cometæ apparent. Nec nisi semel ante apparuerat cometes sub Neronis imperio. (a. U. 813. cf. 14, 22.) Ego mallem, *Neroni* delere, aut pro eo *tyrannis* legere : quod melius. Auctor mihi Sueton. Ner. 36. ubi de eodem comete agitur : *Ut ex Babilo astrologo didicit, solere reges talia ostenta cæde aliqua illustri expiare, atque a semet in capita procerum depellere* etc. Ern.

Gravidas hostias immolare. Pauca super eo sacrorum ritu. Trahere huc possis illud Festi : *Confeta sus, quæ cum omni fetu adhibebatur ad sacrificium.* Lips. Adde eundem Festum in *horda* : quem locum jam laudavit Ryckius. Ern.

Quia in utero repressum. Intellige : quia caput jam in utero loco suo motum et retro versum sit, ut cum crure demum prodierit. s. brevius, corruptum ac vitiatum sit. Cic. Brut. 4. *omnis fœtus repressus, exustusque flos siti veteris ubertatis exaruit.* Porro vel *et* legendum, vel *aut* pro *et* accipiendum. Muretus corrigebat *at*, quod et ipsum rectum : et quod idem *non in u. r.* id probare cum Broterio non possum, qui adeo in textum recepit. Nam *iter juxta editum* refertur necessario ad alterum membrum *neque occultum* : prius igitur ad imbecillitatem ; quare negatio locum non habet. Ern.

Silius Nerva. E fastis et lapidibus *Silanus Nerva.* Lips. Sic etiam Perizonio placebat, item Norisio in ep. consulari. Vid. tamen ad 4,

Atticus Vestinus, cœpta simul et aucta conjuratione, in quam certatim nomina dederant, senatores, eques, miles, feminæ etiam, cum odio Neronis, tum favore in C. Pisonem. Is Calpurnio genere ortus, ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat, per virtutem, aut species virtutibus similes. Namque facundiam tuendis civibus exercebat, largitionem adversus amicos, et ignotis quoque comi sermone et congressu. Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies. Sed procul gravitas morum, aut voluptatum parsimonia: lenitati ac magnificentiæ et aliquando luxui indulgebat. Idque pluribus probabatur; qui, in tanta vitiorum dulcedine, summum imperium non restrictum nec perseverum volunt.

XLIX. Initium conjurationi non a cupidine ipsius fuit: nec tamen facile memoraverim, quis primus auctor, cujus instinctu concitum sit, quod tam multi sumpserunt. Promptissimos Subrium Flavium, tribunum

68. Ern. Sed ibi ex lapid. *Silianus.*

Facundiam tuendis civibus. Has omnes laudes ejus eccinit quicumque ille adolescens poeta, in Panegyrico ad Pisonem. Lips. Mox MS. Reg. *largitiones*, non male. Deinde malim *comis sermone et congressu*; etsi vulgatum quoque ferri posse video. Ern. Bip. malunt *communis*, ut ap. Nepotem in Attico 3. *communis infimis.* Adde Cic. ad Div. ep. 4, 9.

Lenitati ac magnificentiæ. Verbum *lenitati* nimis bonum est, quam ut h. l. aptum sit: et *gravitas* videtur requirere *levitati*. Levitas autem est in sumptibus ad captandam gratiam, aut ad speciem majorem induendam. Ern.

Pluribus probabatur. Aut ita dicuntur h. l. *plures*, ut οἱ πολλοί, etiam πλείονες, ap. Græcos de populo; aut legendum mox *volebant*. si de majori hominum, qui tum fuere, numero intelligatur. Ern.

Non a cupidine. Ego quoque cum J. Gronovio *cupidine* recepi, quod id etiam in MS. Guelf. ed. pr. reperi. Ceteræ edd. omnes *cupiditate*, quod tamen eodem redit. Ante *conjurationis* MSS. plures et ed. pr. Vulgatum exquisitius est. Ern. *Cupidine* habent et Flor. Agr. Bud. Hic etiam *conjurationi*, sed Agr. *conjurationis.*

Subrium Flavium. Dioni 62, 24. dicitur Σουβριος Φλάβιος. et statim Σουλπίκιος Ἄπρος, qui nostro est *Asper*. Lips. Ex Tacito emendandum

prætoriæ cohortis, et Sulpicium Asprum centurionem exstitisse, constantia exitus docuit. Et Lucanus Annæus Plautiusque Lateranus, consul designatus, vivida odia intulere. Lucanum propriæ caussæ accendebant, quod famam carminum ejus premebat Nero, prohibueratque ostentare, vanus æmulatione. Lateranum, consulem designatum, nulla injuria, sed amor reipubl. sociavit. At Flavius Scevinus et Afranius Quinctianus, uterque senatorii ordinis, contra famam sui, principium tanti facinoris capessivere. Nam Scevino dissoluta luxu mens et proinde vita somno languida: Quinctianus mollitia cor-

79. *Vanus adsimulatione.* Cod. Agr. *vanitatis insimulatione. Vanus* glossema potest esse. Puto, *cassus æmulationis.* Claudianus Mamercus de Statu animæ lib. 2., *Virtutis cassa, rationis aliena, veritatis vacua.* Vide Juret. ad Symmach. p. 324 et p. 33. Possis et, *vanus cassa æmulatione.* H. 3, 55., *apud sapientes cassa habebantur.* — 80. *Contra famam sui.* An *cum infamia sui.* — 81. *Et proinde vita.* Lege *perinde, ac ipsi Neroni.* Deinde *finem adesse imperio* cod. Agric.

esse Dionem, recte judicat Reimarus.

Premebat Nero. Sed idem tamen post mortem famam ei non invidit, id est legi et edi permisit. Hoc vult inscriptio vetus (ap. Grut. p. 354, 2. qui eam suspectam habet.) M. ANNÆO LVCANO CORDVBENSI POETÆ BENEFICIO NERONIS FAMA SERVATA. Gaude liberrime poetarum: litasti genio æternitatis. Lips.

Prohibueratque ostentare, vanus assimulatione. Quinquennali ludicro, cum Orpheum Lucanus recitasset, coronatus contra Neronem est. Quod ægre tulit citharœdus princeps. Statius Silv. 2, 7, 58., *Ingratus Nero dulcibus theatris, Et noster tibi præferatur Orpheus.* Sed quid sibi vult hic *Vanus adsimulatione?* An, quod Nero vano et irrito conatu assimulare et reddere Lucani versus voluit? Ita scriberes *assimilatione.* Sed non placet. Ne Farnesianum quidem scriptum, *vana assimulatione.* Lego clarius, *vanus æmulatione.* Lips. *Æmulatione* placet etiam Ursino et Freinshemio, sed simul *vana. vanus æmulatione* Heinsio in marg. Morell. *Vanus adsimulatione*, non intelligo. *Ostentare* pro ostendere, i. e. edere, recitare etc. Ern. Bip. sequuntur Lipsii conjecturam. Sequor et ego. Freinsh. volebat *vanissima æmulatione*, quod ad vulg. probe accedit. (* Sic et Jac. Trollius in Fortuitis, p. 244.) Jac. Gron. in subsidium vulgatæ lectionis adfert ex 16, 17. *adsimulatas Lucani literas.*

Afranius Quinctianus. MS. Guelf. edd. veteres plures *Quintilianus.* Ern. Bud. *Quintianus.*

Quinctianus molli corpore. Farnes. *mollitie corporis.* Ita Latinis dicta, ἡ θηλεῖα νόσος. Ovidius: *Mollis erat,*

poris infamis, et a Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias ultum ibat.

L. Ergo, dum « scelera principis, et finem adesse imperii, diligendumque, qui fessis rebus succurreret, » inter se aut inter amicos jaciunt, adgregavere Tullium Senecionem, Cervarium Proculum, Vulcatium Araricum, Julium Tugurinum, Munatium Gratum, Antonium Natalem, Martium Festum, equites romanos : ex quibus Senecio, e præcipua familiaritate Neronis, speciem amicitiæ etiam tum retinens : eo pluribus periculis conflictabatur. Natalis particeps ad omne secretum Pisoni erat. Ceteris spes ex novis rebus petebatur. Adscitæ sunt, super Subrium et Sulpicium, de quibus retuli, militares manus, Granius Silvanus et Statius Proximus, tribuni cohortium prætoriarum, Maximus Scaurus et Venetus Paullus centuriones. Sed summum robur in Fenio Rufo præfecto videbatur, quem, vita famaque laudatum, per sævitiam impudicitiamque Tigellinus in animo principis anteibat, fatigabatque criminationibus, ac sæpe in metum adduxerat, quasi « adulterum Agrip-

facilisque viris Pœantius heros. Lips. Sed MS. Flor. *mollitia corporis.* Ed. pr. *mollitie.* idque receptum Pichenæ. Vid. ad 11, 2. Ern. Bud. *molli corpore.*

Et finem adesse imperii. MS. Reg. Agr. Corb. ed. pr. *imperio*, melius e Taciti more. Ern. Bud. *imperii.*

Antonium Natalem. Non arbitror illum esse, quem Seneca cum probro describit ep. 87., *Nuper Natalis tam improbæ linguæ, quam impuræ, in cujus ore feminæ purgabantur.* Lips.

Senecio e præcipua. Ergon' ille, qui 13, 12. una cum Othone familiarissimus Neroni ostenditur, libidinum ejus in Acten administer et interpres? Putem; sed ibi Claudius Senecio dicitur, hic Tullius. Itaque me sustineo. Lips.

Super Subrium. Libri mei, *per Subrium.* Lips.

Granius Silvanus. Bud. *Gaius Silanus.*

Maximus Scaurus. Spanhem. de Us. et Pr. Num. t. 2, p. 37. corrigit *Mamercus*, quod nuspiam Scauris hoc cognominis tribuatur. De antiquioribus temporibus concedo. At his temporibus cognomina multiplicata; unde nihil certi sine libris dici posse arbitror. Ern.

pinæ et desiderio ejus ultioni intentum. » Igitur, ubi conjuratis, præfectum quoque prætorii in partes descendisse, crebro ipsius sermone facta fides; promptius jam de tempore ac loco cædis agitabant. Et « cepisse impetum » Subrius Flavius ferebatur, « in scena canentem Neronem adgrediendi; aut cum ardente domo per noctem huc illuc cursaret incustoditus. » Hic occasio so-

82. *Aut cum ardente domo.* Lego *marcente;* marcentibus domesticis. Petronius 22., *quidam in ipso lumine conjunctis marcebant capitibus, Marcere* similiter apud Statium Theb. 8, 265. 10, 269. Ovid. Pont. 1, 5, 45., *Nec juvat in lucem nimio marcescere vino.* Sueton. Calig. c. 58., *Cunctatus an ad prandium surgeret, marcente adhuc stomacho.* Noster Ann. 6, 4., *somno aut libidinosis vigiliis marcidus.* H. 3, 36., *desidem et marcentem.* Statius Theb. 8, 219., *vario producunt sidera ludo Ante domos intraque : ipsæque ad limina marcent Excubiæ.* Apposite. *Marcens Deus,* pro Baccho, Mart. Capella 4, p. 96. Ed. Grot., *Pallas aliquanto concussior* (forte *confusior*) *jocum emergentis inhibuit.* Scribe *dei marcentis.* Nam Bacchi oratio proxime præcesserat : ni mavis *dei ingerentis.* Vid. p. 21, de Baccho, et p. 135. 170. 171. 227. 236. *marcidula lumina, faces marcentes* p. 301. p. 13., *somnolento marcore torpere.* p. 2., *marcens hiemali pervigilio. Marcidus Evan* Statio. Cyprianus Epist. ad Donatum : *bibat licet gemmas* (malim *gemma* ex Marone *aut gemma bibat*) *et cum epulis marcidum corpus torus mollior alto sinu condiderit, vigilat tamen in pluma. Marcere vino* Livius 23, 45. ubi de Annibale hibernante Capuæ. V. Salmas. ad Flor. p. 89. *marcere Campana luxuria* Livius l. c. *animi marcentis oblectare torporem* Senec. de Benef. 4, 13. Vellei. 2, 84., *Vigebat in hac parte miles atque imperator, illa marcebant omnia,* ut recte etiam restitutum : ut mirer, hactenus legi patienter in plerisque editionibus, *illam arcebant omnia.* Idem 2, 119., *Exercitus omnium fortissimus marcore ducis, iniquitate fortunæ, circumventus. Marcidi vino,* Livio *semigraves* 25, 24. *Magna pars in turribus epulati, aut sopiti vino erant, aut semigraves potabant* etc. Apuleius lib. 1, p. 109., *Ad hæc ille marcidus et semi sopitus in alterum* (f. *alternum*) *latus revolutus :* Sic lege, non *evolatus.*

Aut cum ardente domo per noctem huc illuc cursaret. Conjiciebam : *cum madens vino per noctem.* Gron. Mullerus malit, *aurea in domo,* quæ sc. ita ampla, ut urbis instar haberet. c. 42 Cf. mox c. 52. Prodest etiam, quod sequitur *huc illuc,* quod ædibus aptius videtur, quam urbi. Sic placebat et Mureto, non probante Broterio, qui cum Huetio de incensa domo Neronis accipit. Sed conjuratos voluisse domum Neronis incendere, vix credam. Ern. Non video, cur non, qui tollere monstrum hominis parabant, domo ejus ignem injicere tentassent. Sic vanæ sunt doctorum conjecturæ, et sanus locus. Acid. *ardente* exponebat crebris luminibus et facibus illustri. Bip. placet conjectura Gron. quam emendant ita : *cum madens homo,* sic pro indignitate scil. collato 13, 25. Cum incendio, cujus ipse Nero exemplum dederat, bene convenit ista *huc illuc cursitatio.*

litudinis; ibi ipsa frequentia, tanti decoris testis, pulcherrimum animum exstimulaverant : nisi impunitatis cupido retinuisset, magnis semper conatibus adversa.

LI. Interim cunctantibus prolatantibusque spem ac metum, Epicharis quædam, incertum quonam modo sciscitata (neque illi ante ulla rerum honestarum cura fuerat) accendere et arguere conjuratos : ac postremo lentitudinis eorum pertæsa, et in Campania agens, primores classiariorum Misenensium labefacere, et conscientia illigare connixa est tali initio. Erat chiliarchus in ea classe Volusius Proculus, occidendæ matris Neronis inter ministros, non ex magnitudine sceleris provectus, ut rebatur. Is mulieri olim cognitus, seu recens orta amicitia, dum « merita erga Neronem sua, et quam in irritum cecidissent, » aperit, adjicitque questus et « destinationem vindictæ, si facultas orirctur, » spem dedit, posse impelli et plures conciliare. Nec leve auxilium in classe, crebras occasiones; quia Nero multo apud Puteolos et Misenum maris usu lætabatur. Ergo Epicharis plura : et omnia scelera principis orditur : « neque se

83. *Occidendæ matris Neronis.* Lege *Neroni* scil. *provectus.* — 84. *Crebras occasiones. Et crebras* cod. Agric. Bene. — 85. *Ergo Epicharis plura et omnia scelera principis orditur.* Forte *Ergo regerere Epicharis plura et in commune scelera prin-*

Spem ac metum. Nec male, *spe ac metu.* Lips. Probat Acidalius, conjiciens etiam *spem inter ac metum.* (*quod placet Heins.) Vulgatum interpretor conatum cum spe ac metu conjunctum. Vid. ad 14, 63. supra c. 42. *spes irrita* pro conatu irrito. Ern.

Quonam modo sciscitata. Id est, unde aut per quem odorata de conjuratione. Sperne Vertranii *suscitata.* Lips. Mox *accendere et arguere* est accendere arguendo, velut ignavos esse ac tardos etc. Post *labefacere* est avertere a fide in Neronem. Ern.

Erat chiliarchus. Ita libri. Vulgo *navarchus.* Bene chiliarchus, pro tribuno : sicut et centuriones reperies plus semel in classe. Lips. *Navarchus* etiam MSS. (Bud.) Guelf. et alii, at ed. pr. *chiliarchus*, et MSS. Reg. Corb. Ern.

Si facultas oriretur. MS. Guelf. *oraretur* a manu pr. ut sæpe in scriptis. Ceterum promptum esset conjicere *offerretur.* Ern.

Ergo Epicharis plura : et omnia.

jactare, quod inane esset; provisum, quonam modo pœnas eversæ reipublicæ daret: accingeretur modo navare operam et militum acerrimos ducere in partes, ac digna pretia exspectaret. » Nomina tamen conjuratorum reticuit. Unde Proculi indicium irritum fuit, quamvis ea,

cipis orditur. Neque senatui juris quid manere. Sic *regerere maledicta. regerere invidiam* noster H. 3, 78. ex MS. Med. *dum regerit invidiam, crimen meruit.* Sic et Quinctil. 11, 1. Glossæ Labbæi, *Regero, ἀντιφέρω.* Ἀντιφέρω, *oggero, regero.*

Pichena interpretatur, plura prompsit et conjurationem aperuit. Si Tacitus sic scripsit, vix alius sensus esse potest: nisi quod non de conjuratione capiam, quam sequentibus prodit. Sed sane nimis abrupta hæc oratio; unde plerisque corruptus locus videtur. Neque tamen adhuc satis commodam emendationem vidi. Sensus quidem hic desideratur: Ergo hoc initio oblato perficiendi consilium, accendere animum hominis tentans, addit dictis plura, quæ hanc vim habitura sperat, de injuria ei facta. Ern.

Neque senatui quid manere. Vatic. codicis scripturam (quæ et Flor. et Agr.) expressi. Nec dissentit Farnesianus, nisi quod refert, *quod manere.* (Sic et Bud.) Quis Castor aut Pollux liberat me ab hoc æstu? Forte, *neque se nautam quidem manere*, quasi attollens conjuratorum numerum splendoremque id dicat mulier; etiam ipso cessante, provisum viris melioribus quomodo nefarius ille pœnas daret. Lips. Non lubet conjecturas virorum doctorum adscribere. Adeo parum in iis opis ad locum sanandum, adeo longe a scriptura et sensu recedunt institutæ orationis. Ego conjeci Tacitum scripsisse *neque salvi quid manere.* Est conclusio orationis de scleribus principis et facinoribus: hinc commodus transitus ad *pœnas eversæ reipublicæ*: reipublicæ eversæ aptissimum *nihil salvi. Eversæ* bene e Flor. Pichena. Sic etiam MS. Guelf. ed. pr. omnesque ante Rhen. qui primus (e Bud.) *versæ* dedit: quod tamen etiam sic dicitur apud nostrum (3, 54.) probaturque Gronovio ad Senec. de Benef. 5, 16. Ern. Lall. supplet *potestatis* quid *ac dignitatis*, quod non plane spernendum. Hiller. Rac. 19. levi mutatione efficit: *ne senatum quidem manere* scil. in fide, quo sensu id verbi H. 1, 76. et passim. Sic fere jam Grotius, qui conjiciebat, *neque senatui fidem manere.* Bip. e lectione Puteolani, qui, cod. Genuensi usus, ita dedit: *neque senatui quod inane esset*, quod secuti Rhen. et Alciatus, ingeniose exsculpunt, quod vero perquam simile: *neque se jactare, quod inane esset.* Recipiendum puto; verum cum Rhen. tollendum, quod sequitur *sed*, ex posteriori syllaba vocis præcedentis ortum.

Navare operam. Sic habent MSS. Flor. (Bud.) Oxon. Guelf. et mox *ducere.* Recte. Nam sic *accingi* construitur. Unde bene receptum a Ryckio et J. Gronovio. Edd. antea omnes *navaret* ac *duceret.* Mox edd. ante Rhen. MS. Guelf. vitiose *multum* pro *militum.* Ern. Bud. *militum.*

quæ audierat, ad Neronem detulisset. Accita quippe Epicharis, et cum indice composita, nullis testibus innixum facile confutavit. Sed ipsa in custodia retenta est, suspectante Nerone, haud falsa esse, etiam quæ vera non probabantur.

LII. Conjuratis tamen, metu proditionis permotis, placitum maturare cædem apud Baias in villa Pisonis: cujus amœnitate captus Cæsar creber eo ventitabat, balneasque et epulas inibat, omissis excubiis et fortunæ suæ mole. Sed abnuit Piso, « invidiam » prætendens, « si sacra mensæ, diique hospitales cæde qualiscumque principis cruentarentur. Melius apud urbem, in illa invisa et spoliis civium exstructa domo, vel in publico patraturos, quod pro republica suscepissent. » Hæc in commune: ceterum timore occulto, ne L. Silanus, eximia nobilitate disciplinaque C. Cassii, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem sublatus, imperium invaderet, prompte daturis operam, qui a conjuratione integri essent, quique miserarentur Neronem, tanquam

Quæ vera n. probabantur. I. e. quorum veritas nondum, ob testium defectum, patebat. MSS. Reg. Guelf. *probantur*, solenni in libris Taciti aberratione, ut sæpe vidimus. Add. c. 59. Rectum etiam esset *probarentur*: sed *probabantur* (Bud. et) omnes edd. et a Tacito non abhorrens. Mox *permotis*, quod e Flor. addidit Pichena, etiam MS. Guelf. (Bud.) ed. pr. et vett. omnes. In recentioribus et Lipsianis excidit, casu, ut opinor. Idem pro *cujus amœnitate* legendum putat *quo*, *ejus amœn.* ex quo facile fieri potuit *quoius*, *cujus*. Heinsius autem *creber eo* ap. Ryckium, et in marg. Morell. Lipsius *crebro eo*. ERN. Hic Heinsium sequor cum Bip. Bud. pro *placitum* habet *placuit*. et mox *balnea*.

Fortunæ suæ mole. Intelligi posse putavi, nixus vel fretus. Ac veritus sum, ne tale verbum exciderit: esset enim durior ellipsis: Sed pendet ab *omissis*, et intelligendum est, *et fortunæ suæ mole omissa*, i. e. apparatu solito, comitatu etc. Sic ὄγκος dicitur Græcis. Josephus 18, 6, 9. ὄγκον πραγμάτων de imperio. ERN.

Ne L. Silanus. De quo inferius 16, 7. sq. LIPS. Augusti abnepos, filius ejus, de quo 13, 1.

A conjuratione integri. MS. Bud.

per scelus interfectum. Plerique, « Vestini quoque consulis acre ingenium vitavisse Pisonem » crediderunt, « ne ad libertatem moveretur, vel, delecto imperatore alio, sui muneris rempublicam faceret. » Etenim expers conjurationis erat : quamvis super eo crimine Nero vetus adversus insontem odium expleverit.

LIII. Tandem statuere, circensium ludorum die, qui Cereri celebratur, exsequi destinata : quia Cæsar, rarus

86. *Ne a libertate eo moveretur.* Med. *ne ad libertatem moveretur. Ne ad libertatem moraretur* cod. Agr. Puto, *ne ad libertatem hortaretur,* vel *ad libertatem ferretur,* vel *ab eo iretur :* et hoc videtur vero non alienum. — 87. *Qui Cereri celebratur. Celebrantur* cod. Agric. cum Acidalio.

conjurationem : unde Rhenanus corrigebat *conjuratione*, quod est in ed. pr. aut *conjurationis*. Ceteri libri in vulgato consentiunt, quod verum puto. Ern. Verba Rhenani male cepit Gron. Rhen. scil. refert, in Bud. esse *conjuration integri*, quod legendum *conjuratione* aut *conjurationis integri*. Ipse tamen servat vulg. cum præpositione, quæ omissa in Bud.

Ne a libertate moveretur. Vatic. *ne ad libertatem moraretur.* Ducit me sententia, ut legam, *ne aut libertatem moliretur.* Duplex videlicet a Vestino metus : ne aut homo acer ad libertatem populum vocaret : aut alium a Pisone principem diligeret. Lips. Videndum an fuerit : *ne a libertate moneretur.* Justinus 2, 9., *Hujus virtute cum admonita civitas libertatis esset.* Gron. Lectio Vatic. cod. est etiam in libro Agric. ed. pr. unde Brot. recepit *ad libertatem.* Vulgata est in MSS. Flor. (Bud.) Guelf. et in edd. inde a Puteol. omnibus : eamque veram puto. *Libertate moveri* dicitur, qui dulcedine ejus captus, ejus maxime rationem habet : ut *pecunia moveri* amantes pecuniæ, qui ejus spem in omnibus sequuntur. Si *a* displiceat, possis corrigere *aut*, præsertim cum libri quidam habeant *ad*. Ern. Pichenam si audias, cod. Flor. habet *ne ad libertate moreretur*, unde bene ex ipsius et Mureti et aliorum sententia : *ne ad libertatem* populo rom. restituendam *moveretur*. Gruterus malebat *Libertate* scil. Dea. Ceterum quoad sensum non differt lectio, quam probat Ernesti et sequitur Lall.

Die, qui Cereri celebratur. Qui dies pridie Idus Apriles, ita notatus kalendario veteri : LVDI. CERERI. et biduo ante LVDI IN CIRCO. Infra noster : *utque circensium Cerealium ludicrum, pluribus equorum cursibus celebraretur.* Dio 47, 40. inter prodigia refert, quod *Ædiles Cereri, loco circensium et equestrium ludorum, gladiatorios exhibuerint.* Ovidium adde Fast. 4, 389. sq. et numum veterem : MEMMIVS ÆD. CERIALIA PRIMVS FECIT. Quod Cæsaris et Tulli ævo factum. Vide Politianum Miscell. c. 85. Lips. MS. Guelf. ed. pr. *diem*, male. Broterius bene, ut opinor, e kalendariis antiquis docet

egressu, domoque aut hortis clausus, ad ludicra circi ventitabat, promptioresque aditus erant lætitia spectaculi. Ordinem insidiis composuerant, « ut Lateranus, quasi subsidium rei familiari oraret, deprecabundus et genibus principis accidens, prosterneret incautum premeretque, animi validus et corpore ingens. Tum jacentem et impeditum tribuni et centuriones et ceterorum, ut quisque audentiæ habuisset, accurrerent trucidarentque : » primas sibi partes expostulante Scevino, qui pugionem templo Salutis (in Etruria), sive, ut alii tradi-

88. *Promptioresque aditus erant.* Forte, *promptiorisque aditus erat.* — 89. *Animi validus.* An *manu?* ut *valida lacerare manu* apud Maronem 12, 98. — 90. *Et ceterorum ut quisque audentiæ. Ut quisque audaciæ* cod. Agr. forte, *ut quisque audacior habitus esset.*

diem XIX. Apr. intelligendum, s. XIII Kal. Maii. *Domoque* etiam ed. pr. ut Fl. MS. Ern. Bud. *domo.* De numo v. Eckhel. in Doctr. NN. vett. vol. 5, p. 252.

Genibus pr. accidens. Sic bene Rhen. (ex ingenio). Edd. superiores omnes, MS. Guelf. (et Bud.) *accedens.* Mox *ingens*, quod idem (e Bud.) dedit, MS. Guelf. ed. pr. ceteræ ante Rhen. *vigens.* Ern. *Corpore ingens*, ut H. 1, 53. Bip. magis placet *vigens.*

Ut quisque audentiæ. Lectio a Vatic. est. Farnes. *audaciæ habuisset.* Corrupte triti libri, *audivisset.* Lips. *Audentiæ* etiam ed. pr. MS. Guelf. *audaciæ*, et edd. ante Rhen. qui induxit, nescio quare, *audivisset*, (ego scio, e Bud.) quod servatum est ad Lipsium usque. Ern.

Templo Salutis in Etruria. Quantum intelligere potui, sic plerique capiunt, ut templo, sive Salutis, sive Fortunæ fuerit in Ferentano oppido Etruriæ : unde Cluverius corrigit *Ferentino*, ut est ap. Sueton. Oth. 1. quod probabat Ryckius : recepit Broterius. Omninoque nullos *Ferentanos* agnoscit J. F. Gron. ad Liv. 9, 15. etsi Strabo l. 5, p. 226. diserte Φερεντανὸν Etruriæ memorat. Sed dubium esse potest, an *in Etruria* etiam ad oppidum Ferentanum referendum sit. Saltem modus loquendi vix pati videtur. Dixisset opinor : *templo Salutis, s. u. a. t. Fortunæ, Ferentano in Etruria oppido.* Si porro *in Etruria* proprie ad Salutis templum refertur, ut videtur voluisse Heinsius, qui in margine Morell. verbis *Ferent. in oppido* adscripsit *in Sabinis :* nimis indefinite locus templi et contra consuetudinem accurate scribentium indicatur. Itaque putem, *in Etruria* esse e nota addita verbis *Ferent. in oppido*, qualis illa Heinsiana, quæ postea in textum irrepsit. Atque sic definitio illa loci Ferentano in oppido erit communis utrique, aut templum Salutis romanum intelligere-

dere, Fortunæ Ferentino in oppido, detraxerat, gestabatque velut magno operi sacrum. « Interim Piso apud ædem Cereris opperiretur, unde eum præfectus Fenius et ceteri accitum ferrent in castra, comitante Antonia, Claudii Cæsaris filia, ad eliciendum vulgi favorem : » quod C. Plinius memorat. Nobis quoquo modo traditum non occultare in animo fuit, quamvis absurdum videre-

91. *Gestabatque velut magno operi sacrum. Gestabatque* mendosum. Forte *ostentabatque.*

tur, quod in monte Quirinali fuit votum a Junio Bubulco et pictum a Q. Fabio. Id templum Salutis simpliciter centies apud veteres dicitur, ut apud Obsequentem c. 71, 103. Sed illud verius. Nam c. 55. inducitur ipse Scevinus dicens, pugionem illum olim regione patria cultum fuisse. Ern. Uncinis includenda *in Etruria*, quippe e marg. intrusa. *Ferentino* rectius dici videtur. Ap. Strabonem quoque Φερεντινόν. In fine pro *regione patria* legendum *religione patria.*

Detraxerat. Ut donaria in templis, cum consecrantur, *reponi*, sic, cum auferuntur, *detrahi* proprie dicuntur. Sic plane, ut apud nostrum, *gladius delubro detractus* ap. Suet. Vit. 8. *Detracta templis dona* Ner. 32. Detrahi etiam clypei, imagines dicuntur suspensæ in templis, aut curiis etc. Ern.

Gestabatque velut. Gestabatne pugionem? non is mos Romæ, et per hanc vanitatem homo se palam retexisset. Aliud omnino verbi fuisse suspicor : *servabatque*, *jactabatque*, aut tale. Lips. *Jactabat* placet Heinsio. Ern. Bip. reddunt, amabat, maxime colebat.

Magni operis sacrum. Pichena ex Flor. colligit, *magno operi.* Neque ego olim male, *magnis operis*, multitudinis numero. Lips. Vulgatum tamen græcismo posset defendi. Apollonius Rhodius 2, 688., Εἰ δ' ἄγε δὴ νῆσον μὲν ἐάσομεν Ἀπόλλωνος· τὴν δ' ἱερὴν κλείωμεν. Strabo l. 14, p. 682. Εἶτ' ἄκρα Πηδάλιον, εἰς τὴν ὑπέρκεινται λόφος τραχὺς, ὑψηλὸς, τραπεζοειδὴς, ἱερὸς Ἀφροδίτης. Lucianus Hermotimo 40. Κάλπις ἀργυρᾶ πρόκειται ἱερὰ τοῦ Θεοῦ. Nam *magnis operis* omnino male. Plinius 11, 37. (63.) *Lupi dexter caninus in magnis habetur operibus.* Gron. MS. (Bud.) Guelf. *magni operis.* sic edd. ante Pich. præter pr. quæ habet *magnoperis*, ut in cod. Agr. quod idem est cum Flor. *magno operis.* Ceterum genitivus non male defenditur a Gronovio. Sic dixit ipse Cicero Verr. 1, 18. *insula horum deorum sacra putatur*, et similiter alii. Ern. Pro *magni operis* Bip. vellent *magnopere.*

Quamvis absurdum videretur et inane, aut ipsi Antonium nomen et periculum commodavisse. Rodolphus peracute : *aut inani spei Antoniam.* Hi tales homines, si ad criticam serio se dedissent, quid non pervidissent? Et tamen nos Pelei placemus nobis in hac machæra. Lips. Quod nunc est

tur, aut inanem ad spem Antoniam nomen et periculum commodavisse, aut Pisonem, notum amore uxoris, alii matrimonio se obstrinxisse : nisi si cupido dominandi cunctis adfectibus flagrantior est.

LIV. Sed mirum, quam inter diversi generis, ordinis, ætatis, sexus, dites, pauperes taciturnitate omnia cohibita sint; donec proditio cœpit e domo Scevini: qui pridie insidiarum multo sermone cum Antonio Natale, dein regressus domum, testamentum obsignavit; promptum vagina pugionem, de quo supra retuli, « vetustate obtusum » increpans, « asperari saxo et in mucronem ardescere » jussit, eamque curam liberto Milicho man-

92. *Aut inanem ad spem Antoniam. Aut inani spei Ant.* cod. Agric. quod Lipsius laudat, ut conjecturam Agricolæ. Med. *aut inane aut spem.* Forte *aut inania ad spei.* Sic alibi, *inania belli, honoris, famæ.* — 93. *Multo sermone.* Puto, *usus multo sermone.*

in textu, debetur Pichenæ, qui sic correxit e Flor. lectione *aut inane aut spem*, quæ est etiam in ed. pr. Prius *aut* etiam est in MS. Guelf. Quod Agricolæ tribuit Lipsius pro conjectura, est in MS. Agr. unde Ryckius in textum recepit : quem sequerer, si istius codicis idonea auctoritas esset. Ern. V. et notata ad c. 55. ubi quid simile. In cod. Agr. ubi *aut spem*, in marg. additur a 1. m. *at ad*, quo indicatur, alia exempla habere *inane ad spem;* inde conjectura Pichenæ, teste Gron. Bud. *aut ipse.*

Sed mirum, quam inter diversi generis, ordinis, ætatis, sexus, taciturnitate omnia cohibita. Certe mirum, in lubrico et præpeti hoc sermonis. Simile plane, quod Claudianus miratur, conspiratione militari in Ruffinum 2, 283.... *nec quisquam tanta de plebe repertus, Proderet incautis qui corda minantia verbis. Quæ non posteritas, quæ non mirabitur ætas, Tanti consilium vulgi potuisse taceri, Aut facinus tam grande tegi?* Et plura, quæ addit. Lips. *Dites* Rhen. e Bud. prius *divites.* Cf. H. 2, 56.

Donec proditio cœpit. Plutarchus de Garrul. 9. longe aliter elatam et apertam narrat conjurationem. Sed ne tibi imponat, non istam. Duplex enim in Neronem conjuratio, Pisoniana et Viniciana, ut auctor Sueton. 36. Ad Vinicianam ergo refer illa Plutarchi. Lips. Plutarchum quoque de Pisoniana loqui, docet Ryckius ex eo, quod Viniciana Beneventi conflata et detecta, auctore Suet. Ner. 30. Apud Plutarchum autem Romæ mentio. Ern.

Et in mucronem ardescere jussit. Lucanus 7, 139. *nisi cotibus asper exarsit mucro.* Forte tamen Corne-

davit. Simul adfluentius solito convivium initum : servorum carissimi libertate et alii pecunia donati. Atque ipse mæstus et magnæ cogitationis manifestus erat, quamvis lætitiam vagis sermonibus simularet. Postremo « vulneribus ligamenta, quibusque sistitur sanguis, parare » eundem Milichum monet; sive gnarum conjurationis et illuc usque fidum, seu nescium et tunc primum adreptis suspicionibus, ut plerique tradidere de consequentibus. Nam, cum secum servilis animus præmia perfidiæ reputavit, simulque immensa pecunia et potentia obversabantur, cessit fas et salus patroni et acceptæ libertatis memoria. Etenim uxoris quoque consilium adsumpserat, muliebre ac deterius. Quippe ultro metum

94. *Parare eundem Milichum monet.* Locus mire corruptus. Puto *paret exhibeatque.* — 95. *Ut plerique tradidere de consequentibus. De consequentibus* videtur delendum, ut glossa. Aliter Grotius. — 96. *Nam cum secum.* Elegantius sit, *Namque ut secum.*

lius : *et mucrone ardescere jussit.* Gron. *In mucronem* Tacito dignius puto. J. Gronovius comparabat e c. 63. *membris in eum pallorem albentibus.* H. 1, 43. *in cædem ardere.* Et ea lectio est in MS. Flor. (Agr. et) ed. pr. Ceteri scripti et edd. usque ad Bernecc. sine præpositione. Ern. Sic Bud.

Magnæ cogitationis manifestus. Seneca in Controv. 2, 5, (13.) *Tyrannus suspicatus est, sive isti aliquid excidit, sive magna consilia non bene vultus tegit.* Lips.

Vagis sermonibus. Cod. Agr. *variis.* Sed *vagi sermones* et ap. Claudian. in Probi et Ol. Cons. 1, 31. et *vagus rumor*, H. 3, 25.

Parare eundem Milichum. Sententia apta est : tamen libri illud verbi redarguunt : quorum partim *sartiebat eundem ;* alii, *partiebatque ;* nonnulli *partiebatur.* Quid veri, quæro. Lips. Primum est MS. Bud. alterum Flor. et Guelf. tertium ed. pr. *Parare* Puteol. edidit, nescio an e MS. Ern. Forsan e cod. Genuensi. Hiller. Rac. 34. conjicit *ligamenta... sarcire.*

Et illuc usque fidum. Sic MSS. Flor. (Bud.) Guelf. edd. ante Rhen. omnes : in hujus ed. primum comparet *hucusque*, quod vitio operarum invectum puto. Sed id tenuere omnes usque ad J. Gronov. Ern.

De consequentibus. Grotius conjiciebat *conscientibus.* Male. Tradere est historicorum. Intelligo de scriptoribus, qui post illa tempora vixere ac scripsere. Sic Cicero dixit *consequens* et *posterum tempus* synonymice. Ern. Brot. explicat de istorum mandatorum consequentiis. Heins. pro glossa habet.

intentabat, « multosque adstitisse libertos ac servos, qui eadem viderint : nihil profuturum unius silentium : at præmia penes unum fore, qui indicio prævenisset. »

LV. Igitur, cœpta luce, Milichus in hortos Servilianos pergit : et, cum foribus arceretur, « magna et atrocia adferre » dictitans, deductusque ab janitoribus ad libertum Neronis, Epaphroditum, mox ab eo ad Neronem, « urgens periculum, graves conjurationes, » et cetera, quæ audierat conjectaveratque, docet. Telum quoque in necem ejus paratum ostendit, accirique reum jussit. Is raptus per milites et defensionem orsus, « ferrum, cujus argueretur, olim religione patria cultum, et in cubiculo habitum ac fraude liberti subreptum, » respondit. « Tabulas testamenti sæpius a se, et incustodita dierum observatione, signatas. Pecunias et libertates servis et ante dono datas, sed ideo tunc largius, quia, tenui jam re familiari et instantibus creditoribus, testamento diffideret. Enimvero liberales semper epulas struxisse et vitam amœniam et duris judicibus parum probatam. Fomenta vulneribus nulla jussu suo, sed, quia cetera palam vana objecisset, adjungere crimen, ut sese

97. *Qui eadem viderint.* An *audierint?* — 98. *Graves conjurationes. Conjuratos* Med. et Agric. Lege *graves conjuratus.* Rara vox, sed proba. Cui similes Gronovius collegit in Observationibus. — 99. *Struxisse et vitam amœnam. Struxisse, egisse enim vitam* cod. Agr. Latet aliquid. Lege, *ut vitæ amœnum.* — 100. *Adjungere crimen.* Malo *id jungere*, vel *adjungere id crimen, cui.*

In hortos Servilianos. Cf. H. 3, 38. Suet. 47.

Epaphroditum. Qui a libellis fuit. de quo Suetonius Neron. 49. Et Domit. 14. Est ille ipse, cui nobilis servus Epictetus fuit. Suidas et Arrianus 1, 1. Lips.

Adjungere crimen visum se.... facere. Non erat hoc crimen, fomenta parasse; sed conjurasse. Itaque legam, *crimini, cujus se pariter indicem et testem faceret.* Et vero libri etiam quidam, *faceret*, præferunt. Lips. Mihi sedet, Acidalium rem acu tetigisse : *adjungere crimen, cujus.* i. adjicere hanc quoque calumniam, quam et deferat ipse, et sibi tanquam testi credi velit. Gron. Lectio, quæ

pariter indicem et testem faceret. » Adjicit dictis constantiam. Incusat ultro « intestabilem et consceleratum, » tanta vocis ac vultus securitate, ut labaret indicium, nisi Milichum uxor admonuisset, « Antonium Natalem multa cum Scevino ac secreto collocutum, et esse utrosque C. Pisonis intimos. »

LVI. Ergo accitur Natalis : et diversi interrogantur, « quisnam is sermo, qua de re fuisset? » cum exorta suspicio, quia non congruentia responderant : inditaque vincla. Et tormentorum adspectum ac minas non tulere. Prior tamen Natalis, totius conspirationis magis gnarus, simul arguendi peritior, « de Pisone » primum fatetur. Deinde adjicit « Annæum Senecam, » sive internuntius inter eum Pisonemque fuit, sive ut Neronis gra-

101. *Cum exorta suspicio.* Forte, *cum, exorta suspicione, quia non congruentia responderant, indita utrique vincula.* — 102. *Sive internuntius fuit.* Cod. Agr. *Sive quia intern.... fuerit.*

in textu hodie est, inducta est a Pichena, ut consentanea scripturæ MS. Flor. eademque est in MS. Agr. (nec ex ingenio Agr. ut Pich. putabat.) ante jam prolata et probata a Modio ep. 15. At MS. Flor. Jac. Gron. contendit, potius Acidalii conjecturæ favere. Est in codice *l; sisse.* Ex quo ego neque *ut sese* neque *cujus se* eruam. Est enim *lusisse* : unde quidam liber Gronovio citatus etiam habuit *jussisse.* MS. Guelf. edd. a Puteol. omnes usque ad Pichenam *visum : se... facere.* MS. Bud. *vixisse.* ed. pr. *dixisse. Pariter... faceret.* Ern. Ex lectione Bud. *vixisse* Rhenanus conjiciebat leg. *nixum se p. ind. et t. f.*

Ac secreto collocutum. Farnes. *secreta,* et ad oram. *Seneca.* Non probo. Statim e libris edidi : *An cuncta jam patefacta credens.* non ut (et in Bud.) obtinuerat, *ante.* Notum et creberrimum Tacito dicendi genus. Lips. *Secreta* etiam MSS. Flor. (Bud.) Guelf. ed. pr. quod recepit Broterius. Ern.

Ergo accitur Natalis. Sic MSS. Flor. Guelf. Agr. edd. ante Rhenanum omnes, qui (e Bud.) edidit *accitus.* Vetus cum Ryckio restituimus. Ern.

Cum exorta susp. Bud. *tum.* Mox c. Agr. *Sed torm. adsp.*

Conjurationis. Sic Lipsius. At Flor. Bud. et edd. vet. *conspirationis.* Dein Bud. male *magis ignarus.* Pro *peritior* Faernus dabat *paratior,* sed simul mutat *arguendi* in *arguenti.* Pricæus in *urgenti,* scil. Neroni. Bip. legunt *arguendi promptior.* Lall. *apertior,* quod placet, quippe proxime

tiam pararet, qui infensus Senecæ, omnes ad eum opprimendum artes conquirebat. Tum, cognito Natalis indicio, Scevinus quoque, pari imbecillitate, an cuncta jam patefacta credens nec ullum silentii emolumentum, edidit ceteros. Ex quibus Lucanus Quinctianusque et Senecio diu abnuere. Post, promissa impunitate corrupti, quo tarditatem excusarent, Lucanus « Atillam matrem suam, » Quinctianus « Glitium Gallum, » Senecio « Annium Pollionem, » amicorum præcipuos, nominavere.

LVII. Atque interim Nero recordatus, Volusii Proculi indicio Epicharin adtineri, ratusque muliebre corpus impar dolori, « tormentis dilacerari » jubet. At illam non verbera, non ignes, non ira eo acrius torquentium, ne a femina spernerentur, pervicere, quin objecta denegaret. Sic primus quæstionis dies contemptus. Postero, cum ad eosdem cruciatus retraheretur gestamine sellæ, (nam dissolutis membris insistere nequibat) vinclo fasciæ, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellæ restricto, indidit cervicem, et, corporis pondere connisa, tenuem jam spiritum expressit : clariore exemplo libertina mulier, in tanta necessitate, alienos ac prope ignotos protegendo, cum ingenui et viri et equites romani senatoresque, intacti tormentis, carissima

ad vulg. accedens. Sic Cic. pro Mur. 25. *ut semper fuit apertissimus.*

Quinctianus. Bud. *Quintilianus.*

Glitium Gallum. Ita scribendum nomen, non *Glicium.* Frequens in lapidibus *Glitiorum* mentio. V. Grut. in ind. Sed *Glitii* quoque *Galli* epitaphium, ante duo sæcula Veiis repertum, exhibet Nardinus in Veiis ant. 2, 2. Cf. thes. Ital. ant. t. 8. parte 3, p. 56.

Gestamine sellæ. Eadem sævitia est, quam tangit Ammianus 29, 2., *Promiscue juvenes aliique, membris omnibus capti, ad supplicia sellis gestatoriis ducebantur.* Lips. De fascia pectorali mulierum, quæ et *strophium* dicitur, v. quos citavi in Clav. Cicer. in *strophium.* Ern. Cf. Non. Marc. 14, 8.

Connisa. Bud. *connixa.*

Senatoresque intacti tormentis. Ita

suorum quisque pignorum proderent. Non enim omittebant Lucanus quoque et Senecio et Quinctianus passim conscios edere, magis magisque pavido Nerone, quamquam multiplicatis excubiis semet sepsisset.

LVIII. Quin et urbem, per manipulos occupatis mœnibus, insesso etiam mari et amne, velut in custodiam dedit. Volitabantque per fora, per domos, rura quoque et proxima municipiorum, pedites equitesque, permixti Germanis, quibus fidebat princeps, quasi externis. Continua hinc et juncta agmina trahi ac foribus hortorum adjacere. Atque, ubi dicendam ad caussam introissent, « lætatum erga conjuratos, sed fortuitus sermo et subiti occursus, si convivium, si spectaculum simul inissent, » pro crimine accipi : cum, super Neronis ac Tigellini sævas percunctationes, Fenius quoque Rufus violenter urgeret, nondum ab indicibus nomina-

Farnes. optime. Vatic. *intactis*. litera una redundante. Ex quo fonte vulgatus error, *in tantis*. Res clara. Insigni laude, ait, dignanda libertina mulier, quæ toties pressa constanter indicare abnuerit ignotos : cum viri et senatores etiam proxima pignora sua proderent sine tormentis. Lips. *Intacti* placuerat ante Faerno, Agr. *Intactis* etiam MS. Flor. ed. pr. At MS. (Bud.) Guelf. *in tantis* vitiose, ut omnes edd. a Puteol. usque ad Lipsium. Ern.

Carissima suorum quisque pignorum proderent. Sic recte MSS. Fl. Guelf. edd. ante Rhen. omnes : qui (e Bud.) dedit *carissima quoque s. p.* Vetus restituit Pichena. Ern. In Bud. legitur *pignora*.

Lætatum erga conjuratos. Arrisisse aliquando quacumque occasione cuiquam e conjuratis; frontem exporrexisse, et vultum hilariorem finxisse ad adventum, aspectum, obitum, occursum, alloquium, dictum, gestum motumve alicujus. Nihil hic suspectum. Gron. *Lætatum* MS. Guelf. ed. pr. In ed. Put. est *latatum*, vitio operarum ; sed id servatum usque ad Rhenanum, qui *lætatum* (e Bud.) restituit. Verum post dedi *sed fortuitus sermo*, ut est in MS. Guelf. et aliis ap. Broterium edd. pr. Puteol. Ap. Beroaldum vitio operarum irrepsit *si* (nam alioqui sequitur Puteolanum), quod temere propagatum est. Sensus est, non modo, lætatum esse erga conjuratos, crimen erat, sed etiam cum iis forte collocutum etc. Variat deinde orationem et pergit, *si convivium* etc. *Non modo* omitti ante *sed*, supra jam vidimus, estque non rarum in Tacito. Ern. *Si fort. sermo* est et in Bud. et bo-

tus, sed, quo fidem inscitiæ pararet, atrox adversus socios. Idem Subrio Flavio adsistenti adnuentique, an inter ipsam cognitionem destringeret gladium, cædemque patraret, renuit infregitque impetum jam manum ad capulum referentis.

LIX. Fuere, qui prodita conjuratione, dum auditur Milichus, dum dubitat Scevinus, hortarentur Pisonem, «pergere in castra, aut rostra escendere, studiaque militum et populi tentare, si conatibus ejus conscii adgregarentur, secuturos etiam integros : magnamque motæ rei famam, quæ plurimum in novis consiliis valeret. Nihil adversum hoc Neroni provisum. Etiam fortes viros subitis terreri; nedum ille scenicus, Tigellino scilicet cum pellicibus suis comitante, arma contra cieret. Multa experiendo confieri, quæ segnibus

103. *Assistenti annuentique. Innuentique* cod. Agric. Deinde malo *jamjam manum ad capulum.* — 104. *Multa experiendo confieri. Expediendo* voluerat Tacitus. *alimenta arcu expedire* Ann. 6, 43. *expedire consilia* H. 2, 52. et 3, 73. vide Acidalium ad H. 2, 99. *dona expediri jubet* H. 4, 83.

num sensum exhibet. Præstat tamen *sed*. Bip. mallent *et*. parum refert.

Sed quo fidem. Acid. et Freinshem. mallent *et q. f.* Mox Bud. *stringeret*.

Retinuit, infregitque. Faernus dudum *renuit* legebat, probaturque a quibusdam libris, et rectum est. Annuerat Flavius, iste renuit. Lips. *Renuit* MSS. Flor. et alii, ed. pr. (At Bud. *retinuit infregit imp*. Sed *renuit* probat etiam Pricæus ad Apul. Met. 6, p. 300. Pichena putat, scriptum fuisse *rennuit* indeque ortum *retinuit*.) Paullo ante Ryckius e MS. Agr. dedit *innuenti*, ut placuerat Acidalio. At etiam *annuere* pro *innuere* dicitur, ut ap. Cicer. pro Quint. c. 5. *Simulatque sibi hic annuisset, numeraturum se dicebat*, ut omnes scripti; sed et ibi contra libros Lambinus edidit *innuisset*: male, ut judicant Gruterus et Passeratius. Reperit tamen Broterius *innuentique* et in tribus aliis MSS. Ern. Bud. *annuenti*.

Rostra escendere. Libri scripti. Lips. Vulgo ante *conscendere*. Ern. Sic Bud.

Multa confieri. Sic bene e Flor. (et ed. Ven.) Pichena pro *fieri*; quod est in omnibus aliis. Mox MS. Guelf. *consociorum* male. V. ad 4, 33. Verbo *corporibus* respicitur ad tormenta, quæ pauca corpora perferre ac vincere possunt. Post *cruciatu* pro dativo accipiendum. Atque etiam ed. pr. *cruciatui*, sicut

ardua videantur. Frustra silentium et fidem in tot consciorum animis et corporibus sperari. Cruciatu aut præmio cuncta pervia esse. Venturos, qui ipsum quoque vincirent, postremo indigna nece adficerent. Quanto laudabilius periturum, dum amplectitur rempublicam, dum auxilia libertati invocat. Miles potius deesset et plebes desereret; dum ipse majoribus, dum posteris, si vita præriperetur, mortem adprobaret? » Immotus his et paullulum in publico versatus, post domi secretus, animum adversum suprema firmabat, donec manus militum adveniret, quos Nero tirones aut stipendiis recentes delegerat. Nam vetus miles timebatur, tanquam favore imbutus. Obiit, abruptis brachiorum venis. Testamentum fœdis adversus Neronem adulationibus amori uxoris dedit: quam degenerem, et sola corporis forma commendatam, amici matrimonio abstulerat. Nomen mulieris Arria Galla; priori marito, Domitius

105. *Animis et corporibus sperari.* Puto *in tot consciorum animis et terroribus sperari.* H. 2, 13., *Nec ullis terroribus, aut morte constantiam vocis egregiæ mutavit,* ubi alii *tortoribus.* — 106. *Nomen mulieri Arriæ Galla.* Lege *Arriæ Gallæ et Domitio Silio.* Vid. Ann. 5, 1.

cod. Reg. Ern. Bud. *consciorum..... cruciatu.*

Miles potius deesset. Delevi *dum* et punctum feci, ut Acidalius volebat, quia non modo sic MS. Flor. sed etiam (Bud.) in quo male manus sec. supra adscripsit *dum.* Atque ita plane sensus desiderat. Melius esse deseri a milite et plebe, et reip. caussa mori cum gloria. Mox *immotus his* e MS. Guelf. ed. pr. dedi pro *iis.* Illa est Corneliana formula. Ern. Bud. *inmotus his.* Sic solet iste codex. Mox habet *quis Nero,* puto *quis* pro *quibus.* Sed bene vulg.

Animum firmabat. Sic recte MS. Flor. edd. vett. ante Rhen. (qui [e Bud.] dedit *firmat,* quod est etiam in Guelf. cf. c. 51. extr.) sequitur enim *adveniret :* pro quo rectius esset *advenit.* Restituit Pichena. Contra bene mox Rhen. (ex ingenio) edidit *tanquam.* Edd. superiores omnes et MS. Guelf. (et Bud.) *quamquam.* Ern.

Recens stipendiis. Heins. malebat *stipendii,* ut 4, 52. *recens præturæ,* sed et illud ex ipsius ingenio. Cf. notata ad 1, 41.

Nomen mulieris. Sic omnes scr.

Silus: hic patientia, illa impudicitia, Pisonis infamiam propagavere.

LX. Proximam necem Plautii Laterani, consulis designati, Nero adjungit, adeo propere, ut non complecti liberos, non illud breve mortis arbitrium permitteret. Raptus in locum servilibus pœnis sepositum, manu Statii, tribuni, trucidatur, plenus constantis silentii, nec

et edd. non *mulieri*, ut Acidalio placebat. *Atria* MS. (Bud.) Guelf. ed. pr. Puteol. *Arria* ed. Beroald. seqq. omnes, nescio, an e libris scr. Etiam *Atrii* et *Atriæ* reperiuntur. *Silius* Rhen. (e Bud.) sqq. MSS. Guelf. at MS. Flor. *Silus*, ed. pr. *Sillus*. Edd. ante Rhen. *filius*, male. De cognomine *Silus* v. Drakenb. ad Liv. 32, 28. Ern.

Breve mortis arbitrium. Profecto breve. Nam Nero *mori jussis non amplius quam horarium spatium dabat.* Lips.

Servilibus pœnis sepositum. Disce ergo clare, lector, locum certum fuisse in pœnam servorum viliumque capitum. Quem illum? *Sestertium*, ut opinor. Ita enim locus, non Romæ, sed extra urbem, ubi cruces, patibula defixa, cadavera abjecta, aliaque quæ ad supplicia plebis. Plutarchus in Galba 28. Τὸν δὲ Γάλβα τοῖς Πατροβίου καὶ Οὐιτελλίου δούλοις ἐφάρησαντο. Λαβόντες δὲ ἐκεῖνοι, καὶ πάντα τρόπον αἰκισάμενοι καὶ καθυβρίσαντες, ἔβριψαν ἧ τοὺς ἀπὸ τῶν Καισάρων κολαζομένους θανατοῦσιν. Ὁ δὲ τόπος Σηστέρτιον καλεῖται. Extra urbem, dico, is locus (errant qui de gemoniis suspicantur) vel nominis argumento. Sic enim dictus, quia semitertio ab urbe milliari. Ea quidem ratio appellandi recepta Romanis. Ita *Septimum* palatium sub urbe, Justiniani, l. 34. C. De donation. *Decimum*, suburbanum Carthaginis Procopio, (* de bello Vand. 1, 18.) *Septimum*, Hostiense, Symmachi villa, ep. 6, 8. *Quartum* Latinæ, apud eundem 9, 64. *Quartum* Pollionis, ap. Martialem 3, 20. Credo, fuisse extra portam Esquilinam: et odorari videor corruptionem ejus verbi in commentatore Horatii, uti Cruquius, sedulæ industriæ interpres, eum edidit ad Epod. 5. *Esquilinus mons Romæ ex septem montibus. Hinc Esquilina porta Romæ dicitur, ad sessorium, ubi certus erat locus sepulchrorum ad corpora pauperum aut sceleratorum viliumque comburenda, aut canibus projicienda.* Legerim *ad sestertium*. Sicut in vita Cypriani: *Cum venisset ad eum locum, qui dicitur Sextus, quarto ab urbe milliari.* emendatum ab aliis recte, *sextertius*. Lips.

Plenus constantis silentii. Egregii viri mortem plenius Arrianus descripsit 1, 1., Λατερανός τις ἐν Ῥώμῃ κελευσθεὶς ὑπὸ τοῦ Νέρωνος ἀποκεφαλισθῆναι, ἐκτείνας τράχηλον, καὶ πλαγὰς, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν πλαγὰν ἀσθενῆ γενομένην ἐπ' ὀλίγον συνελκυσθεὶς, πάλιν ἐξέτεινεν. Ἀλλὰ καὶ ὅτι πρότερον, προσελθόντι Ἐπαφροδίτῳ τῷ ἀπελευθέρῳ τοῦ Νέρωνος, καὶ ἀνακρίναντι αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ συγκρουσθῆναι, Ἄν τι θέλω, φησὶν, ἐρῶ σοι τῷ

tribuno objiciens eandem conscientiam. Sequitur cædes Annæi Senecæ, lætissima principi, non quia conjurationis manifestum compererat, sed ut ferro grassaretur, quando venenum non processerat. Solus quippe Natalis et hactenus prompsit : « missum se ad ægrotum Senecam, uti viseret conquerereturque, cur Pisonem aditu arceret? melius fore, si amicitiam familiari congressu exercuissent. » Et respondisse Senecam : « sermones mutuos et crebra colloquia neutri conducere : ceterum salutem suam incolumitate Pisonis inniti. » Hæc ferre Cranius Silvanus, tribunus prætoriæ cohortis, et, « an dicta Natalis suaque responsa nosceret, » percunctari Senecam jubetur. Is, forte, an prudens, ad eum diem ex Campania remeaverat, quartumque apud lapidem, suburbano rure, substiterat. Illo propinqua vespera tribunus venit et villam globis militum sepsit. Tum

107. *Tribunus cohortis. Tribunus prætoriæ cohortis* cod. Agr.

κυρίῳ. O excelsum animum et supra omnem hanc terrenam fecem! Lips.

Conjurationis manifestum compererat. MSS. Flor. Oxon. non habent *manifestum*, placetque J. Gronovio, quod *manifestus conjurationis*, et *compertus conjurationis* nil differunt. *Manifesto compertus* bene dici, ipse agnoscit. Accipe igitur adjectivum dictum pro adverbio : in salvo erit vulgata lectio. Mox *uti* MSS. Flor. Guelf. ed. pr. Ern. Bud. habet *manifestum compererat.* Mox *ut f. gr. quoniam.* Dein *exercuisset.*

Tribunus cohortis. Sic post Lipsianas operarum vitio editum, ad Jac. Gronovium, qui restituit *prætoriæ*, quod MSS. et edd. veteres habent. Ern. Bud. *Gravius S. prætoriæ coh.*

Ex Campania. Ubi extremis annis multus fuit, rarior in aula, et sapientiæ studiis occupatus. *Epistolæ* ibi et *Quæstiones Naturales* sub hoc tempus structæ. Lips.

Quartumque apud lapidem. In villa sua Nomentana, ut volunt, qui vitam nobis scripsere. Sed ambigo, quia Nomentum longius aberat et duodecimo fere lapide. Nisi si tractus eo versus hucusque Nomentanus diceretur. Lips.

Villam globis militum sepsit. Globis non *globus* MSS. Fl. (Agr. Bud.) Guelf. ed. pr. unde recipere non dubitavi. Sic et cod. Reg. at Corb. *globus.* Ad invadendum *globus* sufficit : ad obsidendos omnes villæ aditus *globi* requiruntur. Lips.

ipsi, cum Pompeia Paullina uxore et amicis duobus epulanti, mandata imperatoris edidit.

LXI. Seneca, « missum ad se Natalem conquestumque nomine Pisonis, quod a visendo eo prohiberetur, seque rationem valetudinis et amorem quietis excusavisse, » respondit. « Cur salutem privati hominis incolumitati suæ anteferret, caussam non habuisse. Nec sibi promptum in adulationes ingenium. Idque nulli magis gnarum, quam Neroni, qui sæpius libertatem Senecæ, quam servitium expertus esset. » Ubi hæc a tribuno relata sunt, Poppæa et Tigellino coram, quod erat sævienti principi intimum consiliorum, interrogat: « an Seneca voluntariam mortem pararet? » Tum tribunus, « nulla pavoris signa, nihil triste in verbis ejus aut vultu deprehensum, » confirmavit. Ergo « regredi et indicere mortem » jubetur. Tradit Fabius Rusticus, « non eo, quo venerat, itinere reditum, sed flexisse ad Fenium, præfectum, et expositis Cæsaris jussis, an obtemperaret, interrogavisse; monitumque ab eo, ut

108. *Seque ratione valetudinis et amore quietis excusavisse.* Hæc lectio minime fuit sollicitanda, etsi aliter scripti, etiam cod. Agric. — 109. *Reditum. Reditum a tribuno* cod. Agric.

Cum Pompeia Paullina uxore. Quam nobilissimam feminam Dio appellat : filiam fortean Pompeii Paullini, qui supra consularis dicitur, et vectigalibus publicis præpositus. Lips. Mox *a visendo* MSS. Flor. Guelf a man. sec. edd. vett. ante Rhen. Ryck. Gronov. Rhenanus (Bud. secutus) deleverat præpositionem, quæ et MSS. tribus ap. Broterium abest. Item *seque* Fl. (Bud.) Guelf. ed. pr. quod restituit Pichena. Guelf. etiam *ratione* et *amore* ut edd. ante Pich. præter pr. Ern. Bud. *rationes val. et amore q.* Sed sub *s* punctum positum delendum indicat et leg. *ratione.*

Nec sibi promptum. Ipse de se ad Neronem. *Non blandiar auribus tuis, nec enim mihi hic mos est. Maluerim veris offendere, quam placere adulando.* Lips.

Nulla pavoris signa. Lege hæc cum sequentibus : et admitte, sodes, calumnias Dionis Lips.

Itinere reditum, scd. MS. Guelf. *redditum.* MS. Reg. et ed. pr. *rediturum.* Ern. Bud. *reditum.*

exsequeretur; » fatali omnium ignavia. Nam et Silvanus inter conjuratos erat, augebatque scelera, in quorum ultionem consenserat. Voci tamen et adspectui pepercit. Intromisitque ad Senecam unum ex centurionibus, qui « necessitatem ultimam » denuntiaret.

LXII. Ille interritus poscit « testamenti tabulas : » ac, denegante centurione, conversus ad amicos, « quando meritis eorum referre gratiam prohiberetur, » quod unum jam et pulcherrimum habebat, « imaginem vitæ suæ relinquere, » testatur : « cujus si memores essent, bonarum artium famam, tum constantis amicitiæ, laturos. » Simul lacrimas eorum, modo sermone, modo

110. *Bonarum artium, famam tam constantis amicitiæ laturos.* Forte *bonarum cum artium famam, tum.*

Quod unum jam et tamen pulcherrimum. Et tamen MS. Flor. (et ed. Ven.) teste J. Gron. Guelf. ed. pr. et ceteræ ante Rhen. qui (e Bud.) fecit *jam tamen et.* Pichena velut e MS. Flor. et ed. Puteol. *jam attamen*, quod falsum est, et secuti sunt tamen omnes usque ad Ryckium, qui velut e Flor. dedit *jam tamen pulch.* Sed *et tamen* restituit J. Gron. Mihi vero illud *tamen* friget: et alias Tacitus *et* pro *at* sæpe, sed semper sine *tamen* : unde vereor, ne ex *jam et* natum sit. Deinde *habeat* e Flor. edidere Ryckius et J. Gron. Conjunctivus hic quidem melior, sed *haberet* esse deberet, non *habeat*, quia procedit *prohiberetur.* Itaque *habebat* servavi, quod e Taciti persona dictum accipe : nam, si Seneca dixisset, jactantius foret : quare etiam *habeat* displicet. Aliis quoque locis tales indicativos vidimus, quos dixi accipiendos esse e persona narrantis, ut sæpe etiam apud Livium. Ern. Bud. *hebat* vitiose pro *habebat.* Certatim *habeat* recepere post Ryckium et J. Gron. Brot. Lall. Bip. Verum recte monet Ern. jactantiam istam ingenio Senecæ non convenire. Sunt ergo verba Taciti, quod literis mutatis indicavi, servato *habebat*, quod Ern. restituit, et deleto *tamen*, quod sensum turbat. Sic sentit et Hiller. Rac. 15.

Cujus si memores essent etc. Faernus delebat *bonarum artium* : at Muretus et Acidalius pro *tam* legunt *tum*, quod placet Ryckio, estque illo lenius, placuitque viro docto in marg. Gryph. Melius, opinor, deleatur. Ern. Sic D. de Lamalle. Bud. pro *tam* habet *jam.* Bip. sub ea voce latere putant *æternam* et *bonarum artium* uncinis includunt, tanquam spuria. Mihi secus videtur. Si imaginem vitæ suæ intueantur et sequantur amici, fore spondet moriturus Seneca, ut et *bonarum artium* et *constantis amicitiæ famam ferant.*

intentior, in modum coercentis, ad firmitudinem revocat, rogitans; « ubi præcepta sapientiæ? ubi tot per annos meditata ratio adversum imminentia? Cui enim ignaram fuisse sævitiam Neronis? Neque aliud superesse, post matrem fratremque interfectos, quam ut educatoris præceptorisque necem adjiceret. »

LXIII. Ubi hæc atque talia in commune disseruit, complectitur uxorem, et, paullulum adversus præsen-

111. *Et paullulum adversus præsentem fortitudinem mollitus.* Forte, *et paullulum adversus præsentem formidinem molitus. adversus præsentia* alibi quoque. *moliri* 12, 22. Hist. 1, 5. 2, 40. 22. 3, 26. 11, 20. aliter Gronovius. Possis et *fortitudine mollita adversus præsentem formidinem, molitus* cod. Agr.

Sic demum plenus loco sensus constat. Ergo incidendum post *essent*, non post *artium*, et pro *tam* legendum *tum*. Is hujus particulæ usus admodum frequens est, omisso, cui alias respondit, *cum* vel *tum* prioris membri.

Velut in commune. Semper mihi visum est frigere τὸ *velut*, nec ulla caussa est, cur addatur. Vere enim ista in commune disseruit. Ecce MS. Guelf. habet *ultro*, i. e. insuper, amplius, alia plura disseruit. Sed MS. Reg. non habet *velut*. Itaque cum Broterio delevi. Ern. Bene. Deest in Bud.

Adversus præsentem formidinem mollitus. Liber Flor. *fortitudinem*: quod Pichena explicat, contra ingenitam ac præsentem fortitudinem. At ego *formidinem* retineam: sed a Seneca amoliar in uxorem, legamque *mollitam*. Quod si de Seneca, legam: *adversus præsentia formidine mollitus*. Nimirum adspectu illo complexuque amatæ et amantis uxoris, et cogitatione instantium, sensit metus aliquos motus; sed compressit et evicit. Statimque uxorem ad robur etiam hortatur. Lips. Scribendum, *paullulum adversus præsentem formidine mollitus* diximus Obs. 2, 20. Gron. Nempe adversus præsentem uxorem mollitus est cogitatione periculi, in quo ipsa esset. Qui est percommodus et loco aptissimus sensus. Sed nescio, cur adversus *præsentem* dixerit, et quæ vis isti verbo. Nam et ante præsens erat, et sufficiebat *eam*. Contra, etsi fero, et credo Senecam mollitum paullulum fuisse: homo enim erat et sensu humanitatis non vacuus: tamen mihi non satis cohærere videntur *mollitur et orat*. Itaque fateor mihi placere *molitus*, quod in MS. Guelf. et ed. pr. extat, et haud dubie e scriptis sumptum a Mureto. Broterius sic et in MSS. duobus reperit. *Moliri adversus formidinem* elegantissimum genus loquendi, quod a librariis esse non credo. Ita sensus optimus procedit. Quædam in commune dixerat: jam quædam proprie uxori dicturus, eam amplectitur. Hic vero movetur humanus animus aliquo timore, non de se, sed de uxore, quam amabat vehementer. Sed non vult sentiri

tem fortitudinem mollitus, rogat oratque, « temperaret dolori, nec æternum susciperet, sed in contemplatione vitæ, per virtutem actæ, desiderium mariti solatiis honestis toleraret. » Illa contra, « sibi quoque destinatam mortem, » adseverat, manumque percussoris exposcit. Tum Seneca, gloriæ ejus non adversus, simul amore, ne sibi unice dilectam ad injurias relinqueret : « vitæ, inquit, delinimenta monstraveram tibi, tu mortis decus mavis : non invidebo exemplo. Sit hujus tam fortis exitus constantia penes utrosque par, claritudinis plus in tuo fine. » Post quæ eodem ictu brachia ferro exsolvunt. Seneca, quoniam senile corpus et parvo victu tenuatum

motum istum, ne obsit confirmaturo uxorem. Igitur contra molitur pugnatque opprimere, ne erumpat. Sic ap. Virgil. Æneas 4, 332. *obnixus curam sub corde premebat. Tandem pauca refert.* His de caussis non dubitavi recipere. Idem placebat viro docto in marg. Gryph. recepitque Broterius. *Mollita* pro *molita* etiam MS. Guelf. H. 1, 73. Add. ad 14, 14. apud Terent. Heaut. 2, 2, 11. in vett. edd. quibusdam est, dum *molliuntur* pro *moliuntur*. Ern. Bud. vulg. exprimit. Mihi lectio Pichenæ potior videtur. Eam recipio cum Bip.

Rogat oratque. Bud. *orat rogatque*.

Temperaret dolori, ne æternum susciperet. Legendum *temperaret dolorem æternum suscipere*. Vide 2. Obs. 20. Gron. Recte. *Dolorem* MS. Fl. Guelf. Ern. Flor. *temp. dolorem æt. susciperet*. Inde emendatio Gronovii, recisa una literula. Sed bene habet vulg. quod et in Bud. Pro *ne* tamen recte cum Heinsio *neu* vel *neve*, vel cum Bip. *nec* ponetur. Lallem. Gronovium sequitur. Bud. mox *delenimenta*.

Ne æternum susciperet. Quid hic turbent aut rescribant, nescio ; creber et velut ex formula sermo erat de *æterno*, id est magno et insolabili dolore. Lucretius 3, 921.... *æternumque Nulla dies nobis mœrorem e pectore tollet*. In lapidibus : *Æterno dolore adflictus*. Rogat ergo parce et modice, id est sapienter, dolere. Lips.

Parvo victu tenuatum. Cuilibet in mentem veniat *parco ;* nam *parcus victus* cui ignotus ? Itaque cum J. Gron. in Flor. vidisse se testatus esset, primum scriptum fuisse *parco*, deinde deleto verbo inscriptum *parvo*, et ipse et Ryckius (et Heins.) recepere *parco*. Ego servo *parvo*. Nam, *parvum victum* dici posse, nec J. Gronovius negat : Et dicitur h. l. melius, quam *parcus;* nam non solum parum cibi sumpsisse indicat, sed etiam tenuem, levem, a quo parum nutrimenti ac succi venerit, ut noster ipse narrat supra c. 45, ubi *persimplicem victum* vocat : qui est *parvus*, non *parcus*. Porro non illa recens manus fuit, quæ pro *parcus parvus*

lenta effugia sanguini præbebat, crurum quoque et poplitum venas abrumpit. Sævisque cruciatibus defessus, ne dolore suo animum uxoris infringeret, atque ipse, visendo ejus tormenta ad impatientiam delaberetur, suadet in aliud cubiculum abscedere. » Et novissimo quoque momento suppeditante eloquentia, advocatis scriptoribus, pleraque tradidit, quæ, in vulgus edita ejus verbis, invertere supersedeo.

LXIV. At Nero, nullo in Paullinam proprio odio, ac, ne glisceret invidia crudelitatis, inhiberi mortem imperat. Hortantibus militibus, servi libertique obligant brachia, premunt sanguinem, incertum an ignaræ. Nam, ut est vulgus ad deteriora promptum, non defuere, qui crederent, « donec implacabilem Neronem timuerit, famam sociatæ cum marito mortis petivisse:

rescripsit, sed, ut ipse fatetur, vetus. Nempe librarius scripserat *parco*, dein cum rursus inspexit exemplar suum, vidit *parvo*. Itaque correxit. Ed. pr. habet *cum parvo v.* Fuit forte in MS. *tum*. Ern. Bud. *parvo*.

Suadet in aliud cubiculum abscedere. Abscedere MS. Guelf. edd. ante Rhen. omnes. Rhen. e MS. Bud. *abscederet*, quod omnes secuti sunt. Ern. In Bud. est *abscederet nov.* lineola τῷ *r* imposita, quam videtur non attendisse Rhen. unde ad sequaces ejus error defluxit.

Invertere supersedeo. Meis, adeoque aliis verbis narrare. *Invertere* idem est, quod commutare, commutatis verbis dicere: non pervertere, corrumpere, ut accepit Rhenanus, qui propterea malebat *innectere*. Sic *oratio conversa et mutata* ap. Cicer. Partit. c. 7. i. e. aliis atque aliis verbis expressa. Ern. Hiller. Rac. 15. pro *invertere* forsan leg. conjicit *inserere* vel *inferre*. Heins. *insertare*.

Inhibere mortem. Ita primus edidit Freinsh. e conjectura Rhenani, idque omnes secuti sunt exemplum, præter Ryckium. *Imperat* abest a MSS. Flor. (Agr.) Bud. ed. pr. *Inhiberi* contra habent omnes scr. et edd. unde suspicio non levis, *imperat* potius excidisse. Quia Broterius *inhiberi imperat* in tribus MSS. reperit, habentque edd. Put. Rivii etc., cum ipso recepi. *Inhiberi* est impediri. Ern. Quum codd. habeant *inhiberi*, sat clare patet, omissum esse *imperat*, quod in aliis bene suppletur.

Incertum an ignaræ. I. e. an ita jam e sanguinis nimia detractione defecerit animo, ut non intelligeret ac sentiret, sibi obligari brachia. Nullo modo cum Acidalio tentandum *ingratæ*, pro *invitæ*. Ern.

deinde, oblata mitiore spe, blandimentis vitæ evictam: » cui addidit paucos postea annos, laudabili in maritum memoria, et ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut ostentui esset, multum vitalis spiritus egestum. Seneca interim, durante tractu et lentitudine mortis, Statium Annæum, diu sibi amicitiæ fide et arte medicinæ probatum, orat, « provisum pridem venenum, » quo damnati publico Atheniensium judicio exstinguerentur, « promeret: » adlatumque hausit frustra, frigidus jam artus, et clauso corpore adversum vim veneni. Postremo stagnum calidæ aquæ introiit, respergens proximos servorum, addita voce: « Libare se liquorem illum JOVI LIBERATORI. Exin balneo illatus, et vapore

112. *Multum vitalis spiritus egestum.* Malim *multo v. sp. egesto.*

Mitiore spe. C. Agr. *meliore.* glossa.

Et lentitudine mortis. Sic MSS. Guelf. (Bud.) et alii ap. Broterium: edd. Put. Riv. Lips. sqq. At vett. *lenitudine*, vitiose. *Tractu durante* int. sanguinis: qui dicitur *trahi*, cum per venas emittitur. Sensus: cum sanguis nimis diu flueret tardeque effunderetur, adeoque nimis lentam mortem fore appareret. ERN.

Venenum, quo. Cicutam. LIPS.

Frigidus jam artus. Sic habent MSS. Flor. Bud. Guelf. ed. pr. Itaque cum J. Gronovio recepi, cum præsertim et Tacitus et alii historici hunc græcismum non refugiant. v. J. F. Gron. ad H. 1, 42. et J. Gron. ad h. l. MSS. Flor. et Bud. etiam *cluso corpore.* Ultima verba male Gruterus pro glossa habet. ERN.

Stagnum calidæ aquæ. Non solet: et scribit ipse, *in omnem vitam balneo se abstinuisse*: sed nunc usurpat primum et postremum, maturandæ morti, et ut sanguis effluueret, vel ut venenum in calidum corpus permearet. *Stagnum* autem intellegit *solium*, opinor. LIPS.

Libare se liquorem. Ita Thraseas moriturus 16, 35. *Libemus, inquit, Jovi Liberatori.* Caussa viris magnis, hujus in suprenis joci, a more Græciæ, qui discessuri e convivio libabant Jovi Servatori. Sic isti e vita, Jovi Liberatori. Athenæus 15, 5. in fragmento, quod Canterus, olim amicus noster, publicavit: τῷ δὲ μετὰ δεῖπνον κεκραμένῳ πρώτῳ προσδιδομένῳ ποτηρίῳ Δία Σωτῆρα ἐπιλέγουσι. Suidas in Ἀγαθοῦ Δαίμ. Ἔθος εἶχον οἱ παλαιοί, μετὰ τὸ δεῖπνον πίνειν Ἀγαθοῦ Δαίμονος, ἐπιῤῥοφοῦντες ἄκρατον, καὶ τοῦτο λέγειν Ἀγαθοῦ Δαίμονος. Ἄλλοι δὲ φασι τὸ πρῶτον ποτήριον οὕτω λέγεσθαι, χωρίζεσθαι δὲ μέλλοντες, Διὸς Σωτῆρος. Adde huc, si vis, plura ab Erasmo in Chil. 2, 8, 1. in Prov. *Servatori tertius.* LIPS.

Balneo illatus. Sicco et laconico,

ejùs exanimatus, sine ullo funeris solenni crematur. Ita codicillis præscripserat, cum etiam tum prædives et præpotens supremis suis consuleret.

LXV. Fama fuit, Subrium Flavium cum centurionibus occulto consilio, neque tamen ignorante Seneca, destinavisse, « ut, post occisum opera Pisonis Neronem, Piso quoque interficeretur, tradereturque imperium Senecæ, quasi insontibus claritudine virtutum ad summum fastigium delecto. » Quin et verba Flavii vulgabantur : « non referre dedecori, si citharœdus demoveretur et tragœdus succederet : » quia, ut Nero cithara, ita Piso tragico ornatu canebat.

LXVI. Ceterum militaris quoque conspiratio non ultra fefellit, accensis indicibus ad prodendum Fenium

113. *Quasi insonti sub claritudine.* Cod. Agr. Bene. *sub crimine* H. 2, 26. *insontib.* cod. Med. — 114. *Non referre dedecori. Dedecoris* opinor. Ut *refert meas* et *demovetur* idem cod. Agr.

ut videtur : nam addit *vapore exanimatum*, acri illo et ardenti. Lips. Mox *perscripserat* edd. Puteol. Ber. Alc. Ern. Bud. *prescripserat.*

Cum etiam tum prædives etc. Hoc est, quos scripserat eo tempore, quo adhuc divitias, potentiam, haberet, nondum demotus cura rerum publ. Nam morte denunciata non licuisse testamentum scribere, supra vidimus. Pro *etiam tum* Heinsius et Ryckius *etiam num*, qua correctione et alibi usi sumus. Ern.

Occisum opera Pisonis. Sic MSS. Flor. Guelf. ed. pr. Restituit primus Pichena. Superiores ceteræ omnes *ope.* (Bud. *opere.*) Mox *insonti claritudine virtutum*, (h. e. propterea, quod virtutibus, sine cujusquam noxa, ad eam claritudinem, dignitatemque venisset) scripti et edd. omnes præter Flor. qui habet *insontib'*, et ed. pr. *insontibus* : unde Pichena conjicit *insonti et clar. v.* ut jam conjecerat Acidalius. Ern. Rip. adripiunt *insontibus* Flor. cod. quod optime convenit. Intelligitur *ab insontibus* (crimine necati Neronis) *delecto.* Habet *insontilus* et pr. ed. Amat noster omittere præpositiones *e, in, ab.* Sic 6, 41. *Macedonibus sitæ.* * Bud. *insonti.*

Si cithar. demoveretur. Sic J. Gron. e Flor. bene 13, 14. *demovet Pallantem cura rerum* : ex quo loco et alium supra correximus. Consentiunt MS. (Bud.) Guelf. ed. pr. Etiam sine libris corrigendus locus erat. *Non referre dedecori* est non minui dedecus, non prodesse ad dedecus minuendum. Ern. Ryck. *dedecori* habet pro genit. adjectivi subaudito *quid.*

Accensis quoque indicibus ad pro-

Rufum, quem eumdem conscium et inquisitorem non tolerabant. Ergo instanti minitantique renidens Scevinus, « neminem, » ait, « plura scire, quam ipsum. » Hortaturque ultro, « redderet tam bono principi vicem. » Non vox adversum ea Fenio; non silentium, sed verba sua præpediens et pavoris manifestus, ceterisque, ac maxime Cervario Proculo equite, ad convincendum eum connisis, jussu imperatoris a Cassio milite, qui ob insigne corporis robur adstabat, corripitur vinciturque.

LXVII. Mox eorundem indicio Subrius Flavius tribunus pervertitur, primo « dissimilitudinem morum » ad defensionem trahens, « neque se armatum cum inermibus et effeminatis tantum facinus consociaturum : » dein, postquam urgebatur, confessionis gloriam amplexus interrogatusque a Nerone, quibus caussis ad oblivionem sacramenti processisset : « Oderam te, »

dendum Fenium Rufum. Vocem *quoque* addunt MSS. Flor. (Bud.) Guelf. edd. pr. Put. Ber. Alc. Rhen. etc. unde casu excidisse postea puto. Nam in Lips. desidero. Ern. Ex superiori linea huc irrepsisse id particulæ puto, delendum omnino.

Renitens Scevinus. Immo, *renidens.* et statim : *redderet jam bono principi vicem.* Lips. Dudum sic rescribere oportuit. Nam sic MSS. Flor. Guelf. edd. pr. Put. Beroald. In ed. Alciati operarum vitio (nam Beroaldum exprimit) irrepsit *renitens*, idque propagatum usque ad Pichenam. Lipsium modestia critica impediit in textu reponere *renidens.* Adeo sæpe magni viri errata typographica per modestiam non audent tollere. Ern. Rhen. *renitens* e Bud.

Verba sua præpediens. MS. Guelf. a man. sec. *propediens.* Item mox *cum Vario Proculo.* Ern. Bud. *præpediens.*

Eorundem indicio. E Flor. Pich. consentiunt MS. Guelf. (Bud.) ed. pr. Ceteri *eorum.* Copula *et*, post *inermibus* ab eodem inserta, est et in ed. pr. item infra post *auriga:* ubi etiam MS. Guelf. et edd. ante Rhen. habent. (Utrobique in Bud. deest.) MS. Oxon. etiam *inermis :* quod et ipsum recte dici constat, et a nostro alibi hæc forma usurpatur, ut H. 3, 6. Ern.

Oblivionem sacramenti. Non temere sacramenti mentio. Nam milites sub impp. ante omnia jurabant in principis salutem. Pulchre Arrianus 1, 14., Τῷ Θεῷ ἴδιοι καὶ ἡμᾶς ὀμνύειν ὅρκον, οἷον οἱ στρατιῶται τῷ Καίσαρι. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τὴν μισθοφορίαν λαμβάνοντες ὀμνύουσι, πάντων προτιμήσειν τὴν τοῦ Καίσαρος σωτηρίαν.

inquit : « nec quisquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruisti. Odisse cœpi, postquam parricida matris et uxoris et auriga et histrio et incendiarius extitisti. » Ipsa retuli verba, quia non, ut Senecæ, vulgata erant. Nec minus nosci decebat militaris viri sensus incomptos et validos. Nihil in illa conjuratione gravius auribus Neronis accidisse constitit, qui, ut faciendis sceleribus promptus, ita audiendi, quæ faceret, insolens erat. Pœna Flavii Veiano Nigro tribuno mandatur. Is proximo

Tertull. allusit docte, ut solet, de Corona militis 11. ubi dissuadet Christiano militiam: *Credimusne, humanum sacramentum divino superduci licere? et in alium dominum respondere post Christum: et ejerare patrem ac matrem et omnem proximum, quos et lex honorari præcepit?* Nam expressit propemodum formulam ipsam : quam attentus lector hauriet e Suet. Calig. 15. *De sororibus auctor fuit, ut omnibus sacramentis adjiceretur, Neque me liberosque meos cariores habeo, quam Caium et sorores ejus.* Ubi scribendum aio, *habebo.* Quod juramentum Dio etiam communicare cum senatoribus videtur, in actâ jurantibus anno novo, de ipso Caio 59, 9. Περὶ δὲ τοῦ Αὐγούστου τοῦ τε Γαΐου τάτε ἄλλα, ὥσπερ ἠνάγκαστο, καὶ ὅτι καὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν τέκνων, καὶ ἐκείνου καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ προτιμήσουσιν, ὤμοσαν. Apposite ergo hic Nero a milite quærit, cur, oblitus sacramenti, perditum ire voluerit, in cujus salutem juraverat. Lips. Post cum Broterio *et auriga*, addita copula, edidi e MS. Corb. Ern. Flor. habet πολυσύνδετον. Sed Bud. ita *p. paricida m. et ux. hauriga ystrio et inc. fuisti.*

Et incomptos, et validos. Assentior Rhenano *incomptos, sed validos.* Lips. Immo *et* firmatur MS. Guelf. edd. vett. omnibus : nec mutandum erat a Pichena sine libris, et *sed* inducendum, quod omnes deinde secuti sunt. Nam sæpissime Tacitus *et* sic ponit, restituiturque supra c. 62. Adde notata ad 5, 3. Sed nimis multa exempla observavimus, quæ notare supersedimus. Ceterum sententia sumpta est, ut permultæ aliæ, e Livio 4, 41., *Adversus hæc Tempanii oratio incompta fuisse dicitur, ceterum militariter gravis.* Si esset mutandum, scriberem tamen *at.* Ern.

Et validos. Hæc desunt in Bud. Rhen. spuria credebat, et leg. putabat *sed incomptos*, non *sed validos*, ut Lipsius refert.

Veiano Nigro tribuno. Tribuni ergo interdum supplicium ipsi manu sua sumebant. Uti supra c. 60. Lateranus *manu Statii tribuni trucidatur.* cui caput incisum esse, ex Arriano didicimus. Et 11, 38. Messallina *icta tribuni transfigitur.* Apud Senecam etiam scriptum ep. 4. *Caius Cæsar jussit Lepidum Decio tribuno præbere cervicem.* Notari volo. Nam alias speculatores fere ad supplicia sumenda destinati : non insignes milites. Lips.

in agro scrobem effodi jussit, quam Flavius, ut « humilem et angustam, » increpans, circumstantibus militibus, « ne hoc quidem, » inquit, « ex disciplina. Admonitusque, fortiter protendere cervicem : « Utinam, » ait, « tu tam fortiter ferias. » Et ille multum tremens, cum vix duobus ictibus caput amputavisset, sævitiam apud Neronem jactavit, « sesquiplaga interfectum a se » dicendo.

LXVIII. Proximum constantiæ exemplum Sulpicius Asper centurio præbuit. Percunctanti Neroni, « cur in

Scrobem effodi jussit. V. Lips. ad 1, 61. Adde Gruterum in Suspicion. libello, unde hic excerptus locus in edd. Gronoviorum. Sed MS. Bud. habuit *angustum :* unde Rhen. fecit *quem F. u. h. e. angustum.* quod nunc est, e vet. cod. protulerat Faernus et recepit Pichena. Sed *quamvis* tamen est in MSS. Guelf. Bud. edd. vett. ante Rhen. unde Freinsh. conjiciebat *qua visa.* Ern.

Ne hoc q. inquit, ex disc. Bud. *ne h. q. ex d. inquit.* Tales transpositiones frequentes habet ille codex, quas notare nil attinet. Semel indicasse sufficiat.

Protendere cervicem. Habitum hunc eorum, qui gladio feriendi, describit Panegyristes in Theodosii laudatione 41. *poplitem flectere, cervicem extendere ad plagam fortasse non unam.* Quod supplicii genus tamen ignotum reip. priscæ : etiam in militia. Ideo Lucanus 8, 673.... *nondum artis erat caput ense rotare.* Cœpit sub impp. statimque in creberrimo usu. A militia cœpisse credo, et in milites primo aque militibus usurpatum. Suet. Calig. 32., *Miles, decollandi artifex, quibuscumque e custodia capita amputabat.* Seneca de Ira 1, 16., *Damnatus extra vallum deductus est, et jam cervicem porrigebat, cum subito apparuit ille commilito qui occisus videbatur. Tunc centurio supplicio præpositus condere gladium speculatorem jubet.* Et exempla obvia post Augustum. Honestior autem pœna gladii, quam securis, ab eaque mente illam Antonini Caracallæ vocem capio ap. Spartian. 4. cum securi Papinianus occisus esset, *Gladio te exsequi oportuit meum jussum.* Xenophon eleganter de Cyri expedit. 2, 6. de cæde Menonis Thessali : Μετὰ δὲ τὸν τῶν ἄλλων θάνατον στρατηγῶν τιμωρηθεὶς ὑπὸ Βασιλέως ἀπέθανεν, οὐχ ὥσπερ Κλέαρχος καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοί, ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλάς, ὅπερ κάλλιστος θανάτων εἶναι δόκει, ἀλλὰ ζῶν αἰκισθεὶς ἑαυτῷ, ὡς πονηρός, λέγεται τελευτῆς τυχεῖν. Lips. *Admonitusque* est e MS. Flor. a Pichena. sic et ed. pr. Ceteri scr. (Bud.) et edd. veteres sine copula. Ern.

Sesquiplaga interfectum. Caligulæ præceptum : *Ita feri, ut mori se sentiat* Lips. Suet. 30.

cædem suam conspiravisset ? » breviter respondens, « non aliter tot flagitiis ejus subveniri potuisse. » Tum jussam pœnam subiit. Nec ceteri centuriones in perpetiendis suppliciis degeneravere. At non Fenio Rufo par animus, sed lamentationes suas etiam in testamentum contulit. Opperiebatur Nero, ut Vestinus quoque consul in crimen traheretur, violentum et infensum ratus : sed ex conjuratis consilia cum Vestino non miscuerant, quidam, vetustis in eum simultatibus, plures, quia præcipitem et insociabilem credebant. Ceterum Neronis

115. *Violentum et infensum ratus. Aversatus* forte.

Subveniri posse. Legi voluit *obveniri* optimus et doctissimus Faber, Sem. 2, 16. interpretaturque resisti et obviam iri. Probabili per se conjecturæ fidem demit Suetonius, qui ad hæc ipsa verba respiciens scripsit c. 36. *Cum quidam crimen ultro faterentur, nonnulli etiam imputarent, tanquam aliter illi non possent, nisi morte, succurrere, dedecorato flagitiis omnibus.* Et clare Dio, qui 62, 24. vertit : Ὅτι ἄλλως σοι βοηθῆσαι οὐκ ἠδυνάμην. Sententia ergo animosior tenenda, ex horum scripto et interpretamento, videtur. Lips. Cicero de Verr. 1, 3. *ut ego hunc unum ejusmodi reum post hominum memoriam fuisse arbitrer, cui damnari expediret.* Seneca ep. 77. *Hoc istis respondendum est, quibus succursura mors est.* Noster 6, 49., *Perpulisset juvenem ad ea, quorum effugium non nisi morte inveniret.* Gron. Ceterum libri variant inter *potuisse* et *posse.* Illud melioribus libris nititur : est enim in MSS. Flor. Guelf. edd. primis : et convenit Græcis Dionis, qui habet ἠδυνάμην. Dionem autem e Tacito hausisse, supra notatum est. *Posse*, a Rhenano e Bud. editum, propagatum est usque ad Pichenam ; et aptius est, magisque consentit loco Suetonii. Mox *degeneravere* MSS. ed. pr. Rhen. (e Bud.) et seqq. i. e. se degeneres et timidos ostendere. *Denegavere* vitiose Puteol. Riv. Ber. Alc. Ern.

Sed ex conjuratis. Hæc est lectio vett. librorum Flor. Guelf. Oxon. etc. Etiam ed. pr. *et conjuratis*, vitio operarum pro *ex.* Ordo verborum est, quidam ex conjuratis, vetustis in eum simultatibus, consilia non miscuerant, plures etc. Itaque non dubitavi recipere pro vulgato *conjurati.* Secutus est Broterius. Probabat etiam valde J. Gron. sed non recepit; recepturus, haud dubie, si plurium librorum consensum cognitum habuisset. Modus loquendi jam supra notatus est. Etiam infra c. 71. pro *e tribunis Granius*, quidam dedere *et tribunus.* Ern. Bud. *et conjurati*, quæ copula sane male posita ostendit aliter legendum. Mox Bud. *Neroni.*

odium adversus Vestinum ex intima sodalitate cœperat, dum hic ignaviam principis penitus cognitam despicit, ille ferociam amici metuit, sæpe asperis facetiis illusus; quæ, ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt. Accesserat repens caussa, quod Vestinus Statiliam Messallinam matrimonio sibi junxerat, haud nescius, inter adulteros ejus et Cæsarem esse.

LXIX. Igitur, non crimine, non adcusatore existente, quia speciem judicis induere non poterat, ad vim dominationis conversus, Gerelanum tribunum cum cohorte militum immittit: jubetque « prævenire conatus consulis, occupare velut arcem ejus, opprimere delectam juventutem: » quia Vestinus imminentes foro ædes decoraque servitia et pari ætate habebat. Cuncta eo die munia consulis impleverat conviviumque celebrabat, nihil

Ex intima s. MSS. Reg. Corb. ed. pr. *ex nimia.* Vulgatum melius. Ern. Bud. *ex intima.* Quod rectius omnino, ut e seq. *penitus* patet. Servant quoque Brot. et Lall. Secus visum Bip. qui provocant ad Mart. 12, 34.

Ferociam amici. Haud dubie, *animi.* Lips. Immo *amici* verum est. (Sic Bud.) Metuebat hominem, qui etiam amicus tamen ferocia in amicum uteretur. Et Tacitus semper ferociam simpliciter dicit. Mox dedi *repens caussa* e Guelf. et ed. pr. et vett. omnibus, (Sic et Bud.) quod, ut sæpe alias, vitio operarum mutatum in *recens*, in ed. Lips. Ern.

Statiliam Messallinam. Quæ postea Neroni uxor. Sueton. 35. Lips. Cf. Ryck. ad 2, 1.

Et Cæsarem. Sic Rhen. dedit e Bud. Legebatur prius *ad C.*

Quia speciem judicis induere non poterat. Judicis verum est, atque ita habent Guelf. Puteol. Beroald. Alc. At (Flor. et Agr. et) ed. pr. *indiciis*, vitiose. Rhen. (e Bud.) edidit *indicii.* Male. Freinsh. *judicis* restituit (ex ed. Ven.). Deinde Guelf. *inducere*, solenni varietate. Ern. Bud. *induere.* Rhen. *indicis* non spernendum judicabat Ryck. sed is dabat *indicii.*

Gerelanum trib. Reinesius in margine conjicit *Ceretanum.* Ern.

Decoraque servitia et pari ætate. Existimo, pædagogia describit: id est, cœtum elegantium puerorum, quos composita veste, facie, capillis, in publico habebant: et plerumque una ætate. Sic dicta, quia sub pædagogo. Martialis 3, 56, 30., *Et, pædagogo non jubente, lasciví Parere gaudent villico capillati.* Plura super istis in Excursu B. Lips. Copulam *et* non habet Bud.

Conviviumque celebrabat. Sic MSS.

metuens, an dissimulando metu : cum ingressi milites, « vocari eum a tribuno, » dixere. Ille, nihil demoratus, exsurgit, et omnia simul properantur : clauditur cubiculo, præsto est medicus, abscinduntur venæ, vigens adhuc balneo infertur, calida aqua mersatur, nulla edita voce, qua semet miseraretur. Circumdati interim custodia, qui simul discubuerant, nec, nisi provecta nocte, omissi sunt, postquam pavorem eorum, ex mensa exitium opperientium, et imaginatus et irridens Nero, « satis supplicii luisse, » ait, « pro epulis consularibus. »

LXX. Exin M. Annæi Lucani cædem imperat. Is, profluente sanguine, ubi frigescere pedes manusque et paullatim ab extremis cedere spiritum, fervido adhuc et compote mentis pectore, intelligit, recordatus carmen a se compositum, quo vulneratum militem, per ejusmodi mortis imaginem obiisse tradiderat, versus ipsos

116. *Exin Manenit et Lucani cædem.* Sic cod. Agr.

Flor. Guelf. ed. pr. Recte. Nam sequitur *exsurgit* sc. e convivio. Non ergo *celebrant*, ut Puteol. Ber. Alc. unde Rhen. (sed e Bud.) fecit *celebrat*. Vetus restituit Pichena. Ern.

An diss. metu. Sic Rhen. e Bud. Legebatur prius *aut*.

Miseraretur. Bud. male *misereretur*.

Omissi sunt. Sic MSS. Flor. Guelf. ed. Puteol. quod recepi, etsi alterum *emissi*, quod reliquæ edd. habent, etiam bonum sensum habet. Sed *omissi* melius, quia maxime hic respicitur ad discessum custodiæ. Omissi sunt ergo a custodibus. Verbum *omittere* et nostro et aliis dicitur de iis, quæ non custodimus, ut *munimenta omittere* 4, 51. Ern. Rhen. *emissi*. Bud. tamen *omissa*, vitiose licet pro *omissi*.

Ex mensa exitium opperientium. Non dubitavimus servare *ex mensa*, quod e conjectura Franc. Medicis recepit Freinsh. Firmant MSS. Flor. (Agr.) Guelf. edd. ante Rhen. omnes, qui habent *et mensæ*. Rhenanus edidit cum seqq. *imminens*, quod sane hic friget : non imminebat exitium, sed opperiebantur velut imminens. Ern. Bud. habet *in mense*, hinc emendatio Rhenani, cui vulg. *et mensæ* enorme mendum est visum. Secus judicat Ryckius. Non dubium tamen, quin *ex mensa* vera sit lectio.

M. Annæi. Sic feliciter restituit Rhen. (ex ingenio.) Libri omnes varie corrupti in hoc nomine. Ern.

Versus ipsos retulit. Sunt haud

retulit : eaque illi suprema vox fuit. Senecio posthac et Quinctianus et Scevinus, non ex priore vitæ mollitia, mox reliqui conjuratorum periere, nullo facto dictove memorando.

LXXI. Sed compleri interim urbs funeribus, Capitolium victimis : alius filio, fratre alius, aut propinquo, aut amico interfectis, agere grates deis, ornare lauru domum, genua ipsius advolvi et dextram osculis fatigare. Atque ille, gaudium id credens, Antonii Natalis et Cervarii Proculi festinata indicia impunitate remuneratur : Milichus, præmiis ditatus, *Conservatoris* sibi nomen, græco ejus rei vocabulo, adsumpsit. E tribunis Granius Silvanus, quamvis absolutus, sua manu cecidit : Statius Proximus veniam, quam ab imperatore acceperat, vanitate exitus corrupit. Exuti dehinc tribunatu Pompeius, Cornelius Martialis, Flavius Nepos, Statius Domitius, « quasi principem non quidem odissent, sed

117. *Atque ille gaudium id credens. Id* abest a cod. Agr. Forte, *gaudio ut vero credens.* — 118. *Vanitate exitus corrupit.* An *immanitate?* Forte postea occisus. H. 3, 85. de Vitellio : *deformitas exitus misericordiam abstulerat.*

dubie isti 3, 635., *Scinditur avulsus, nec sicut vulnere sanguis Emicuit lentus, ruptis cadit undique venis. Discursusque animæ diversa in membra meantis Interceptus aquis.* Lips. Vertranius credebat intelligi versus 9, 805—814.

Quinctianus. Bud. *Quintilianus.*

Ornare lauru domum. De hoc ritu v. Plin. 15, 30 (39.)

Genua ipsius. I. e. Neronis : quod non notassem, nisi Pichenam ad deos retulisse viderem. Et est exquisitior ratio hujus pronominis pro nomine usurpandi, cum ex oppositione intelligi, ad quod referatur, potest. Opponuntur *dii* et *ipse.* Sic sæpe Græci. Auctor Homerus 3. Iliad. α. ψυχὰς.... αὐτοὺς, *ipsos* i. e. corpora. Ern.

E tribunis Granius S. Bud. *Et tribunus Gaius.*

Vanitate exitus corrupit. Faernus *velocitate* legebat pro *vanitate*, quod Ursinus probabat. (* et D. de Lamalle.) Probarem et ego, si libri auctoritate niteretur. Sensus enim commodus : mors paullo post consecuta irritam veniam fecit. Sed vulgatum eodem modo accipere licet : quamquam verbum *vanitate* aliquid amplius indicare videtur, nempe in quo culpa fuit Statii, ut sensit etiam Mullerus. Ern.

tamen existimarentur. » Novio Prisco, per amicitiam Senecæ, et Glitio Gallo atque Annio Pollioni, infamatis magis, quam convictis, data exsilia. Priscum Antonia Flacilla conjux comitata est : Gallum Egnatia Maximilla, magnis primum et integris opibus, post ademptis : quæ utraque gloriam ejus auxere. Pellitur et Rufius Crispinus, occasione conjurationis, sed Neroni invisus, quod Poppæam quondam matrimonio tenuerat, Virginium Flaccum et Musonium Rufum claritudo nominis

119. *Infamatis magis.* Forte *insimulatis* vel *damnatis*, ut 16, 14.

Sed t. existimarentur. Hæc est lectio omnium scriptorum et edd. ante Pichenam. *Extimarentur* de more scriptum in MSS. (Bud. quoque) et edd. primis. Pichena de sola conjectura dedit *extimerentur* : quod omnes post eum edidere, cum sit ab sententia alienum. Si non oderunt principem, quare extimentur ? At etiam ii non ferendi, qui putantur odisse principem. Ern. Rhen. bene *extimarentur* reddidit *existimarentur*. Bip. præferunt *extimerentur*.

Novio Prisco per a. In MS. Guelf. manus sec. *Nœvio. Novius Priscus* occurrit ap. Gruterum p. 104, n. 6. Ryckius et alii dedere *Nonio*. Sed pro *per* legendum videtur *propter*. Vix enim credam dici recte : *exilium datur per amicitiam*. Compendium scripturæ locum corruptioni fecit, unde sæpe hæc verba confusa. Vid. Drakenb. ad Liv. Epit. 84. Ern. Bud. *Novio Prisco per* i. e. ob. *am. S.* Sic 1, 24. *per officium*. Cf. index.

Egnatia Maximilla. In NN. ap. Ursinum occurrit *Egnatius Maxsumus*. Cf. Spanh. de Præst. NN. t. 2. diss. 10, p. 71.

Rufius Crisp. Flor. Bud. *Rufrius*. Agr. *Ruffrius*. Sed v. 12, 42. 13, 45.

Quæ utraque gloriam ejus auxere. Sic dedimus e MSS. et edd. vett. Ante erat *eis*, quod sive casu irrepsit, sive culpa ejus, qui hoc ad utramque pertinere putabat. Primum reperi in ed. Lips. sed sine admonitione. *Ejus* etiam Broterius edidit. (* et D. de Lamall.) Ceterum non negem, mihi *quæ utraque* duriora videri. Et quorsum additum *utraque* dicamus ? An forte fuit a Tacito : *magnis utraque pr.... quæ gloriam eis auxere*. Ern. Bud. *ejus*.

Verginium Rufum. Mancus locus : censeoque immissa voce legendum, *Verginium et Musonium Rufum* ; aut, *Verginium et Rufum*. Ecce enim de Musonio caussam statim subjecit ejus pulsi : et Dio 62, 27. narrata conjuratione, Ῥοῦφος μέντοι Μουσώνιος, inquit, ὁ φιλόσοφος ἐπὶ τούτοις ἐφυγαδεύθη. Sed Verginius iste quis est ? Non enim ille, opinor, illustris, de cujus exsilio non apud Tacitum, non apud Plinium usquam lectum. Et quomodo potuit ? qui Germaniæ et legionibus præfuit his ipsis annis ? Fuerit ergo ejus ævi Rhetor, quem Persii vetusta vita comme-

expulit. Nam Verginius studia juvenum eloquentia, Musonius præceptis sapientiæ, fovebat. Cluvidieno Quieto, Julio Agrippæ, Blitio Catulino, Petronio Prisco, Julio Altino, velut in agmen et numerum, Ægei maris insulæ permittuntur. At Cadicia, uxor Scevini, et Cæsonius Maximus Italia prohibentur, reos fuisse se, tantum pœna experti. Atilla, mater Annæi Lucani, sine absolutione, sine supplicio dissimulata.

LXXII. Quibus perpetratis Nero, et concione militum habita, bina numum millia viritim manipularibus divisit, addiditque sine pretio frumentum, quo ante ex

morat. *Studuit*, inquit, *apud grammaticum Remmium Palæmonem et apud rhetorem Verginium Flaccum.* Ubi tamen vetustus codex B. Vulcanii, *Flavum* habet. Est ille ipse, de quo Fabius 3, 1, 21. *Scripsit de eadem materia* (Rhetoricorum) *non pauca Cornificius, Celsus et Lænas et ætatis nostræ Verginius, Plinius, Rutilus.* nominatque et alias. Lips. Bip. *Virginium Fl. et Musonium Rufum. Musonii* nomen addendum, patet e seq. De eo Philostr. v. Apoll. 4, 12. 7, 16. *Virginius* apud. Quinctil. et alibi memoratur, 3, 6, 44. 4, 1, 23. 7, 4, 24 et 11, 3, 126. ubi Flavius cognominatur. Hinc emendatio Bip. quam sequor. *Virginium* in *Verginium* mutarunt librarii ut *Virgilium* in *Vergilium*. Bud. habet *Virginium Ruffum*. Ceterum cognomen potius *Flaccus* fuerit, ut est in vita Persii. Nam *Flavius* nomen gentis esse solet; est tamen et cognominis loco c. 50.

Cæsenius Maximus. Srib. *Cæsonius*, et Martiali ab hac historia fœneranda lux. 7, 43. ad Ovidium quendam: *Maximus ille tuus, Ovidi, Cæsonius hic est, Cujus adhuc vultum vivida cera tenet. Hunc Nero damnavit, sed tu damnare Neronem Ausus es, et profugi, non tua fata, sequi. Æquora per Scyllæ magnus comes exulis isti, Qui modo nolueras consulis ire comes. Si victura meis mandantur nomina chartis, Et fas est cineri me superesse meo: Audiet hæc præsens venturaque turba, fuisse Illi te, Senecæ quod fuit ille suo.* Ubi discis, et consulem fuisse hunc Cæsonium, et inter Senecæ amicos. Quæ caussa certe damnationis. Lips. Recepit Pichena primus. Ern. Adde et sequens epigramma 44. Bud. habet *Cesenius*.

Atilla mater L. MS. Bud. Fl. ed. pr. *Acilia*. (Agr. *Acillia*.) Guelf. a pr. m. *Atinia*, sec. *Atilia*, ut habent vett. edd. Puteol. Ber. etc. Ern. Respice ad c. 56.

In supplicio. Romana editio, *sine absolutione, sine supplicio*, probissime. Lips. Sic et MS. Fl. *sin. suppl.* unde rec. Pich. Bud. *in suplicio.*

Addiditque sine pretio frumentum. Suet. Neron. 10. *Constituit præ-*

modo annonæ utebantur. Tum, quasi gesta bello expositurus, vocat senatum et triumphale decus Petronio Turpiliano consulari, Cocceio Nervæ prætori designato, Tigellino præfecto prætorii tribuit, Tigellinum et Nervam ita extollens, ut, super triumphales in foro imagines, apud palatium quoque effigies eorum sisteret. Consularia insignia Nymphidio : de quo, quia nunc primum oblatus est, pauca repetam. Nam et ipse pars romanarum cladium erit. Igitur matre libertina ortus, quæ corpus decorum inter servos libertosque principum vulgaverat, ex C. Cæsare se genitum ferebat, quoniam forte quadam habitu procerus et torvo vultu erat : sive C. Cæsar, scortorum quoque cupiens, etiam matri ejus illusit.

LXXIII. Sed Nero, vocato senatu, oratione inter patres habita, edictum apud populum et collata in libros

120. *Quadam habitu.* *Quodam* cod. Agr. lege *eodem.*

torianis cohortibus frumentum menstruum gratuitum. Severus imp. modum frumenti etiam auxit, de quo Herodianus, 3, 25., Καὶ τὸ σιτηρέσιον αὐτοῖς πρῶτος αὔξησε, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς χρήσασθαι ἐπέτρεψε. Iterumque Antoninus ejus F. patrata cæde Getæ. Idem scriptor 4, 9., Προστίθησι δὲ τῷ σιτηρεσίῳ ἄλλο τοῦ τελουμένου ἥμισυ. Lips.

Petronio Turpiliano. Hoc verum. Scr. (in his Bud.) et edd. vett. *Turpiano*, male, ut patet e libro superiori, c. 29. (et 39.) Mox *apud palatium quoque* MSS. Flor. Guelf. edd. ante Rhen. qui (e Bud.) primus *quoque* post *eorum* posuit : restituit Pichena. Denique *dedit etiam* ante *consularia* abest a MSS. Flor. (Bud.) Guelf. edd. pr. Puteol. unde recte deletum a Bernecc. Primus dedit Beroaldus, nescio unde, aut quo casu, cum alias Puteolanum sequatur. Ern. Pro *præfecto pr.* Bud. habet *præfecturam prætorii.* Verum ea dignitate jam erat ornatus. Cf. 14, 51. Nec nexus verborum id admittit.

Forte quadam. Bud. *sorte quadam*, ut ap. Liv. 36, 35. Sed utrumque recte dicitur. Nam et. ap. Liv. 1, 4. legitur *forte quadam.*

Vocato senatu. Hæc verba mihi suspecta sunt, quia jam paucis versiculis ante senatum Nero vocasse dicitur. Si de alio conventu senatus hic sermo, quod non abnuam, tamen non credibile mihi, hæc verba esse ab elegante scriptore. Saltem addidisset *iterum*, aut aliud quid. Ern.

indicia confessionesque damnatorum adjunxit. Etenim crebro vulgi rumore lacerabatur, « tanquam viros insontes ob invidiam aut metum exstinxisset. » Ceterum cœptam adultamque et revictam conjurationem, neque tunc dubitavere, quibus verum noscendi cura erat, et fatentur, qui post interitum Neronis in urbem regressi sunt. At in senatu cunctis, ut cuique plurimum mœroris, in adulationem demissis, Junium Gallionem, Senecæ fratris morte pavidum et pro sua incolumitate supplicem, increpuit Salienus Clemens, « hostem et parricidam » vocans; donec consensu patrum deterritus est, « ne publicis malis abuti ad occasionem privati odii videretur, neu composita aut obliterata mansuetudine principis novam ad sævitiam retraheret. »

121. *Tanquam viros et insontes.* Puto, *tanquam invisos, sed insontes.* vel *invisos, ut sontes.* 16, 10., *invisi principi.* — 122. *Neu compositam aut obliteratam mansuetudinem.* Sic cod. Agr.

Tanquam viros insontes. MSS. Flor. (Bud. Agr.) Guelf. et edd. vett. magno consensu *viros et insontes:* unde Freinshemio placebat *claros et insontes.* Faernus autem addit, *claros* : quod probo. Ern. Bip. emendant *veros*, i. e. sinceros, justos, *et insontes.* Mox Bud. *nec tunc.*

Et fatentur. Ergo, quo tempore Tacitus ista scripsit, ii adhuc vixere. Quod ni sit, legendum *fatebantur:* idque mihi vero similius videtur. Pro imperfecto præsens irrepsisse in Tacitum, non uno loco vidimus. Ern.

Ut cuique plurimum mœroris. Ejactura suorum scilicet. Hi maxime effusi in adulationem, ne dolere viderentur. Ern.

Junium Gallionem. Quem Nero post interfecit. Dio 58, 18. In Eusebio autem clarius : *Junius Annæus Gallio frater Senecæ, egregius declamator. propria se manu interfecit : mortem ejus Nero e in suam præsentiam differente.* Hoc confert illud Chronicon in annum hunc eundem, quo Lucanus et Seneca occisi. Mirum, in Tacito nihil esse, si tamen hoc tempore ea cædes. Lips. Ultima verba Eusebii male addita. V. Ryck. ad h. l. qui Gallionem, cum Usserio et aliis, putat esse eum, cujus in Actis Apostol. 18, 12. mentio. Ern.

Neu compositam et obliteratam mansuet. etc. Prave scriptum, et in contumeliam Neronis. Valde scilicet principem laudent, si obliteratam clementiam ejus dicant, id est, abolitam et sepultam. Ne dubita scribere : *composita et obliterata mansuetudine*

LXXIV. Tum « dona et grates deis » decernuntur, « propriusque honos Soli, (cui est vetus ædes apud circum, in quo facinus parabatur) qui occulta conjurationis numine retexisset : utque circensium Cerealium ludicrum pluribus equorum cursibus celebraretur : mensisque Aprilis *Neronis* cognomentum acciperet : templum Saluti exstrueretur eo loci, ex quo Scevinus ferrum prompserat. » Ipse eum pugionem apud Capitolium

123. *Tum decreta dona. Decora* Juret. ad Symmach. 8, 26. lege *decreto dono et grates.*

principis. Hoc volunt, ne ea, quæ obliterata jam essent et tantum non deleta ex animo principis, ille renovaret, et novæ sævitiæ materiem suggereret. Lips. *Compositam aut* vel *et obliteratam mansuetudinem* scr. et edd. omnes. Lipsii correctionem recepere inde a Bernecc. omnes. Possis etiam conjicere, excidisse *re.* cum scriptum fuisset *neu composita re et obliterata, mansuetudinem p. n. a. s. retraheret :* inde *compositam et obliteratam* facta, ut ad *mansuetudinem* referrentur. Ern. Bip. *neu compositam* i. e. pacatam *aut obliteratam* i. e. ultione criminum obscuratam *ad n. s. r.* Sed Lipsii correctio absque dubio optima, planissima. In codd. frequenter per errorem ablativis in fine lineola adcusativi index imposita, quod omnino hic in Bud. factum, et dubio procul in aliis.

Decreta dona et grates deis decernuntur. Tò *decernuntur* redundat, ut opinor. Lips. Dubius sum tamen, utrum *decreta* an *decernuntur* abolcam : neque enim minus belle : *Tum dona et grates deis decernuntur.* Gron. Jac. Gronovius aliter succurrere voluit, legendum censens : *tum cetera dona.* Male. Nam quæ supra c. 71. Milicho, Petronio, aliis data, *dona* vocari non possunt. Intelliguntur dona diis data, quæ cum supplicatione (nam de ea capiendæ *grates*) junguntur et ap. Liv. 36, 2. *Dona et grates diis* sunt, quæ ibi dicuntur *supplicatio et dona ad omnia pulvinaria.* Ceterum non abhorret animus, in *decreta* latere aliud verbum, quod nondum mihi succurrit. Lipsianam rationem defendere licet c 16, 1. ubi temere additum *latuerint* post *occulta.* Ern. Juretus volebat *decora dona.* Hiller. Rac. 18. *discreta.* Tollo *decreta.*

Ædes apud circum. De qua Tertull. de Spectaculis 8. Lips. Post *mensis quoque A.* MSS. Reg. Corb. ed. pr. quod recepit Broterius. Ern. et Bip. Bud. *mensisque.* Parum interest.

Apud Capitolium sacravit. Ritu veteri et recepto. Suet. Cal. 24. *Tres gladios in necem suam præparatos, Marti ultori, addito elogio, consecravit.* Idem Vitellio 10. *Pugionem, quo se Otho occiderat, in Agrippinensem coloniam misit, Marti dedicandum.* Dio in Antonino Caracalla : 77, 23., Καὶ τὸ ξίφος, ὃ οὗ τὸν ἀδελφὸν ἀπεκτόνει, ἀναθεῖναι τῷ θεῷ ἐτέλ-

sacravit, inscripsitque JOVI VINDICI. In præsens haud animadversum : post arma Julii Vindicis, ad auspicium et præsagium futuræ ultionis trahebatur. Reperio in commentariis senatus, Cerialem Anicium, consulem designatum, pro sententia dixisse, « ut templum D. Neroni quam maturrime publica pecunia poneretur. » Quod quidem ille decernebat, tanquam mortale fastigium egresso et venerationem hominum merito, quorundam dolo ad omina sui exitus vertebatur. Nam deum

124. *Ad auspicium præsagium.* Beno cod. Agric. — 125. *Et venerationem item hominum merito, quod ad omen futuri sui exitus vertebatur.* Pro *item* lego *venerationem in vita numinum merito.* Tum, *more quorumdam ad omen subdolum citi exitus verteretur.* Sic *more famæ.* Vide Indicem in *more* et in *subdolus.*

μιον. Sed et apud Græcos Olympias *gladium, quo rex* (Philippus) *percussus erat, Apollini sub nomine Myrtales consecravit,* ait Justinus 9, 7. Tertull. pulchre de Resurr. carnis : *Gladius bene de bello cruentus, et melior homicida, laudem suam consecratione pensabit.* LIPS.

In præsens haud animadversum. Sensus : Tum quidem (παρὰ χρῆμα, ut Xenophon, aliique) nemo animum advertit, et præsagium aliquod in ea re notavit. Acidalius addebat *quod.* Freinsh. melius *id;* sed neutrum necessarium puto. Vulgatum Taciti mori aptius. ERN.

Post arma Julii Vind. Suet. 40.

Venerationem hominum. Muretus et Ursinus corrigebant *numinum.* Jac. Gronovius *cœlitum. Numinum* placebat etiam Schurzfleischio. Oppositionis lex tale quid desiderat. *Mortali fastigio* opponitur *veneratio numinum.* MSS. et edd. vett. addunt *item* ante *hominum* : quod sustulit Rhenanus. Broterius e MS. Reg. et sensu dedit *ven. deum.* Non male. ERN. Illud *item* ortum erat e vitiosa scriptura, quam Bud. servat *veneratio item hom.* pro *venerationem hom.* Non video, quomodo Rhen. asserere potuerit, *item* non esse in libro manuscripto. Ipse dedit *venerationem*, emendans scil. Bip. sic locum constituunt : *et ven. merito : item, hominum quorundam ad omina dolo*, i. e. inani sollertia rebus, ubi evenere, omina quærendi, *in signum exitus*, præsagium mortis, *verteretur.* Mihi simplicior longe emendatio in mentem venit, quam Hillero etiam placuisse video Rac. 19. *quorundam dolo ad omina sui exitus verteretur*, vel, ut Hill. *vertebatur.*

Quod ad omina olim sui exitus verteretur. Liquida apertaque sententia. *Olim* tantum sit significatione futuri : quod pueris non ignotum. At nostri critici (Rhen. sic conjectabat) ex Budensi codice, *quod clam ad omen ac dolum*, legunt, non sine meo risu. LIPS. Suspicabar ex scriptura Flor. *Fuerunt tamen, quos id*

honor principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit.

omen propinqui exitus adverteret. Tertio enim post anno periit. H. 2, 70., *Lætus ultro et tam propinquæ sortis ignarus.* Et c. 5. *exitu demum Neronis positis odiis in medium consulere.* Item c. 48. *mereri se festinato exitu clementiam victoris.* Gron. Scriptura Fl. est : *quorundam ad omnia dolum sui exitus verteretur.* Sic et Bud. et Guelf. nisi quod hic *dolo*, ed. pr. *solum*. Lectio vulgata est a Puteolano. In *quorundam* putem latere aliud quid. Nam *quod* hic durum et parum aptum. Broterius dedit *q. a. o. solum sui e. v.* quod nullo modo placet. Ern.

Nam deum honor principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit. Tertull. pulchre et apposite huic rei Apol. 34. *Si non de mendacio erubescit ejusmodi adulatio, hominem deum appellando : timeat saltem de infausto. Maledictum est, ante apotheosin, deum Cæsarem nuncupare.* Lips. Falsum id in Augusto, liquet ex Horatio et Manilio, inquit Huetius. At vir doctiss. non attendit, Augustum quidem poetis dictum esse deum et in provinciis aras et sacra habuisse ; verum non in urbe. Neronem in provinciis adpellatum fuisse deum, testatur numus ex ære minimo, ab Harduino laudatus in Sel. Opp. p. 724. ΝΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΘΕΟΣ capite laureato. Ex aversa parte ΙΟΥΛΙΟΣ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΕΤΕΡΓΕΤΗΣ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Sic Broterius.

C. CORNELII TACITI

AB EXCESSU

DIVI AUGUSTI

ANNALIUM

LIBER SEXTUS DECIMUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. I, II. Illudit fortuna vanitati Neronis per Bassum, qui thesaurum in Numidia defossum jactat, quem — III. Nero frustra quærit. — IV. Lustrali certamine victoria cantus oblata Neroni et corona facundiæ. — V. In eo spectaculo auditorum molestia et Vespasiani periculum. — VI. Poppæam mortuam laudat Nero apud rostra.

VII—IX. Pulsi Cassius et Silanus necantur.—X, XI. L. Vetus cum Sextia socru et Pollutia filia perit. — XII. Adcusatoris præmia. Mensium nova nomina. — XIII. Turbine ventorum vastata Campania. Pestilentia. Lugdunensem cladem princeps solatur. — XIV, XV. Sosiani fraude Chaldæorum consultores, P. Anteius et Ostorius Scapula, delati mortem jussi properant. — XVI. Taciti super tot cladibus querelæ. — XVII. Rufius Crispinus coactus se interficit. Mella falsis literis circumventus, similique arte Cerialis. — XVIII—XIX. C. Petronius, erudito luxu notus, Tigellini invidia exosus, venas sibi incidit, flagitia principi codicillis exprobrat. — XX. Inde Siliæ exsilium.

XXI, XXII. Thraseam Pætum adcusant Cossutianus et Eprius; — XXIII. Baream Soranum Ostorius Sabinus. — XXIV. Ad Neronem codicillos dat Thrasea. Is patres vocari jubet. — XXV, XXVI. Consultat Thrasea, an in curia de-

fensionem tentet. — XXVII. Nero senatum armis obsidet, infrequentiam patrum arguit. — XXVIII, XXIX. Marcellus Eprius Thraseam, Helvidium, Agrippinum, Montanum, — XXX. Ostorius Baream cum filia Servilia adcusant. — — XXXI. Eorum miserabilis defensio in senatu. — XXXII. Egnatius pseudostoicus perfide in Soranum agit; cui — XXXIII. Cassius Asclepiodotus egregiam fidem præstat. Thraseæ, Sorano, Serviliæ datur mortis arbitrium. Helvidius, Paconius, Italia pulsi. Montanus patri concessus. Adcusatores remunerati. — XXXIV. Thrasea libat Jovi Liberatori. Anni unius hæc gesta, quia reliqua libri Fatum invidit,

C. SUETONIO, L. PONTIO TELESINO, COSS.

I. Illusit dehinc Neroni fortuna, per vanitatem ipsius et promissa Cesellii Bassi; qui origine Pœnus, mente turbida, nocturnæ quietis imaginem ad spem haud dubiam retraxit: vectusque Romam, principis aditum emercatus, expromit, « repertum in agro suo specum

COMMENTARIUS.

Et promissa. Ita e Flor. Pichena edidit. Idemque (in Bud. et) a manu pr. fuit in MS. Guelf. estque in MSS. tribus ap. Broterium, ed. (Ven.) Puteol. Riv. At edd. pr. Beroald. *ex promisso*, quod etiam est a manu sec. in Guelf. Reg. et edd. omnibus usque ad Pichenam. Lectionem MS. Fl. dubiam facit tamen Jac. Gronovius: non quo ipse aliam notarit, sed, quod frater *et promisso* notavit, quod ille Tacito non indignum docet. In quo non fallitur. Sed frater fortasse falsus est. Argumentum e Beroaldo nihili est. Falsum enim, eum hos libros e Flor. edidisse. Ceterum, si *et promisso* libri idonei certa auctoritate firmaretur, id præferrem. Ern. In Regio quoque cod. Lall. reperit *ex promisso*, putatque Tacitum dedisse *et promisso*, ut 1, 2. *quum ferocissimi per acies aut proscriptione cecidissent.* Mox c. Agr. *et principis.*

Mente turbida. I. e. male sana, furiosa: pro quo verbo *turbidus* sæpe apud poetas dicitur. In MS. Guelf. marg. pro varia lect. notatur *torvida.* Sed est idem verbum alia et inusitatiori scriptura. *Bassum* equitem rom. vocat Sueton. Ner. 31. *Retraxit* pro more istius ætatis pro simplici *traxit* dicitur, quod alias in hac forma dicitur. V. ad Suet. Aug. c. 77. Ern.

altitudine immensa, quo magna vis auri contineretur, non in formam pecuniæ, sed rudi et antiquo pondere. Lateres quippe prægraves jacerē, adstantibus parte alia columnis: quæ per tantum ævi occulta augendis præsentibus bonis. Ceterum, ut conjectura demonstraret, Didonem Fenissam, Tyro profugam, condita Carthagine, illas opes abdidisse, ne novus populus nimia pecunia lasciviret, aut reges Numidarum, et alias infensi, cupidine auri ad bellum accenderentur. »

II. Igitur Nero, non auctoris, non ipsius negotii fide satis spectata, nec missis, per quos nosceret, an vera

1. *Adstantibus parte alia columnis.* An *sustinentibus penetralia? columnis, quæ nihil portant, verum occultandis præsentibus bonis* cod. Agric. — 2. *Et alias infensi.* Forte *ei.*

Præsentibus bonis latuerint. Latuerint non est in MSS. Flor. Bud. ed. pr. et bene deletum. Non opinor *occulta* addidisset Tacitus, si *latuerint* dedisset: quod ceterum est in MS. Guelf. edd. (Ven. et) ceteris omnibus, usque ad Beroecc. Ern.

Demonstret. Sic legitur hodie e conjectura Freinshemii cum in omnibus scr. (Bud. quoque) et edd. sit *demonstrat*: quod vitiosum esse, dubitari non potest. Sed in Guelf. syllaba ultima erasa est, et in litura scriptum t, fuitque, quantum oculis adsequi licuit, *demonstrarit* vel *demonstraret.* Hoc verum puto. Syllabam illam imperfecti sæpe in MSS. Taciti excidisse, sæpe monuimus. Secutus nos est Broterius. Ern.

Didonem Fenissam. Hæc scriptura est MS. Flor. (et Bud.) quæ et in edd. Lips. Freinsh. Gronoviorum reperitur, et a J. Gronovio defenditur. MS. Guelf. (et Agr.) *Phœnissam*, et edd. vett. omnes. (et Ryck.) Ex eodem Flor. J. Gronov. (et Heins.) dare voluit *Dido*, quæ forma est ap. Virg. Æn. 4, 383. sed operæ non paruerunt. Ern.

Nec missis visoribus. Ita *invisores* Apuleius dixit, etsi alio quodam sensu, 1. Florido: *Si quis forte in hoc pulcherrimo cœtu ex illis invisoribus meis malignus sedet.* Mirum, ni Sallustio quoque hæc vox restituenda apud Fabium 9, 3., *Unde usque eo processum est, ut non pœniturum pro non acturo pœnitentiam: et visuros, ad videndum missos idem auctor* (Sallustius) *dixerit.* Puto *visores*: et hinc sumpsisse nostrum. Lips. Hæc conjectura Lipsii fugit novissimos Quintiliani editores. Est autem vana. Nam de verbis sermo est, non substantivis. Et participium ibi esse debere, docet præcedens alterum insolens *pœniturum.* Miror, non potius conjecisse, legendum hic ex illo loco *visuris. Visoribus* omnes libri. Ut supra *visere* pro inspicere: ita h. l. *visor.* Sed ego plane pro insititio habeo. Nam et supervacuum

adferrentur, auget ultro rumorem, mittitque, qui velut paratam prædam aveherent. Dantur triremes et delec-

3. *Qui velut partam prædam.* Puto *partam jam prædam.*

est, et longe elegantius · *missis, qui noscerent.* Cum nemo alius scriptor bonus hoc verbo usus sit, credo in margine scriptum fuisse, et hinc in textum venisse. Nam, qui veteres codices tractarunt, non ignorant, sæpe in margine verba scripta esse a possessoribus codd. quibus indicaretur, de quo in textu ageretur. Talium magna copia in MS. Guelf. diversa manu scriptorum. Sic et in ed. pr. post c. 17. ante verba: *adsimulatis Lucani literis*, legitur: *finguntur literæ*: quod clarum est in margine scriptum migrasse in textum. Adde in primis exemplum luculentum ex ed. pr. ad Hist. 1, 89. et *flabra Aquilonis* H. 2, 98., *vineæ*, 3, 20. ut alia taceam. Et similia in aliis libris veteribus scriptis et editis reperi. *Visores*, barbara ætate dicti, qui ad rem inspiciendam mitterentur, de qua lis, quæstio esset: ipsam inspectionem dixere *visum*, *visionem*: etiam testes, qui rei gestæ interfuissent, *visores* appellati, ut Cangius docet in lexico. Delevit et Broterius. Ern. *Visoribus* habet etiam Bud. Servavit Lall. Retinent Bip. qui similia alibi occurrere docent, *risores*, *provisores*, *sessores*, *notores*, *cupitores*. Probarem, ni vocem, antiquis insuetam auctoribus, medio ævo tritam fuisse nossem, unde facile potest a sciolo quodam margini esse adlita.

An vera adferrentur. Sic edd. Puteol. Beroaldi, Alc. Gronoviorum, Ryckii. At MSS. edd. pr. Rhen. (e Bud.) usque ad J. F. Gron. *assererentur.* Flor. lectionem dubiam facit, quod ibi est *adferre* et deinde initio sequentis versiculi *rentur*, in eoque MS. cum vox dividitur, ultima syllaba fere repetitur ab initio alterius versus: unde colligunt, scribam *adferrentur* dare voluisse. Ego *assererentur* verum esse non credo. Sed propter consensum librorum suspicor fuisse *asseverarentur*, ut supra pro *asseveravit* vidimus *asserui* 2, 83. et mox c. 3. de eadem re eodemque homine: *dum hunc vel illum locum promissi specus adseverat.* Adsentitur Broterius. Ern. Sic et Mur. Acidal.

Velut partam prædam. Legit *paratam* Acidalius. Idque mihi, cum primum hunc locum legi, in mentem venit, adeoque necessarium visum est, ut *partam* pro mendo typographico haberem: quod secus esse, deinde ex aliis libris didici. Itaque non dubitavi, etiam contra libros recipere, æquis, ut spero, intelligentibus omnibus. Primum *præda parta* per latinitatem aliter dici non potest, nisi de præda ea, quæ labore constet, aut opera qualicunque tua, ut *pax parta*, *divitiæ partæ*, et alia similia. At *præda parata* est, quæ sine sudore et sanguine venit, estque solenne talis prædæ epitheton, ut apud Ovid. Her. 8, 82. pro qua et *oblatam* dixit Met. 3, 246. Noster in seqq. *obvias opes* et a diis delatas vocat; item c. 3. *oblatas*. Similiter *victoria parata*, apud Petronium c. 15. ubi recte Burmannus Livio 5, 6. in simili loco *paratam victoriam*, pro *parta* reddi vult, quod, recipiendum et

tum remigium juvandæ festinationi. Nec aliud per illos dies populus credulitate, prudentes diversa fama, tulere. Ac forte quinquennale ludicrum secundo lustro celebrabatur : a narratoribus oratoribusque præcipua ma-

4. *Et delectum navigium.* Lego *id delectum.*

sine libris, in MSS. inventum deinde, recepit Drakenborchius ; qui plura ibi congessit, pluribus locis sic correctum recte, ostendit, sæpissimeque in uno Livio ea verba commutata. Ern. Bud. male *partem prædam veherent.*

Prædam aveherent. Sic edidi pro *advehérent*, quod est in libris, quos vidi, omnibus, receptique etiam Broterius. Nam etsi hoc quoque sensum habet, intellecto *Romam :* tamen illud est legitimum verbum et ordinarium in hac re : et sæpe ei illud substitutum est in MSS. quippe etiam *avehere aliquid domum* dicitur, non *advehere*, ut imperiti librarii subinde dedere, apud Liv. 9, 4. 45, 33. et *Carthaginem avehere* 38, 42. ubi itidem prope omnes libri *advehere.* Ut adeo non dubitandum, quin hic quoque *aveherent* verum sit. V. Drakenb. ad Liv. 9, 4. Aliter est infra c. 14. ubi *missæ liburnicæ*, *advehiturque Sosianus.* Nam ille arcessendus, adducendus erat, ut ederet indicium. Ern.

Dantur triremes et delectum navigium juvandæ festinationi. Valde placet Boxhornii conjectura : *delectum remigium.* Vide quæ notamus ad Liv. 26, 51. Gron. Rectissime. Jac. Gronovius quidem defendit vulgatum, intelligitque naves, oneri avehendo delectas : sed vir doctissimus non attendit satis verba *juvandæ festinationi*, quæ sine *remigium* intelligi non possunt. *Remigium* est multitudo remigum. Ern. Occurrit et alibi apud nostrum. V. 3, 1. 14, 39.

Nec aliud per illos dies populus plus credulitate. Fefellerat me optimus Pichena, opinatus in MS. esse *populus plus :* unde tentabam, quod dictum est : nam *populum* et *plebem* sæpe distingui ex Livio Plinioque notavimus ad Senecam de Ira 3, 18. Sed, ipso libro Florentiæ inspecto, inveni nil aliud quam *popls.* quod est *populus*, non *populus plus ;* statimque emendavi conjecturam meam aliquot annis ante, quam suam Marcus proderet, cui tamèn laudem suam non invidemus. Gron. Pichena *populus plus* non e MS. Flor. sed ed. Veneta (et nonnullis aliis) laudat. Boxhornius verum vidit. *Plus* abest et a MS. Guelf. (Bud.) ed. pr. Rhen. sqq. Habet Puteol. Ber. Alc. Tum iidem omnes *prodentis*, quod cum nil aliud esset quam *prudentes* (ut supra *torvida* pro *turbida* et sexcenta alia) cepere librarii pro genitivo participii a *prodere*, et ei rei numerum verbi accommodavere, dederuntque *tulerat* pro *tulerunt*, aut ut e Flor. editur *tulere. Prudentes tulere* primus edidit Gronovius, quod verum est. Miror Ryckium recipere dubitasse. Terminatio *at* videtur nata ex *ac*, quod non est in MS. Guelf. Ern. Nec in Bud. Idem *tulerat.*

Oratoribusque præcipua. Vatic. (et Bud.) *abaratoribus oratoribus-*

teria in laudem principis adsumpta est. « Non enim tantum solitas fruges, nec metallis confusum aurum gigni, sed nova ubertate provenire terram et obvias opes deferre deos : » quæque alia, summa facundia nec minore adulatione, servilia fingebant, securi de facilitate credentis.

III. Gliscebat interim luxuria spe inani, consumebanturque veteres opes, quasi oblatis, quas multos per

5. *Principis assumpta est.* Forte *principis inde assumpta.* Lege ex vestigiis Medic. *unde rhetoribus oratoribusque nova.*

que. Legerim, *ac rhetoribus oratoribusque :* vel *ac vatibus oratoribusque.* Certe, et vates et oratores musico illo agone certasse scimus. Lips. Etiam Flor. *anaratoribus oratoribusque.* At MS. Guelf. ed. pr. aliæque vett. ut Vatic. In Agr. libro *ab auctoribus*, quod placet Ryckio, qui de poetis accipit, quos tamen *auctores* ita simpliciter, et nulla ante carminis mentione facta, dici non docet, nec doceri potest : de historicis dicitur. Jac. Gronovius pro certo venditat, inque textum recipit *ab actoribus :* quod imitari non audeo. Nam de poetis hic sermonem esse, clarum est. Ii *actores* non dicuntur. Mihi Lipsianum *ac vatibus* magis placet, sive potius, ut minus a vestigiis corruptæ scripturæ recedatur, *ab cantoribus.* Nam musicum certamen fuit et carmina canebantur ab auctoribus. Nero ipse sua carmina, certe quæ sua putari volebat, cecinit : et c. 4. junguntur *victoria cantus* et *facundiæ corona*, et c. 21. Thrasea canit in ludis Patavinis tragico habitú, haud dubie suum carmen. Spero non improbaturos viros doctos hanc correctionem. *A vatibus* recepit Broterius. Ern. Pich. volebat *ab adulatoribus*, quia mox adulationis mentio. Hill. Rac. 16. vel hoc probat vel Lipsii *ac vatibus.* Bip. legunt *a narratoribus*, i. e. poetis, quibus scil. tribuuntur narrationes, narratiunculæ ap. Quinct. 2, 4. 1, 9. Etsi hoc non satis arrideat, recipiendum puto, quippe quod proxime ad Flor. lectionem accedit.

Provenire terras. Nova ubertate provenire terras est novo genere fœtus esse fœcundas et fertiles. Sic Plautus in Trucul. 2, 4, 33., *Cumque bene provenisti salva, gaudeo.* Et eadem fabula 2, 6, 35., *Cum tu recte provenisti, cumque es aucta liberis, Gratulor.* Gron. *Terram* MSS. Flor. Guelf. (Bud.) et alii ed. pr. quod recepi. Edd. ceteræ ante Rhen. *terræ :* locus ipse verbi indicat, id verum non esse. Rhenanus dedit (ex ingenio) *terra* cum seqq. At a Lipsio inde editum *terras.* Post *servilia* vereor, ne *ingenia* exciderit. Nam *servilia* intelligi possunt in *adulatione*, nec iis aptum verbum *fingebant.* Ern. Reg. etiam *terram* ap. Lall. *Servilia* adcusandi casu dici, ostendit sequens *secuti.* Intelliguntur commenta putida, ingenuis viris indigna. V. Hill. Rac. 16.

Veteres opes. Cf. Sueton. 41.

annos prodigeret. Quin et inde jam largiebatur : et divitiarum exspectatio inter caussas paupertatis publicæ erat. Nam Bassus, effosso agro suo latisque circum arvis, dum hunc vel illum locum promissi specus adseverat, sequunturque non modo milites, sed populus agrestium, efficiendo operi adsumptus, tandem, posita vecordia, « non falsa ante somnia sua, seque tunc primum elusum, » admirans, pudorem et metum morte voluntaria effugit. Quidam, « vinctum ac mox dimissum, » tradidere, « ademptis bonis, in locum regiæ gazæ. »

IV. Interea senatus, propinquo jam lustrali certamine, ut dedecus averteret, offert imperatori « victo-

Effosso agro. Simillima stultitia Pompeii exercitum incidit, cum is in eadem Africa, contra Domitium et Iarbam, militaret. Nam, cum quidam thesauros aliquos casu reperissent, fuere, qui dicerent persuaderentque, totum eum locum auri plenum, a cladibus Pœnorum ibi repositi. Atque ita miles avidus ad fodiendum se dedit per plures dies, Pompeio ridente simul et indignante, tantam illam multitudinem stulta avaritia et labore fatigari : donec tandem fessi et irriti clamarent : *Duceret jam quo vellet, satis se pœnarum stultitiæ suæ dedisse.* Plut. in Pomp. c. 11. Lips.

Dum hunc vel illum locum etc. Ita MSS. Flor. (Bud.) edd. inde a Puteol. omnes, nisi quod hic (et Bud.) habet *promi*, vitio, ut opinor, operarum, sequente, ut solet, Rivio : quod Beroaldus correxit *promissi*. Ed. pr. MS. Agr. non habent *promissi specus*. At MSS. Oxon. Guelf. *dum hoc vel illo loco promi specus*. Mox *antea* e Flor. recepit Pichena, cum seqq. Ego *ante* servavi, quod omnes alii libri (et Bud.) habent, ut multitudo ὁμοιοτελεύτων vitaretur. Ern.

Seque tunc primum el. *Tunc* sane referri potest ad tempus, quo somnium habuit : sed melius puto *nunc*. Bene opponuntur *antea* et *nunc* ; non *antea* et *tunc*. Pro *primum* Broterius malit *primo* e MS. Reg. et ed. pr. Sed id sensus non patitur. Ern. Bud. *primum*. Bud. quoque *tunc*. Nec video, cur non æque opponi possit τῷ *ante*.

Lustrali certamine. Sive quinquennali. Quod hic quidem anno sexto celebrari, miratur vir doctissimus, et erroris, cui latebra non sit, pæne Tacitum adcusat. Nam debebat quinto celebrari, inquit, quatuor duntaxat annis interjectis. An distulisse Neronem aliquis dixerit ? ille vero antevenire solet, cupidine certaminum, et ante præstitutam diem revocare quod Suetonius in Nerone 21. scripsit. Hæc vir ille magnus. Ego autem siquid video, aut firmiter numero, abnuo Tacitum ultra quintum annum produxisse. Ecce insti-

riam cantus,» adjicitque «facundiæ coronam,» qua ludicra deformitas velaretur. Sed Nero, «nihil ambitu, nec potestate senatus opus esse,» dictitans, «se æquum adversus æmulos, et religione judicum meritam laudem adsecuturum,» primo carmen in scena recitat: mox, flagitante vulgo, «ut omnia studia sua publicaret» (hæc enim verba dixere) ingreditur theatrum, cunctis citharæ legibus obtemperans: ne fessus resideret, ne sudorem, nisi ea, quam indutui gerebat, veste detergeret: ut nulla oris aut narium excrementa viserentur. Pos-

6. *Se æquum adversus æmulos et religione.* Alii alia. Scribo *seque securum adversus æmulos de religione.* Ann. 3, 28., *potentiæ securus.* — 7. *Excrèmenta viserentur.* Lege *ejicerentur.*

tutum est Nerone IV. Cornelio Cosso coss. U. a. 813. nunc secundo editur Silio et Attico coss. a. 818. Certe ab illo ad istum ipsi anni quatuor intersunt, et quinto nunc anno editur; aut omnes calculi me fallunt. Lips. Vir magnus est Scaliger Em. temp. p. 469, 470. Petavius Doctr. Temp. L. 11. c. 15. defendit Tacitum, ex eo, quod iste agon quinquennalis fuerit, i. e. quinque solidis annis vertentibus instauratus, ad modum lustri romani, non Olympiadis. Victoriam Neronis alteram, ab Eusebio notatam, non fuisse secundi agonis Neronei, de quo Tacitus. Sane Tacitus ipse *secundum lustrum* vocat. De annis quinque solidis id in hoc agone accipiendum esse, constare hodie ait Pagius Crit. Bar. ad a. C. 60. Cum enim agona *ad modum Græcorum certaminum* institutum sæpe idem dicit, id de ritu et genere ludorum potius, quam tempore accipiendum. Neque tamen commode Eusebius de alius certaminis corona accipitur, quod quale fuerit et qua de caussa institutum, non dixerit utique Petavius. Quid? quod etiam sic anni non conveniunt. Nam primum agona recte dicit ab Eusebio conferri in a. Periodi Jul. 4772. secundum a Tacito conferri in a. 4778. Atqui Suetonius etiam ante legitimum tempus revocatum dicit: quod non nisi de secundo accipi potest, partim propter modum loquendi, quo Suetonius utitur; partim quia bis tantum illum agona celebravit Nero. Sed hæc aliis diligentius excutienda relinquimus. Mox *adjicitque*, quod e Flor. edidit Pichena, etiam in Guelf. et ed. pr. De *ambitu* dictum ad 1, 15. Ern. Bud. *adicitque*, more suo.

Se æquum. Quasi diceret, se æqualem et parem in hoc certamine. Sed non displicet, quod olim conjeci, *seque unum adversum æm.* Lips. Prius melius. *Seque* conjiciebat Acidalius. Ern. Deleto *et* ante *relig.*

Excrementa viserentur. MSS. Flor. Bud. Guelf. ed. pr. *viserent*, subaudi *spectatores.* Puteolanus ex

tremo flexus genu, et cœtum illum manu venératus, sententias judicum opperiebatur ficto pavore. Et plebs quidem urbis, histrionum quoque gestus juvare solita, personabat certis modis plausuque composito. Crederes lætari : ac fortasse lætabantur, per incuriam publici flagitii.

8. *Plausuque composito. Apposito* cod. Agric.

eo fecit *viserentur*, quod omnes secuti sunt. Ern.

Flexus genu. Immo et solennia histrionum verba hæc pronuncians, Κύριέ μου εὐμενῶς μου ἀκούσατε. Ex quo intellegis, quid *principium* apud Suet. sit Nero 21. *Utque constitit peructo principio, Nioben se cantaturum per Cluvium Rufum pronunciavit.* Anteloquium scilicet illud citharœdicum, emerendi favoris : uti et principia quædam, legitimo carmine, olim oratorum. De adoratione manu, dico ad H. 1. Lips. Parabat, ut videtur, ad c. 36. *adorare vulgum*, notare quædam, sed promissis non stetit.

Et cœtum illum manu veneratus. In culpa ponit Tacitus. Tamen imperatoribus postea id servatum, ut solenni ritu populum adorarent in circo. Claudianus pulchre De VI. Cons. Honorii 611. *O quantum populo secreti numinis addit Imperii præsens species! quantamque rependit Majestas alterna vicem! cum regia circi Connexum gradibus, veneratur purpura, vulgus : Consensuque cavæ sublatus in æthera vallis Plebis adoratæ reboat fragor.* Lips. Mox *plebs urbis* MSS. ed. pr. Rhen. (e Bud.) etc. at Puteol. Riv. Ber. Alc. *verbis :* male. *Juvare gestus* est favore, plausu incitare studium histrionis. Liv. 1, 25. *tum clamore Romani adjuvant militem suum.* Quod idem c. 12. vocat *favore addere animum.* Ern.

Certis modis plausuque composito. Ars enim, si dis placet, utriusque rei : acclamandi et plaudendi. Itaque addit, *cum manibus nesciis fatiscerent, turbarem gnaros.* In edicto Theoderici regis ad populum rom. ep. 1, 31. Variar. Cassiodori : *Soletis aera ipsum mellifluis implere clamoribus, et uno sono dicere, quod ipsas quoque belluas delectet audire. Profertis voces organo dulciores ; et ita sub quadam harmonia citharæ concavum theatrum per vos resonat, ut tonos possit quilibet credere, quam clamores.* Modulatum hunc clamorem concentum appellat Plinius in Paneg. c. 2. *Et populus quidem rom. dilectum principum servat, quantoque paullo ante concentu formosum alium, hunc fortissimum personat.* Dio 73, 2., Εὐρύθμως ἐκβοᾶν, in Pertinace : Ὅσα τε διάθεσιν ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ τῇ τοῦ Κομμόδου θεραπείᾳ εὐρύθμως τως ἐκβοᾶν, ταῦτα τότε μετασχηματίζοντες εἰς τὸ γελοιότατον ἐξῇδον. Vide quædam hujus rei ad H. 1. Lips. Respicit ad H. 1, 35. *ruere in plausus*, sed et hic tacet.

Per injuriam p. f. Hoc nullum sensum habet. *Incuriam* correxere Acidalius et Boxhornius : idque cuivis in mentem veniat : quod est eviden-

V. Sed qui remotis e municipiis, severamque adhuc et antiqui moris retinentes Italiam, quique, per longas provincias, lasciviæ inexperti, officio legationum aut privata utilitate, advenerant, neque adspectum illum tolerare, neque labori inhonesto sufficere : cum manibus nesciis fatiscerent, turbarent gnaros ac sæpe a militibus verberarentur, qui per cuneos stabant, ne quod temporis momentum impari clamore aut silentio segni præteriret. Constitit, plerosque equitum, dum per angustias aditus et ingruentem multitudinem eniituntur, obtritos, et alios, dum diem noctemque sedilibus continuant, morbo exitiabili correptos. Quippe gravior inerat metus, si spectaculo defuissent, multis

9. *Plerosque equitum. Militum* cod. Agr. Opinor *plures atque equitum*. Sed vide H. 1, 86. 4, 30.

tiæ signum. Unde recipere non dubitavi. Ern. Sequuntur Lall. et Bip. (* et D. de Lamalle.) Sequor et ego. Contra Broterius vulg. tenet, et cum Huetio ita exponit: etsi sibi injuria per publicum hoc flagitium fieret, et magnum sibi dedecus conscisceretur. Verum præpositio *per* caussæ vim habet, et male sic in adversativam detorquetur.

Severamque adhuc. Rod. Agricola legebat : *severaque*, et, *retinente Italia*. Lips. Recepit Freinsh. cum seqq. Ryckius autem ex ipso cod. Agr. dedit *et adhuc antiqui*. nihil refert. Scripti et edd. vett. omnes *severamque a. e. a. m. retinentes Italiam*, quod restituit Broterius. Sane ob unum item librum non mutanda erat lectio, quæ tamen explicari potest. Mox *longinquas* edidit Pichena velut e Flor. pro *longas*. Sed in codice illo est *lonquas*, quod nihil aliud est quam *longas*. Sic illam scripturam in MS. Livii capit Drakenb. ad 4, 18. Enimvero omnes alii libri habent *longas* : et, *longus* pro *longinquus* dici, hodie notissimum est. Vid. Drakenb. l. c. et ad Sil. 6, 628. Itaque *longas* restitui. Ern. Agricolæ lectionem probat Acid. recepit Lallem. Bud. servat vulgatam, quæ bonum sensum fundit, quicquid contra dicat Ryckius. Olim Pichena, nuper Brot. et Bip. quoque retinuere. Dein Bud. habet *longas*. Bip. dedere *longinquas*. Mox Bud. *lasciviam experti*. Male.

Officio legationum. De his legationibus urbium v. l. 4. D. de Legat.

Quippe gravior inerat metus. O ludos, o ineptias, sed cruentas et tristes! Nam mors comes aut exsilium, si quis segniter audivisset scilicet hunc Phœbum. Philostratus scite narrat 4, 39., *Apollonium venisse Romam et in hospitium quoddam per hæc tempora divertisse. Ibi*

palam, et pluribus occultis, ut nomina ac vultus, alacritatem, tristitiamque coeuntium scrutarentur. Unde tenuioribus statim irrogata supplicia, adversus illustres dissimulatum ad præsens et mox redditum odium. Ferebantque « Vespasianum, tanquam somno conniveret, a Phœbo liberto increpitum, ægreque meliorum precibus obtectum : mox imminentem perniciem majore fato effugisse. »

VI. Post finem ludicri, Poppæa mortem obiit, fortuita mariti iracundia, a quo gravida ictu calcis adflicta est. Neque enim venenum crediderim, quamvis quidam

10. *Mox imminentem perniciem.* Puto *e noxa, noxæ reus* Ann. 3, 13. — 11. *Neque enim venenum crediderim.* Lege *de veneno.*

autem hominem quendam, scenico habitu, citharam tenentem et pulsantem, cantantem etiam, sed rudi et absona voce, supervenisse, qui solitus esset urbem ita perambulare et Neronis carmina cantillare. Quæ siquis aut negligentius audisset, aut mercedem condignam non dedisset, ab eo tanquam impietatis reus conviciis petebatur et in carcerem ducebatur. Chordam præterea, usu detritam et fractam, quæ in ipsa Neroniana cithara fuisset, ut ceimelium aliquod in arcula ferebat : atque eam emptam sibi duabus minis ferebat. Nec cuiquam porro venditurum, nisi qui præstantissimus in ea arte esset, et aliquando Pythiis vicisset. Atque addit, Apollonium ipsum et comites ejus, cum adfici non viderentur, adcusatos ab eo, ut *divinæ vocis contemptores*, sed mercedula tamen data hominem placasse. Lips. Mox pro *redditum odium* Groslotius (in Syll. Burm. t. 1, p. 353.) malebat *editum*. Id firmari posset e 4, 35. sed ibi vid. Ern. In Bud. a 1. m. erat *editum*; inde 2. m. fecit *redditum*

Vespasianum a Phœbo. Hoc igitur periculum Romæ adiit, ut hic Tacitus : sed simile in Achaia. de quo Suetonius Vespas. 4. *Peregrinatione Achaica, inter comites Neronis, cum cantante eo aut discederet, aut præsens obdormisceret, gravissimam contraxit offensam : prohibitusque non contubernio modo, sed etiam publica salutatione.* Itaque sæpius in ista re subrusticus et vere Sabinus vir peccavit. Quod porro ad Phœbum, is libertus admissionum fuit, ex Suet. Vespas. 14. De eo lapis, TI. CLAVDIO. AVG. L. PHŒBO. CLAVDIA. PANAITYCHIS. LIPS. Apud Grut. p. 610, n. 7.

Majore fato effugisse. Videtur respexisse ad poetis jactata *fata magna, majora* : de quibus copiose Bentlei. ad Horat. Ep. 2, 1, 6. Sensus : quia majoribus rebus destinatus erat, nec posset adeo a Nerone perimi. Ern.

scriptores tradant, odio magis, quam ex fide, quippe liberorum cupiens et amori uxoris obnoxius erat. Corpus non igni abolitum, ut romanus mos; sed, regum externorum consuetudine, differtum odoribus conditur, tumuloque Juliorum infertur. Ductæ tamen publicæ exsequiæ, laudavitque ipse apud rostra « formam ejus, et quod divinæ infantis parens fuisset, » aliaque fortunæ munera pro virtutibus.

VII. Mortem Poppææ, ut palam tristem, ita recordantibus lætam, ob impudicitiam ejus sævitiamque nova insuper invidia Nero complevit, prohibendo C. Cassium officio exsequiarum. Quod primum indicium mali : neque in longum dilatum est. Sed Silanus

12. *Ut romanus mos. Romanis* cod. Agr.

Ut romanus mos. Cod. Agr. *Romanis.*

Differtum odoribus. Plinius de Arabia 12, 18. (41.) *Periti rerum adfirmant, non ferre tantum annuo fœtu, quantum Nero princeps novissimo Poppææ suæ die concremaverit.* Lips. Si non combusta Poppæa in rogo, quo modo *concrematum* tantum aromatis? Nam ante dixerat Plinius, aromata adhiberi *urendis defunctis.* Plinius videtur audisse, absumptum tantum in funere Poppææ, et retulisse hic, e more solito, ad combustionem. Tacitus audiendus. Ern.

Tumulo Juliorum. Supra 3, 4 et 9. *tumulus Augusti et Cæsarum* salutatur.

Divinæ infantis parens. V. 15, 23.

Ita recordantibus lætam. Muretus *recondentibus:* quod illi *palam* opponitur. Acidalius probat (it. Lall.) Certe vulgatum vitiosum est. Forte fuit : *ita lætam, recordantibus impud. e. s.* Mox eleganter Acidalius : *neque i. longum dilatus est :* sed non necessario. Intellige *malum.* Ern. *Recordantibus*, i. e. in mentem revocantibus flagitia Poppææ. Sic sensus planus, nec quicquam mutandum. Multo minus admittenda expositio Bip. qui reddunt : cogitantibus sibi posse accidere, quæ aliis. Cf. Hiller. Rac. 18.

C. Cassium. De hoc cf. 6, 15. 12, 11, 12. Plin. ep. 7, 24. De *Siluno* 15, 52.

Silanus. Suspicor eumpse esse, cui postea statua in foro posita, curante Capitone. Qua de re Plinii epistola tota 1, 17. ad Corn. Titianum. Corrupte hoc nomen scriptum in Comm. Juvenalis ad illud Sat. 1, 33... *magni delatoramici. Heliodorum dicit stoicum philosophum, qui Licinium Silanum condiscipulum suum... testimonio oppressit.* Lege *L. Junium.* Lips. Post *objectatumque* MS. Corb. (et Agr.) non male. Ern.

additur : nullo crimine, nisi quod Cassius opibus vetustis et gravitate morum, Silanus claritudine generis et modesta juventa, præcellebant. Igitur missa ad senatum oratione, « removendos a republica utrosque, » disseruit : objectavitque Cassio, « quod inter imagines majorum etiam C. Cassii effigiem coluisset, ita inscriptam : DUX PARTIUM. Quippe semina belli civilis et defectionem a domo Cæsarum quæsitam. Ac, ne memoria tantum infensi nominis ad discordias uteretur, adsumpsisse L. Silanum, juvenem genere nobilem, animo præruptum, quem novis rebus ostentaret. »

13. *Tantum infensi nominis.* Forte *in tantum.* Et *ne memoria.*

Duci partium. Budensis codex *Dux.* Non male. Hæc autem historia est : quam eleganter Ambros. 1. Offic. tangit : *Si tyranni aliquis habeat imaginem, nonne obnoxius est damnationi? Memini, legisse me quosdam capitali supplicio damnatos, quia Bruti et Cassii interfectorum Cæsaris imagines asservarent.* De titulis autem imaginum scripsi in Electis, 1, 29. LIPS. Forte *ita* vitiosum est. Ita mollior dativus. Nam non potuit esse in imagine scriptum *Duci partium*, quasi ea imago ipsi consecrata esset, et honori ejus posita; quia fuit inter ceteras gentis imagines, sed in titulis nomini subjectis fuit etiam dux partium Pompeianarum. Miror, hoc Broterium non assecutum esse. ERN. Lectio Bud. unice vera. Expressi. Paullo ante Bud. non habet *etiam.* Commode potest abesse.

Ac ut memoria. Lego *ac ne.* LIPS. Frustra interpretantur, quod vitiosum est. Recte Lipsius ac Faernus, *ac ne.* Hoc enim significat : et, quasi non sufficeret infamis ac damnati hominis memoriam renovasse palamque coluisse, (quod quid aliud, quam parricidium ejus probare et ad simile scelus præsentes vocare ?) adjunxisse partibus etc. Vel etiam : Et, ne ad rebellionem stimulandam una hostis Cæsarum imagine niteretur, in qua præter nomen nihil est additamenti, assumpsisse Silanum, etc. GRON. Res ita evidens est, ut *ne* recipere non dubitarim : præsertim, cum *ut* ne sit quidem in Florent. ERN. Nec in Bud. nec Agr. nec Regio Lall. Credo, id *ne* ob sequentem syllabam *me* excidisse et ab hac esse absorptam.

Animo præruptum. Non, *promptum :* ex Vaticano. Præruptus, uti præfractus, de iis, qui rigida effrænique audacia sunt. Ita Ciceroni pro Roscio Amer. 24. *Prorupta audacia*, dicta. LIPS. *Præruptum* MS. Flor. (Bud.) et a pr. manu fuit in Guelf. at sec. mutavit in *promptum :* quod est etiam in (cod. Agr. et) edd. pr. ceterisque usque ad Lipsium. *Prærupta dominatio* est 5, 3. ERN.

VIII. Ipsum dehinc Silanum increpuit iisdem, quibus patruum ejus Torquatum, « tanquam disponeret jam imperii curas, præficeretque rationibus et libellis et epistolis libertos : » inania simul et falsa. Nam Silanus intentior metu et exitio patrui ad præcavendum exterritus erat. Inducit posthac, vocabulo indicum, qui in Lepidam, Cassii uxorem, Silani amitam, « incestum cum fratris filio et diros sacrorum ritus » confingerent. Trahebantur, ut conscii, Vulcatius Tullinus ac Marcellus Cornelius, senatores, et Calpurnius Fabatus, eques romanus : qui, adpellato principe, instantem damnationem frustrati, mox Neronem, circa summa scelera distentum, quasi minores evasere.

IX. Tunc consulto senatus « Cassio et Silano exsilia » decernuntur : « de Lepida Cæsar statueret. » Deportatus-

14. *Ad præcavendum exterritus erat.* Forte *exercitus.* 14, 56., *exercitus consuetudine velare odium.* 16, 32., *ore ad exprimendam imaginem honesti exercitus.* Sic cod. Agr. cum vulgatis.

Disponeret imperii curas. Cf. 15, 35.

Inania. Bud. *et inania.* Sic et Flor. et Ven. sed Pichena sustulit copulam.

Ad præcavendum exterritus. Frustra in hac forma loquendi hærent Ursinus et Gruterus et Heinsius, qua aliquoties usus est ante Tacitus. Vid. ad 2, 62. Ern.

Lepidam. Duas filias C. Appio Silano peperit Æmilia Paulla, Juniam Calvinam, de qua 12, 4, 8. et hanc Juniam Lepidam. Ryck.

Vulcatius Tullinus. Credo *Tertullinus :* supervixitque ad principatum Vespasiani H. 4, 9., *Vulcatius Tertullinus tribunus plebei intercessit.* Lips. Bud. *Volcatius.*

Marcellus Cornelius. Quem Galba deinde interfecit H. 1, 37., *Quam gloriam ad principatum attulit, nisi occisi Obultronii Sabini et Cornelii Marcelli in Hispania?* Noto eo, quia Tacitus ipse admonet, evasisse eos hoc discrimen et Neroni superfuisse. Lips.

Calpurnius Fabatus. Ille prosocer Plinii Secundi. Lips. Ad quem pertinet inscriptio ap. Gruter. p. 382. quam ad h. l. protulere Alciatus et Ryckius. Ern. Cf. Plin. ep. 5, 12. 7, 32.

Tunc consulto senatus Sic MSS. Flor. Bud. Agr. Guelf. ed. pr. quod recepit Ryckius. Ceteræ edd. *Senatusconsulto.* Ern. In Flor. et Bud. est *consulto senatu*, quod probat Vertranius.

que in insulam Sardiniam Cassius et senectus ejus exspectabatur. Silanus, tanquam Naxum deveheretur, Ostiam amotus: post municipio Apuliæ, cui nomen est Barium, clauditur. Illic, indignissimum casum sapienter tolerans, a centurione, ad cædem misso, corripitur: suadentique, « venas abrumpere, animum quidem morti destinatum, » ait, « sed non permittere percussori gloriam ministerii. » At centurio, quamvis inermem, prævalidum tamen et iræ quam timori propiorem cernens, premi a militibus jubet. Nec omisit Silanus obniti et intendere ictus, quantum manibus nudis valebat, donec a centurione vulneribus adversis, tanquam in pugna, caderet.

15. *Et senatus jus exspectabatur.* Puto *senectus*, vel, *senecta rei spectabatur.* Cod. Agr. *et penates ejus.* Paullo ante *consulto senatus.* Idem cod. Agr. et Budensis. — 16. *Centurione ad cædem misso.* Malim *immisso*, quod proprium hac in re verbum. Vid. H. 1, 34. *immisso percussore* Ann. 3, 16. *immissus adcusator* Ann. 4, 19. Vide et 15, 69., *Tribunum cum cohorte militum immittit.* 11, 1., *Suilium adcusandis utrisque immittit.*

Senatus jus exspectabatur. Vulnus, cui non medeor. Palmerius legit (ita ab Hieron. Berchemio accepi, veteri meo amico): *senatus jussus spectabatur.* Franc. Medices: *et senectus ejus exspectabatur.* At de exsilio Cassii convenienter cum Tacito Pomponius de Orig. juris: *Caius Cassius Longinus plurimum in civitate auctoritatis habuit, donec eum Cæsar* (Nero, non Claudius, uti censent) *pelleret: expulsusque ab eo in Sardiniam, revocatus a Vespasiano.* De eximia ejus scientia noster 12, 12. *Ea tempestate Cassius ceteros præeminebat peritia legum.* Plinius Epist. 7, 24., *Lætor, quod domus C. Cassii, hujus qui Cassianæ scholæ princeps et parens fuit, serviet domino non minori.* Lips. Acu rem tetigit Fr. Medices. Sic 13, 33., *P. Celerem, quia absolvere nequibat Cæsar, traxit, senecta donec mortem obiret.* Gron. Recepi *senectus ejus*; est enim evidens, ita legendum esse. Certe *ejus* habent libri boni. Flor. Agr. Guelf. (Bud. Reg. ap. Lall.) ed. pr. Id igitur repudiari non debet. Itaque, si maxime Tacitus non scripsit *senectus ejus*, sed aliud quid, tamen tolerabilius est *senatus* mutari in *senectus*, quam *ejus* in *jus*; unde nulla sententia commoda sit, cum illud clarum et Tacito dignum sit. Quo magis veniam facti me consecuturum spero. Heinsius insuper malebat *respectabatur* i. e. considerabatur: existimabant, cum senex esset, etiam sponte mox moriturum. Ern. Supra 11, 26. habes etiam *senectam opperiri.*

X. Haud minus prompte L. Vetus socrusque ejus, Sextia, et Pollutia filia, necem subiere: invisi principi, tanquam vivendo exprobrarent, interfectum esse Rubellium Plautum, generum Lucii Veteris. Sed initium detegendæ sævitiæ præbuit, interversis patroni rebus, ad adcusandum transgrediens Fortunatus libertus, adscito Claudio Demiano, quem, ob flagitia vinctum a Vetere, Asiæ proconsule, exsolvit Nero, in præmium adcusationis. Quod ubi cognitum reo, seque et libertum pari sorte componi, Formianos in agros digreditur. Illic eum milites occulta custodia circumdant. Aderat filia, super ingruens periculum, longo dolore atrox, ex que percussores Plauti, mariti sui, viderat: cruentamque cervicem ejus amplexa, servabat sanguinem et vestes respersas; vidua, implexa luctu continuo, nec ullis alimentis, nisi quæ mortem arcerent. Tum, hortante

17. *Vidua implexa luctu continuo.* Vide Acidalium. Opinor, *vidua exesa luctu continuo.* Deinde bene cod. Agr. *nec ullis alimentis usa.* Ann. 2, 27., *tum primum reperta sunt, quæ per tot annos remp. exedere. exesa vis oculorum*, H. 4, 81. Vide nos ad Valer. Flacc. 3. v. 693. et 365.

Pollutia. Supra 14, 22. dicitur *Antistia*, quod verum nomen a patre Antistio, ni duplex illi nomen fuerit Sic Lall.

Interfectum esse. Ferendum utcunque. Sed mihi probabile, veram scripturam fuisse *interfectum a se.* Dicitur quidem *exprobrare* etiam cum infinitivo: sed tamen plerumque, præsertim apud nostrum, cum adcusativo: estque sic haud paullo elegantius. Mox *ad adcusandum* MSS. Flor. Guelf. (Bud. Agr.) ed. pr. Put. Ber. Alc. Rhen. Recentiores vulgo *adcusationem.* Ern.

Sang. et vestes resp. Cod. Agr. *sanguine vestes respersas.*

Vidua implexa luxu continuo. Implexa natum ex superioris lineæ iterata voce *amplexa*, Acidalius putat. Habet aliquam speciem: et ita mollius adderetur *nec ullis alimentis*, ubi male Ryckius e cod. Agr. addidit *usa.* Sed ego nil muto. Cic. Tusc. 5, 1. *angoribus et molestiis implicata animi.* Sequentes ablativi absolute capiendi. Hac varietate sæpe Tacitus utitur. V. c. 1, 15. init. Ern. Trillerus Obs. crit. 3, 2. leg. suadet *impleta.* Bip. *inflexa.* Bud. *implexa* Locus Cic. allegatus huic vulgatæ favet. Nec obstat vox soni similis lineæ præcedentis; sic paullo post etiam *egressus, egressa*, propius sese contingunt.

patre, Neapolin pergit. Et, quia aditu Neronis prohibebatur, egressus obsidens, « audiret insontem, neve consulatus sui quondam collegam dederet liberto, » modo muliebri ejulatu, aliquando, sexum egressa, voce infensa, clamitabat, donec princeps immobilem se precibus invidiæ juxta ostendit.

XI. Ergo nuntiat patri, « abjicere spem et uti necessitate. » Simul adfertur, « parari cognitionem senatus et trucem sententiam. » Nec defuere, qui monerent, « magna ex parte hæredem Cæsarem nuncupare, atque ita nepotibus de reliquo consulere. » Quod adspernatus, ne vitam, proxime libertatem actam, novissimo servitio fœdaret, largitur in servos, quantum aderat pecuniæ: et, « si qua asportari possent, sibi quemque deducere, tris modo lectulos ad suprema retineri, » jubet. Tunc eodem in cubiculo, eodem ferro abscindunt venas, properique, et singulis vestibus ad verecundiam velati, balneis inferuntur: pater filiam, avia neptem, illa utrosque intuens, et certatim precantes « labenti animæ celerem exitum, ut reliquerent suos superstites et moritu-

18. *Sexum egressa voce infensa clamitabat.* Lege *sexum supergressa*, et *intenta voce. intento ore dicere* Orat. c. 11.

Quondam collegam. Primo imperii ejus anno. Lips. *Liberto dederet* Ciceronianum est, h. e. in liberti gratiam condemnaret insontem. Rosc. Amer. c. 3. et alibi. Noster iterum c. 20. Ern.

Immobilem se precibus et invidiæ juxta ostendit. Fortassis, *invidia*, nec precibus nec reverentia famæ, aut maligni rumoris metu moveri. Gron. Ryckius probat *invidia*, quam scil. Neroni excitabat Veteris filia. Bip. recepere. Bud. habet *invidiæ juxta* absque copula. Bene, ut videtur. Adverbialiter sumpta particula cum dandi casu struitur, credo, rectius quam cum ablativo. V. similem locum ap. Liv. 24, 19.

Ut relinquerent. Sic omnes scr. et edd. præter Flor. (et Bud.) qui habet *relinqueret*; quod recepit Jac. Gronovius, referens ad animam labentem. Mox pro *prima* Acidalius malebat *proxima*, quod non displicet, quia præcessit *prius*. Post *extinguitur* MSS. Bud. Guelf. Agr. ed. pr. Vulgatum melius, quia exquisitius. Ern. Bud. *seniorem*. Flor. *seniore*. Acid. volebat *seniores*, quod

ros.» Servavitque ordinem fortuna : ac seniores prius, tum cui prima ætas, exstinguuntur. Adcusati post sepulturam, decretumque, « ut more majorum punirentur. » Et Nero intercessit, « mortem sine arbitro » permittens. Ea, cædibus peractis, ludibria adjiciebantur.

XII. P. Gallus, eques romanus, quod Fenio Rufo intimus et Veteri non alienus fuerat, aqua atque igni prohibitus est. Liberto et adcusatori præmium operæ, locus in theatro inter viatores tribunicios, datur. Et mensis, qui Aprilem, eumdemque Neroneum, sequebatur, Maius *Claudii*, Junius *Germanici*, vocabulis

19. *Mortem sine arbitrio permittens. Suo arbitrio* puto. Aliter Gronovius. Vel *sine arbitris*. Illos arbitros, qui supremis interessent, submittebat ipse.

rectum videtur ; intelliguntur Vetus et Sextia, tum *prima ætas* est juventus scil. Pollutiæ. *Proxima* pro glossa habent Bip. idque merito.

More majorum. Quid hoc, v. 2, 32, et ap. Suet. 49.

Mortem sine arbitrio permittens. Cl. Faber his huncce locum attigit. Primo ei visum legere, *mortem libero arbitrio :* post maluit, *suo arbitrio*. Quod postremum magni vatis effatum jure placet : magis tamen meum, *mortem sine arbitro*. Et adseverem, eam Cornelii scripturam esse, a Flor. etiam codice, ut postea comperi, approbatam. *Mors sine arbitro*, libera, sine domino, sine judice. Simile 1, 26., *An præmia sub dominis, pœnas sine arbitro esse ?* Lips. Scribendum esse, *mortem sine arbitrio remittens*, docuimus Obs. 4, 2. Gron. *Sine arbitrio* plerique libri scripti, et edd. vett. Pichena et Ryckius, Freinsh. recepere *sine arbitro :* quod sane melius. Quia Broterius in MSS. tribus reperit, recepi et ipse. Ern. Faber Sem. 1, 4. 2, 7. prius volebat *ejus arbitrio*, dein *libero* vel *suo*. Bud. habet *sine arbitrio*. Pichena in Flor. et Ryckius in Agr. reperere *sine arbitro*, quod omnino præstat. Mox de *Fenio Rufo* v. 15, 66, 68.

Inter viatores tribunicios. Qui spectasse videntur non adjuncto a tribunis loco, uti ad obsequia apparere possent. Hoc autem inter præmia : quia tribunos honestissimo loco spectasse, vel hinc colligas, quod Cæsari Julio inter honores decretum : *ut semper sella curuli sederet, excepto per ludos. Tum enim sessio ei in tribunicio subsellio, inter eos, qui quoque anno tribuni essent, concedebatur*. Dio 44, 4. Itemque postea Augusto : *ut in subselliis tribunorum plebis sederet*. Dio 49, 15. Lips. De viatoribus multa Marcellus Donatus ad h. l. Ern.

Neroneum. Cf. 15, 74.

Junius Germanici. Obhæreo. Series quidem mensium ita postulat : sed, si *Junius* in hoc numero, quo-

mutantur: testificante Cornelio Orfito, qui id censuerat, « ideo Junium mensem transmissum, quia duo jam Torquati, ob scelera interfecti, infaustum nomen Junium fecissent. »

XIII. Tot facinoribus fœdum annum etiam dii tempestatibus et morbis insignivere. Vastata Campania turbine ventorum, qui villas, arbusta, fruges passim disjecit; pertulitque violentiam ad vicina urbi: in qua omne mortalium genus vis pestilentiæ depopulabatur, nulla cœli intemperie, quæ occurreret oculis. Sed domus corporibus exanimis, itinera funeribus, complebantur. Non sexus, non ætas periculo vacua. Servitia perinde et ingenua plebes raptim exstingui, inter conjugum et li-

modo additur *Junium transmissum*, quia infaustus esset? Itaque olim reponebam, *Julius Germanici*. Sed libri mihi opponuntur, itemque ratio, quod facta injuria D. Julio videtur, si illi mensis suus ademptus. Quid dicam? verba tamen sequentia de Junio abnuunt, etsi alii conantur pro *transmissum* rescribere *transnominatum*. Lips. Si *transmissum* cum Freinshemio explices omissum e Fastis nomine, obliteratum ejus mensis nomen, in dedecus familiæ Juniæ, nihil restet difficultatis: idque placet Ryckio. Sed vereor, ut *transmittere mensem Junium* hoc significet. Nam *transmittere aliquid* est tacere, silere, non, ei nomen adimere. Broterius *mensem* deleri vult: nescio quo. Ern. *Transmittere* omnino est præterire, negligere, sicque oblivioni tradere. Cf. 4, 21, 55. 15, 31.

Cornelio Orfito. Is consul a. 804. V. 12, 41.

Duo jam Torquati. Cf. 13, 35. et 16, 8.

Infaustum nomen Junium fecissent. Emendavit sic Lipsius, et firmat Florent. qui habet, *nomen junctum*. At ed. pr. ceteri libri *Junii tum*: male. Forte fuit *Juniorum*. Ern. Bud. quoque *junctum*.

Ad vicina urbi. Sic MSS. Reg. Agr. ed. pr. At sequentes *ad mœnia urbis*, ut MSS. Flor. Guelf. In MS. Bud. Oxon. *mœnia vicina urbi*. J. Gron. probat *mœnia urbis*: et intelligit ædes urbis. Ceterum patet falsum esse, quod ille ait, *vicina urbi* esse a Rhenano, qui in ed. pr. et sec. habet *mœnia urbis*, ut Aldus, Gryphius. Revocavit Lips. Ern. Ast Rhen. legendum suadet *vicina urbi*, ut H. 4, 46.

Vis pestilentiæ. De hoc morbo Suet. 39.

Perinde et ingenua plebes. Dedi *et* ex ed. pr. pro vulgato *ac*, quod non solet ante vocalem dici, et in nostro quoque supra aliquoties e libris emendatum. MS. Guelf. (et Bud.) plane caret copula. Sed faci-

berorum lamenta; qui, dum adsident, dum deflent, sæpe eodem rogo cremabantur. Equitum senatorumque interitus, quamvis promiscui, minus flebiles erant; tanquam communi mortalitate sævitiam principis prævenirent. Eodem anno delectus per Galliam Narbonensem, Africamque, et Asiam habiti sunt, supplendis Illyrici legionibus, ex quibus ætate aut valetudine fessi sacramento solvebantur. Cladem Lugdunensem quadragies sestertio solatus est princeps, ut amissa urbi reponerent: quam pecuniam Lugdunenses ante obtulerant, turbidis casibus.

XIV. C. Suetonio, L. Telesino coss., Antistius Sosianus, factitatis in Neronem carminibus probrosis, exsilio, ut dixi, multatus, postquam id honoris indicibus tamque promptum ad cædes principem accepit, inquies animo, et occasionum haud segnis, Pammenem, ejusdem loci exsulem, et Chaldæorum arte famosum, eoque multorum amicitiis innexum, similitudine for-

lius *et* hic excidebat, quam *ac.* Hist. 4, 43, *perinde dives et eloquentia clarus.* Ern.

Delectus. Bud. *dilectus.* Mox *valitudine.*

Cladem Lugdunensem. Cladem ex incendio conceptam, quod denarrat et deplorat Seneca epistola tota 92. Accidit centesimo anno a colonia deducta, eodem Seneca observante: ut solatium hoc tarde adhibitum a Nerone sit, septimo post incendium anno. Nam deducta Lugdunum a Munatio Planco a. U. 711. Lips. Hujus cladis vestigia et nunc apparere Lugduni docemur ab auctore Antiquitatum Lugdunensium p. 248, qui tamen de summa pecuniæ a Nerone datæ non recte sentit. Ern.

L. Telesino coss. Nomen ei L. Pontius Telesinus ex Vellcio. Laudat ut philosophum et insignem virum plus uno loco Philostratus 4, 40. 7, 11. (8, 12.) eumdemque exsulasse ea re sub Nerone scribit. Lips. Immo *C. Luccius* vel *Lucius Telesinus*, ut Inscr. (ap. Grut. p. 1102) demonstratum Ruperto ep. 48, p. 447. Adde Ryckium ad h. l. et Pagium Crit. Bar. ad h. a. Unde putem, fuisse in Tacito *Lucio Telesino*, et librarios, qui prænomen esse putarent, hinc dedisse *L. Telesino.* Prænomen ei *C.* unde Ryckius putat, Tacitum scripsisse *Caiis Suetonio* et *Lucio* vel *Luccio Teles.* ut 14, 1. volebat. Ern.

Ut dixi. Cf. 14, 48.

Innixum. Rectius *innexum* Lip-

tunæ sibi conciliat. Ventitare ad eum nuntios et consultationes non frustra ratus, simul annuam pecuniam a P. Anteio ministrari cognoscit: Neque nescium habebat, Anteium caritate Agrippinæ invisum Neroni, opesque ejus præcipuas ad eliciendam cupidinem, eamque caussam multis exitio esse. Igitur, interceptis Anteii literis, furatus etiam libellos, quibus dies genitalis ejus, et eventura, secretis Pammenis occultabantur, simul repertis, quæ de ortu vitaque Ostorii Scapulæ composita erant, scribit ad principem, « magna se, et quæ incolumitati ejus conducerent, adlaturum, si brevem exsilii veniam impetravisset: quippe Anteium et Ostorium imminere rebus, et sua Cæsarisque fata scrutari. » Exin missæ liburnicæ, advehiturque propere Sosianus. Ac, vulgato ejus indicio, inter damnatos magis, quam inter reos, Anteius Ostoriusque habebantur: adeo ut testamentum Anteii nemo obsignaret, nisi Tigellinus auctor exstitisset. Monitus prius Anteius, « ne supremas tabulas

30. *Imminere rebus.* Opinor, *imminere rebus novis.*

sius et Freinsh. putant: bene. Ern. Bud. *annixum.*

Nuntios et consolationes. Omnino lego *consultationes*: et jam notavit Pichena, sic in Flor. esse. Verbum ejus artis. Juvenalis, 6, 574.... *quæ nullum consulit, et jam Consulitur.* Noster c. 30: *Quæ caritate erga parentem non tamen aliud consultaverat, quam de incolumitate domus.* Paullo ante scribo, *multorum amicitiis innexum.* Non *innixum.* Lips. *Consultationes* habet et ed. pr. Itaque non solo Flor. nititur. Nec comparem huic *consultatores* Ryckii e cod. Agr. Recte recepit Pichena. *Simul* etiam Guelf. ed. pr. Ceteræ ante Rhen. *simulque.* Ern. *Consultationes* astrologorum, auspicum, forsan et magicas. Bud. *consolationes*, et mox *simul nimiam.*

Ostorii Scapulæ. Cf. 12, 31; 14, 48.

Monitus pr. Anteius. Acidalius et Freinsh. malebant ablativos. Sed libri constanter vulgatum servant, idque satis commodum est. Nam quod Flor. *monitus pr. Anteio*, error librarii est. Tigellinus negabat, periculum signatoribus fore. Sed Anteium bene facturum, si nihil cunctaretur, sed ocius testamentum scriptum morte ratum faceret. Testamentum morantur, qui non moriuntur,

moraretur. » Atque ille, hausto veneno, tarditatem ejus perosus, intercisis venis, mortem adproperavit.

XV. Ostorius longinquis in agris, apud finem Ligurum, id temporis erat: eo missus centurio, qui cædem ejus maturaret. Caussa festinandi ex eo oriebatur, quod Ostorius, multa militari fama, et civicam coronam apud Britanniam meritus, ingenti corporis robore armorumque scientia, metum Neroni fecerat, ne invaderet pavidum semper, et reperta nuper conjuratione magis exterritum. Igitur centurio, ubi effugia villæ clausit, jussa imperatoris Ostorio aperit. Is fortitudinem adversum

21. *Tarditatemque ejus perosus. Pertæsus* malim.

ut id cognosci, et ad effectum venire non possit. Ern. Ablativos habet cod. Agr. quod probant Ryck. et Lall. Bud. ubivis *Ponteium* nominat.

Apud finem Ligurum. Non aspernabilis forte conjectura nostra, *apud Panum Ligurum.* Is locus Templum alio nomine dictus. In vita Agricolæ c. 7: *Classis Othoniana licenter vaga, dum in Templo (Liguriæ pars est) hostiliter populatur.* Livius tamen 33, 37, *Finem Ligurum* etiam appellat: *Redeuntes inde Ligurum extremo fine, agmen Romanum incidunt.* Sed alio, nisi fallor, et communi magis sensu. Lips. Aliud exemplum e Livio attulit Rhenanus. Omnino sæpe is *finem* in singulari hoc sensu dixit. V. Gronov. ad 38, 15. item Drak. ibid. aliisque locis. Itaque nihil hic mutandum. Ern.

Ex eo oriebatur. Gruterus has voces abundare, nec ab auctore manasse putat. Prius verum; et sufficiebat *Caussa festinandi*, vel *Caussa fest. ex eo.* Sed non propterea hæc non a Tacito, qui innumerabilibus locis brevitatis legem migravit, ut jam aliquoties monuimus. Si velimus severi esse, totum illud *caussa f. ex e. o.* abesse potest. Sed contra libros in talibus nil tentandum. Ed. pr. habet illa quidem *exoriebatur:* sed hic *eo* absorptum esse facile patet. Add. ad 2, 47. Ern.

Civicam coronam. Filii ergo M. Ostorii ista mors. Nam de eo 12, 31, scriptum: *Qua pugna filius legati M. Ostorius servati civis decus meruit.* Pater sane in ipsa Britannia obiit. Lips.

Ne invaderet pavidum semper. Intell. post *invaderet*, *se:* in reliquis brevitate usus Tacitus, in ratione timoris reddenda. Nihil hic tentandum. Ern. Bip. legunt *in pavidum*, quod Puteol. habet *invaderetur*, hanc terminationem ex præpos. *in* ortam rati. Freinsh. inde volebat *ut pavidum.*

Jussa imperatoris. Ita primus dedit Beroaldus, nescio unde. Nam in ed. Puteol. est *jussa inde.* MS. Flor. *in p.* Guelf. Oxon. *inde post.* Bud. *inpost ostorio.* Unde Rhenanus conjicit *jussa mox* vel *post.* Ed. pr. *jussa*

hostes sæpe spectatam in se vertit. Et, quia venæ, quamquam interruptæ, parum sanguinis effundebant, hactenus manu servi usus, ut immotum pugionem extolleret, adpressit dextram ejus juguloque occurrit.

XVI. Etiam si bella externa et obitas pro republica mortes tanta casuum similitudine memorarem; meque ipsum satias cepisset, aliorumque tædium exspectarem, quamvis honestos civium exitus, tristes tamen et continuos adspernantium. At nunc patientia servilis, tantumque sanguinis domi perditum, fatigant animum et mœstitia restringunt. Neque aliam defensionem ab iis, quibus ista noscentur, exegerim, quam, ne oderint tam segniter pereuntes. Ira illa numinum in res romanas fuit, quam non, ut in cladibus exercituum aut captivitate urbium, semel editam transire licet. Detur hoc illustrium virorum posteritati, ut, quomodo exsequiis a

22. *Quam ne oderim tam segniter pereuntes.* Puto *aliam mei defensionem*, et *quam ne quid oderim*, ne me putent odisse tam segniter pereuntes.

in P. Ostorio, quod e Flor. ductum videatur. Huic Ostorio prænomen *M.* fuisse, e 12, 31. patet, non *P.* Ern.

Quam ne oderim tam segniter pereuntes. Caussam reddit, cur non oderit, hoc est, non omiserit eorum mentionem. Id enim *odisse* vocat. Non aliter me defendam, quam ut rogem, concedant mihi, non odisse et punire silentio ignaviam sic, instar pecorum, cædi se præbentium: vel, cum viri fortes forent, quorum mortis contemptus usui magno esse potuisset, ita mortem perdentes. Nestor apud Ovidium Met. 12, 575., *Nec tamen ulterius, quam fortia facta silendo, Ulciscar fratres.* Gron. Verissime. Rhenanus, Lipsius, Grotius malebant *oderint*. At ista non foret defensio et excusatio Taciti, quæ hic desideratur. *Oderim* libri omnes (etiam Bud.) præter cod. Agr. qui habet *oderint*. *Defensio* pro excusatione dicta. Nullo alio nomine me ab iis excusatum haberi velim, defendique hoc institutum meum. Sequens sententia est a Cicerone, qui bellum civile ita excusat. Mox ed. pr. *semel edito*: et edd. ante Rhen. omnes *ac sepultura*, male. Ern. Recte puto Bip. reposuisse *oderint*. Petit a lectoribus auctor, ut defensionem hanc segniter pereuntium admittant, neque eos oderint, cum fatalis deorum ira subsit. Dent igitur illorum posteritati, ut illustrium nominum memoria conservetur. Mox Bud. *edicto*. Dein *a proxima sepultura*. Male. *Captivitas urbium* occurrit et H. 3, 70.

promiscua sepultura separantur, ita, in traditione supremorum, accipiant habeantque propriam memoriam.

XVII. Paucos quippe intra dies, eodem agmine, Annæus Mella, Cerialis Anicius, Rufius Crispinus ac C. Petronius cecidere. Mella et Crispinus, equites romani, dignitate senatoria. Nam hic quondam præfectus prætorii, et consularibus insignibus donatus, ac nuper crimine conjurationis in Sardiniam exactus, accepto jussæ mortis nuntio, semet interfecit. Mella, quibus Gallio et Seneca, parentibus natus, petitione honorum abstinuerat per ambitionem præposteram, ut eques romanus consularibus potentia æquaretur. Simul adquirendæ pecuniæ brevius iter credebat, per procurationes administrandis principis negotiis. Idem Annæum Lucanum genuerat, grande adjumentum claritudinis. Quo interfecto, dum rem familiarem ejus acriter requirit,

Annæus Mella. Bud. *Mela.* Mox *Ruffus Crisp.* Sed respice ad 12, 42.

Ac Petronius. Sic MSS. Flor. Guelf. edd. ante Rhen. omnes, qui primus (ex ingenio) prænomen *C.* addidit. Si e MS. id natum ex ultima τῆς *ac.* Broterius putat esse T. Petronium, de quo Plin. 37, 2. (7.) et auctorem libri, cujus pars extat. Ern. Quum mox *C. Petronius* iterum dicatur, nil obstat, quo minus et hic; saltem cod. Flor. et Agr. c. 18. sic habent. * Item Bud.

Dignitate senatoria. Non enim revera senatores, sed opibus ac splendore cuivis senatorum pares. Equites illustres. Lips. Vide ad 11, 4.

Quondam præfectus prætorii. Sub Claudio 11, 1. Lips. *Nuper... exactus.* Cf. 15, 71. Bud. *nuperrime.* De *Gallione* v. 15, 73.

Per procurationes. Ad quas soli equites aut liberti admissi. Lips. Cf. 2, 59.

Dum rem familiarem. De Annæo Mella sermo est, qui pater Lucani. Atqui de illo Eusebianum Chron. *L. Annæus Mella, Senecæ frater et Gellionis, bona Lucani filii sui a Nerone promeretur.* Quæ si vera lectio, opinandum, a fisco aut fiscalibus quædam abrepta et retenta. Sed ego ambigo, neque censeo publicata bona, quia sua manu cecidit et damnationem prævenit. Quod si est, bene in Eusebio corrigas, et ad hæc Taciti: *ob bona Lucani filii sui a Nerone perimitur.* Lips. Nempe Fabius ille videtur debuisse Lucano certis nominibus: quæ dum nimis diligenter exigit, ejus odium commovit. Debebat ille Mella in animo habere illud Verris ap. Cicer. Verr. 4, 48. in re adventitia et hereditaria

adcusatorem concivit Fabium Romanum, ex intimis Lucani amicis. « Mixta inter patrem filiumque conjurationis scientia fingitur, » adsimulatis Lucani literis. Quas inspectas Nero « ferri ad eum » jussit, opibus ejus inhians. At Mella, quæ tum promptissima mortis via, exsolvit venas : scriptis codicillis, quibus grandem pecuniam in Tigellinum, generumque ejus, Cossutianum Capitonem, erogabat, quo cetera manerent. Additur codicillis, tanquam de iniquitate exitii querens, ita scripsisse : « se quidem mori nullis supplicii caussis; Rufium autem Crispinum et Anicium Cerialem vita frui, infensos principi. » Quæ composita credebantur; de Crispino, quia interfectus erat, de Ceriale, ut interficeretur. Neque enim multo post vim sibi adtulit, minore quam ceteri miseratione, quia proditam C. Cæsari conjurationem ab eo meminerant.

XVIII. De C. Petronio pauca supra repetenda sunt.

23. *Ferri ad eum jussit. Ad reum* lege. Nam *ejus* sequitur. — 24. *Quærens ita scripsisset. Id adscripsisse* lege. — 25. *De C. Petronio supra pauca repetenda sunt.* Forte *sed C. Petronio super.* Ovid. Met. 15, 308., *Plurima cum subeant audita aut cognita vobis, Pauca super referam.* Sed vide hic Freinshem. Ann. 3, 24., *casum ejus paucis repetam.*

non oportere nimis diligentem et attentum esse. Ern. De Lucani opibus v. Juven. 7, 79.

Ita scripsisset, se quidem mori nullis supplicii caussis. Tacitum reliquisse censeo : *Additur, codicillis, tanquam de iniquitate exitii querentem, scripsisse.* Gron. Placet. MSS. et edd. in vulg. consentiunt, nisi quod inter *scripsisse* et *scripsisset* fluctuant. Ed. pr. Rhen. (e Bud.) seqq. hoc habent. Puteol. Ber. illud, itemque MS. Guelf. Mox *tamen* est e Flor. Ceteri scr. (Bud. quoque) et edd. *autem*. Ern. Sequor cum Bip. Puteolani lectionem, eo quo distinxit, modo. Dein negat Ryckius, in Flor. legi *tamen*, potius ibi est *autem*, quod et recepit. Ego quoque aptius puto.

Conjurationem. Conjurationem Æmilii Lepidi. De qua Suetonius Cal. 24. et Dio 59, 22. Lips.

De C. Petronio. Quem viri docti eum censent, cujus fragmenta hodie purissimæ impuritatis. De quo etiam delibero; sicut et de prænomine : quod apud Plinium 37, 2. 7. Titus est; itemque Plutarchum in libello, Πῶς ἂν τις διακρίνοι τὸν κόλακα τοῦ φίλου c. 35. p. 60. Loqui eos de hoc eodem, res indicio est. Plinii verba:

Nam illi dies per somnum, nox officiis et oblectamentis vitæ, transigebatur : utque alios industria, ita hunc ignavia ad famam protulerat : habebaturque non ganeo et profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu. Ac dicta factaque ejus quanto solutiora et quandam sui negligentiam præferentia, tanto grátius, in speciem simplicitatis, accipiebantur. Proconsul tamen Bithyniæ, et mox consul, vigentem se ac parem negotiis ostendit : dein revolutus ad vitia, seu vitiorum imitatione, inter

26. *Vitæ transigebatur. Transigebantur* cod. Agr. — 27. *Sed erudito luxu.* Forte *eruditor luxus. Hannibalis eruditrix* apud Florum 2, 6.

Titus Petronius consularis moriturus, invidia Neronis principis, ut mensam ejus exheredaret, trullam murrhinam CCC. HS. *emptam fregit.* Plutarchi Ἡ τοὺς ἀσώτους καὶ ἀπολυτελεῖς εἰς μικρολογίαν καὶ μυπαρίαν ὀνειδίζουσιν, ὥσπερ Νέρωνα Τίτος Πετρώνιος. Reperio et *Publium Petronium*, nisi fallor, hunc eumdem : de quo ita Scholiastes vetus Juvenalis, in illud 6, 638. *Sed clamat Pontia, feci. Pontia*, inquit, *Publii Petronii filia, quam Nero convictam* (lego, *quem N. convictum*) *in crimine conjurationis damnavit.* Nam Pontia quidem ob aliud scelus, veneno extincta est, ut addit. Lips. *Supra repetenda* phrasis Sallustii, pro qua alii, *altius repet.* Vid. Cort. ad Catil. c. 5. (cf. Jug. c. 5.) Tum *pauca supra* MSS. Flor. Guelf. ed. pr. aliæque vett. quod temere inversum est inde a Rhenano : qui (e Bud.) dedit *de C. Petronio supra. Pauca r. s.* male. Nihil de eo supra. Ern. Negat Ryck. itemque Lallem. Petronium Arbitrum hic posse intelligi.

Illi dies per somnum. Vide verum hunc adversipedem, ut Latini adpellant. Dies noster illi nox erat : et nox pro die. Pulchre omnino istos homines vere perversos Seneca describit et culpat ep. 123. (122.) *Lucet? somni tempus. Quies est?* (pro nocte quietem dixit : atque ita locum interpretor ac distinguo) *nunc exerceamur, nunc gestemur, nunc prandeamus. Jam lux propius accedit? tempus est cœnæ.* Ac plura ibi de lucifugis illis vide. Adde et hæc Lampridii in Heliog. 28. *Trajecit et dierum actus noctibus et nocturnos diebus, æstimans hoc inter instrumenta luxuriæ : ita ut sero de somno surgeret et salutari inciperet, mane autem dormire inceptaret.* Lips. *Officia antelucana* adpellat Plinius ep. 3, 12. Cf. et Suet. Aug. 78. Symm. ep. 1, 23.

Ac dicta factaq. Ac deest in Bud.

Proconsul Bithyniæ. Sic omnes scripti et edd. Vid. ad 2, 52. Mox *vigentem* MS. (Bud.) Guelf. ed. Rhen. seqq. At ceteræ vett. *ingentem.* Ern. Respice ad 15, 53. Fuit autem proconsul prius, quam consul, quia Bithynia provincia consularis; mox consul, inter suffectos, puta.

Seu vitiorum imitationem. Sic MS. Guelf. edd. vett. omnes. MS. Flor.

paucos familiarium Neroni adsumptus est, elegantiæ arbiter; dum nihil amœnum et molle adfluentia putat, nisi quod ei Petronius adprobavisset. Unde invidia Tigellini, quasi adversus æmulum et scientia voluptatum potiorem. Ergo crudelitatem principis, cui ceteræ libidines cedebant, adgreditur, amicitiam Scevini Petronio objectans, corrupto ad indicium servo, ademptaque defensione, et majore parte familiæ in vincla rapta.

XIX. Forte illis diebus Campaniam petiverat Cæsar, et Cumas usque progressus Petronius illic adtinebatur. Nec tulit ultra timoris aut spei moras. Neque tamen præceps vitam expulit, sed incisas venas, ut libitum, obligatas, aperire rursum et adloqui amicos, non per seria, aut quibus constantiæ gloriam peteret. Audiebatque referentes, nihil de immortalitate animæ et sapientium placitis, sed levia carmina et faciles versus. Servorum alios largitione, quosdam verberibus, adfecit. Iniit epulas, somno indulsit, ut, quamquam coacta mors, fortuitæ similis esset. Ne codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Neronem aut Tigellinum, aut quem alium potentium adulatus est: sed flagitia principis, sub

(et Bud. et ed.) Rhen. *imitatione*: quod unice probat J. Gron. Ita sensus est, seu quia ad vitia revolutus est, seu quia imitabatur; et ablativus ille absolutus cum participio conjunctus, quo nil frequentius Tacito. Vid. supra ad c. 10. Sed hic mihi tamen accusativus melior. Dubitat Tacitus, utrum vitia, an imitationem vitiorum, dicere debeat, Ern. Potior lectio Flor. et Bud. quam recipio cum Bip. Mox in Bud. est *Neronis*.

Præceps vitam. Elegans est Acidalii conjectura *per præceps*. Mox Guelf. a man. sec. *ad libitum*, item ed. pr. Ern.

Faciles versus. Sunt ludicri, jocosi, de rebus amatoriis et similibus. Mox *quamquam* ed. pr. Rhen. sqq. ceteræ veteres *quasi*. at MS. Guelf. *utque coacta m*. Ern. Bud. *quam*, unde Rhen. bene *quamquam*.

Iniit et vias, *s. i*. Marklandus Ep. crit. ad Harium p. 89. eleganter corrigit *epulas*. *Vias inire* non convenit ingenio Petronii et huic tempori. Ern. Bene *epulas* recepere Bip. quos sequor. Sic et 15, 52.

nominibus exoletorum feminarumque et novitate cujusque stupri, præscripsit, atque obsignata misit Neroni. Fregitque annulum, ne mox usui esset ad facienda pericula.

XX. Ambigenti Neroni, quonam modo noctium suarum ingenia notescerent, offertur Silia, matrimonio senatoris haud ignota, et ipsi ad omnem libidinem adscita, ac Petronio perquam familiaris. Agitur in exsilium, tanquam non siluisset, quæ viderat pertuleratque, proprio odio. At Minucium Thermum, prætura functum, Tigellini simultatibus dedidit, quia libertus Thermi quædam de Tigellino criminose detulerat, quæ cruciatibus tormentorum ipse, patronus ejus nece immerita lueret.

XXI. Trucidatis tot insignibus viris, ad postremum Nero virtutem ipsam exscindere concupivit, interfecto Thrasea Pæto et Barea Sorano, olim utrisque infensus,

Ne mox usui esset etc. Ut in adsimulatis Lucani literis. V. c. 17.

Proprio odio. Veram puto Freinshemii correctionem : *pertuleratque. Proprio odio hanc : Num Th. p. f. Tigellini simultatibus dedidit.* Mox MS. Fl. ed. pr. *Municius*, unde Ryckius faciebat *Minucius*. Recte. Nam ejus gentis cognomen *Thermi*. *Dedidit* porro MS. Guelf. edd. Puteol. seqq. omnes. At Flor. Bud. Agr. ed. pr. *deditum*. Etiam in Guelf. man. sec. addidit *um* in fine. Illud verum est. Ern. *Minucium* omnino scribendum. Bud. *Numicium* et ubivis *Tigillinum* habet.

Lueret. Acid. conjicit scrib. *luere* pro *luerunt*, quod Lall. probat.

Thraseu Pæto. Cujus gentile nomen adhuc quæro. Nam Dio 61, 15. P. Thraseam Pætum saltem adpellat. Marmor vetus suadet Valerium fuisse. C. DOMITIO. DEXTRO. II. L. VALERIO. MESSALLA. THRASIA. PRISCO. cos. Quod etsi de alio, ex cognomine tamen suspicemur de gente. Thraseas hic admirator unicus Catonis, de cujus vita librum scripsit, indicante Plutarcho. Laudes ejus sparsæ in Tacito, Arriano, Dione : sed ante alia egregium elogium de illo ipsius Neronis, in Plutarchi libello Πολιτικῶν παραγγελμάτων 33, p. 810. Ait, Νέρων ὀλίγον ἔμπροσθεν ἢ κτεῖναι, τὸν Θρασέαν μάλιστα μισῶν καὶ φοβούμενος, ἔμας, ἐγκαλοῦντός, τινος, ὡς κακῶς κεκριμένου καὶ ἀδίκως· Ἐβουλόμην ἄν, ἔφη, Θρασέαν οὕτως ἐμὲ φιλεῖν, ὡς δίκαιός ἐστι. Salve, o salve, vir magne, et inter

et accedentibus caussis in Thraseam : quod senatu egressus est, cum de Agrippina referretur, ut memoravi : quodque juvenalium ludicro parum expetibilem operam præbuerat : eaque offensio altius penetrabat, quia idem Thrasea Patavii, unde ortus erat, ludis cesticis, a Tro-

28. *Ludis cesticis.* Cod. Agr. *ludis Cerastis.* Pignorius in Originibus Patavinis c. 8. legit *Iselasticis.* Vide hic interpretes. Supra 15, 23. de Iselasticis copiose Plinius Ep. 10, 119. 120. Vid. Turneb. Advers. 27. c. 5. Scriver. ad Martial. p. 202.

Romanos sapientes sanctum mihi nomen. Tu magnum decus gallicæ gentis : tu ornamentum romanæ curiæ : tu aureum sidus tenebrosi illius ævi. Tua inter homines, non hominis, vita : nova probitas, constantia, gravitas : et vitæ mortisque æquabilis tenor. Lips.

Barea Sorano. Qui ille est nominatus Boethio de Consolat. 1. prosa 3. Lips. Hic ordo nominum est e Flor. a Pichena receptus, quem et habet (Bud. et) ed. pr. Ceteri Baream Soranum primo loco ponunt. Ern.

Quod senatu egressus est. Muretus et Acidalius malebant *esset*, probatque Pichena. Immo *erat* (nam mox *præbuerat*) si quid mutandum. Malim certe *est*, quam *esset*, cum et indicativus sequatur, et paullo post iterum hoc tempore usus est, *censuit*, *obtinuitque*. Omnino Tacitus hoc loco non est satis constans in temporibus. Ern. *Ut memoravi.* V 14, 12.

Parum exspectabilem operam. I. e. exspectationi non respondentem. Et sic MSS. Flor. Guelf. edd. vett. ante Rhenanum : nisi quod. Flor. inserit *et.* ed. pr. *et inexspectabilem. Expetibilis* est a Rhenano, incertum an e MS. Et, cum hoc verbum non magis apud alios reperiatur, quam illud, veterem potius, et a MSS. firmatam lectionem sequendam putavi. Ern. *Expetibilem* clare habet Bud. Tὸ *parum* ad *præbuerat* referunt. Bip. perinde esse videtur ad verbum an ad adjectivum referas.

Ludis cæsticis a Trojano Antenore institutis. Quid cæstibus cum cantu? Cecinisse enim hic dicitur Thraseas, non pugnasse : et a Dione 62, 26., Τραγῳδίαν ὑποκρινάμενος ἐν Πατανίῳ τῇ πατρίδι. Ita enim scribendum, (Patavinus quia Thraseas) non ποταμίᾳ. Sed crederem, ut fit, tempore auctiores ornatioresque eos ludos factos, et ad cæstus scenica etiam certamina adjecta. Turbat nos tamen et moratur Vatic. qui, *cetastis*, refert. Scriptura, de qua nihil hiscam. Apud Livium 10, 2. navale certamen annuum est Patavii : sed nihil ad istud. Agon item Drepanitanus apud Sidonium in Abitaco suo ep. 2, 2. ad exemplar trojanæ superstitionis, pariter nihil istuc. Dio hoc tantum monet, fuisse ἑορτὴν τριακοντατηρίδα, tricennale spectaculum. Lips. *Cetastis* etiam MS. Flor. et ed. pr. Neque abludit Guelf. (et Bud.) in quo *cestatis* pro *cetastis* scriptum. Sed ex hac scriptura *cestatis* forte Puteolanum puto effinxisse *cesticis*, a *cestu* : quia tale certamen apud Virgilium 5, 69. 420. in Sicilia præ-

jano Antenore institutis, habitu tragico cecinerat. Die quoque, quo prætor Antistius, ob probra in Neronem composita, ad mortem damnabatur, mitiora censuit obtinuitque : et, cum Deum honores Poppææ decernerentur, sponte absens, funeri non interfuit. Quæ obliterari non sinebat Capito Cossutianus, præter animum ad

29. *Et cum deum honores. Dum* lege. — 30. *Sponte absens.* Nulla justa de caussa. Cave sollicites.

sente Ænea celebratum, ut trojanus iste ludus fuisse videatur, sane etiam Romæ in antiquissimis ludis, qui Romani deinde dicti, ap. Liv. 1, 35. *pugiles* commemorantur. Pro eo Grotio placebat *xysticis :* in quibus et ipsis pugiles certant, ut patet inter alia ex inscriptione ap. Reines. Cl. 5. n. 44. Sed Pignorius in Origg. Patav. mavult *Iselasticis*, quod verbum fere corruptum est a librariis latinis, ut apud Suetonium Calig. 20. Si legamus potius *Selasticis*, ut in inscriptionibus fere est, sane conveniet valde codd. scripturæ. Dubitatio est duplex, primo, an credibile, selastica ab Trojano instituta : deinde, unde cantus tragici in selasticis. Huic facile occurram ex eo, quod etiam in Græcia in istis ludis paullatim omnis generis certamina oratorum, poetarum etc. instituta, cum in illo tanto conventu quisque artem suam ostentando inclarescere cuperet. Ex altera me nondum expedio. Ern. Nil hic temere mutandum, Ryckius bene monet. *Cæstus Trojanos* Virgilius memorat. In istis ludis duplex potuit spectaculum obtinuisse, gymnicum et musicum, ut in quinquennali Neapolitano, de quo 14, 19. *Selastici* ludi male dicuntur pro *iselasticis*. Cf. Fabri agonistica 2, 10. Neque huc faciunt *astici* ludi, de quibus cogitarat Acidalius, et videri potest Ern. ad Suet. Cal. 20.

Habitu tragico. In Bud. additur *ornatus.*

Die, quo pr. Antistius. Cf. 14, 48.

Cum deum honores etc. Deum e MS. Bud. edidit Rhen. (ut 15, 74.) Ante erat *divini*, quod et Guelf. habet. MS. Agr. ed. pr. *deinde*. De divinis honoribus Poppææ decretis nihil noster : at Dio, cujus locum ex Vales. Exc. 63. (26.) adtulit Ryckius. Recepi deinde *decernerentur*, ut latinitas desiderat, et viris doctis (Faerno, Acidalio) dudum placuit, quod id clare est in Guelf. sed idem jam e cod. Agr. receperat Ryckius. Mox idem Guelf. et Flor. (et Bud.) *interfuerit :* unde conjicio fuisse *interfuerat*, ut supra plusquamperfectum post perfectum. Nam *interfuit* alienum est. Et sic reperit Broterius. In MS. Flor. etiam Reg. ed. pr. post *iniquus*, pro *inimicus*. Ern. Bud. *inimicus* et supra *decernuntur*. Ceterum, quod ad divinos honores Poppææ, extant numi duo ænei, in quibus hinc DIVA. CLAVD. NER. F. *templum rotundum, intra quod signum muliebre stans ;* illinc DIVA. POPPÆA. AVG. *templum distylum, in quo mulier sedens, sin. C. C.* Vid. Eckhel Doctr. NN. vet. vol. 6, p. 287. Cf. et Reimar. ad l. c. Dionis.

flagitia præcipitem, inimicus Thraseæ, quod auctoritate ejus concidisset, juvantis Cilicum legatos, dum Capitonem repetundarum interrogant.

XXII. Quin et illa objectabat: « principio anni vitare Thraseam solenne jusjurandum: nuncupationibus votorum non adesse, quamvis quindecimvirali sacerdotio præditum: nunquam pro salute principis, aut cælesti voce, immolavisse: adsiduum olim et indefessum, qui vulgaribus quoque patrum consultis semet fautorem aut adversarium ostenderet, triennio non introiisse curiam: nuperrimeque, cum ad coercendos Silanum et Veterem certatim concurreretur, privatis potius clientium negotiis vacavisse. Secessionem jam id et partes et, si idem multi audeant, bellum esse. Ut quondam C. Cæsarem,» inquit, « et M. Catonem, ita nunc te, Nero, et Thraseam avida discordiarum civitas loquitur. Et habet sectatores, vel potius satellites, qui nondum contumaciam

Interrogant. Sic Cic. pro domo 29. *Quis me lege interrogavit.* Cf. et de Legg. 3, 3.

Principio anni vitare Thraseam solenne jusjurandum Cujus multa memoria in Tacito aliisque. Ideo ordine rem exposui in Excursu A. Lips.

Nuncupationibus votorum non adesse. De quibus 4, 17. (13, 11.) *Pontifices eorumque exemplo ceteri sacerdotes cum pro incolumitate principis vota susciperent.* Sueton. Neron. 46. *Votorum nuncupatione, magna jam ordinum frequentia, vix repertæ Capitolii claves.* Plura huic rei et opportuna in Excursu B. Lips.

Aut cælesti voce immolavisse. Indignor, cum lego, immo non indignor, ut nunc ætas mea est et peritia ludibriorum in re humana. En summates illi viri, genere, dignitate, sapientia, titulum criminis accipiunt, quem pudeat memorasse. Sed eadem Philostratus 5, 7., *Adcusationes quot et quantas e theatris oriri censes, cum delatores ita redarguunt? Non venisti auditum Neronem: aut venisti quidem, sed negligenter et non attente audisti: risisti plane, non plausisti: nec pro ipsius voce sacrificasti, ut clarior liquidiorque esset.* Lips. Paullo post: MS. Reg. *ostentaret* pro *ostenderet*, non male. Mox *si idem multi* Fl. Guelf. ed. | r. Put. Ber. In Rhen. ed. casu transpositum *si multi idem*, unde fluxit in ceteras. Ern. Non casu, sed ex Bud. (* in quo etiam *habeant* pro *audeant*.) De memorato crimine Thraseæ v. et Dio 62, 26.

Nuperrimeque. Copula non est in Bud.

sententiarum, sed habitum vultumque ejus sectantur, rigidi et tristes, quo tibi lasciviam exprobrent. Huic uni incolumitas tua, tuæ artes, sine honore. Prosperas principis res spernit: etiamne luctibus et doloribus non satiatur? Ejusdem animi est, Poppæam divam non credere, cujus in acta D. Augusti, et D. Julii non jurare. Spernit religiones, abrogat leges. Diurna populi romani per provincias, per exercitus, curatius leguntur, ut noscatur, quid Thrasea non fecerit. Aut transeamus ad illa instituta, si potiora sunt: aut nova cupientibus auferatur dux et auctor. Ista secta Tuberones et Favonios,

31. *Transeamus ad illa instituta. In illa* cod. Agr.

Quo tibi lasciviam. Sic e Flor. edidit Pich. in quo erat *quod ibi*, sicut in ed. pr. reperi, in Bud. Rhenanus, qui jam conjecit, *quo tibi*, legendum esse. Ceteri scr. et edd. *qui tibi*: in quo puto esse *qui* pro *quo*, ut alibi. Ern. Bud. habet *quod tibi*, unde e Rhen. emendatio.

Incolumitas tua sine arte. Sentio, abesse vocem, quam volenti Cornelio reddo: *incolumitas tua sine cura, artes sine honore.* Prius membrum ad nuncupationem omissam votorum spectat, quæ pro incolumitate principis: alterum ad id, quod nunquam immolarit pro cælesti voce. Lips. Videtur Flor. significare: *Huic uni incolumitas tua, tuæ artes, sine honore.* Gron. Nam is liber habet *artes*: ceteri vulgatum. Lipsiana ratio mihi magis placet. Ern. Lipsii emendatio probatur Broterio; istius æque ac Gronovii Lallemando; posteriorem recepere Bip. quos sequor.

Prosperas res spernit etc. Hæc ut per concessionem dicta accipi debent: et forte scripsit Tacitus *spernat.* Id non intelligens Rychius, præferebat mox codicis sui (Agr.) scripturam *etiamnum*, sine interrogatione. Male. Vulgatum verum et elegans est. Ern. Bud. *etiamne.* Bip. præferunt *etiamnum.*

Spernit religiones. Recte sic. At Flor. ed. pr. cod. (Bud.) Agr. *legiones.* vitiose. Ern.

Diurna P. R. Vide Suet. Cæs. 20.

Curatius leguntur. Ita restitui, confusione librorum motus, qui ad vocem ignobiliorem adhæserant. Itaque *curiatium* aut *curiantium* (sic Bud.) fere legas. At ita ante Tacitum Sallustius Jug. 16. (19.) *curatissime accepit.* Et Ammianus: *Domicilia cuncta curatius ritu romano instructa.* Noster 14, 21., *Ludos curatius editos.* Lips. Bene Lipsius. Cod. Guelf. plane *accuratius*, quod etiam ex aliis notat Broterius. Ed. pr. *curatium.* Ern.

Ista secta Tuberones et Favonios. Stoicorum sectam vitium hoc hominis culpat, et qui eam secuti. Tuberonem intellegit Q. Ælium, qui in epulo publico hædinis pellibus stravit lectos punicanos et vasa sa-

veteri quoque reipublicæ ingrata nomina, gentuit. Ut imperium evertant, libertatem præferunt: si perverterint, libertatem ipsam adgredientur. Frustra Cassium amovisti, si gliscere et vigere Brutorum æmulos passurus es. Denique nihil ipse de Thrasea scripseris, disceptatorem senatum nobis relinque. » Extollit ira promptum Cossutiani animum Nero: adjicitque Marcellum Eprium, acri eloquentia.

XXIII. At Baream Soranum jam sibi Ostorius Sabinus, eques romanus, poposcerat reum, ex proconsulatu Asiæ, in qua offensiones principis auxit justitia atque industria, et quia portui Ephesiorum aperiendo curam insumpserat: vimque civitatis Pergamenæ, prohibentis Acratum, Cæsaris libertum, statuas et picturas avehere, inultam omiserat. Sed crimini dabatur « amicitia Plauti

32. *Extollit ira promptum. Iræ* malim.

mia exposuit. Cicero in Bruto 31. Valerius 7, 5, 1. aliique. Agellius 1, 22., *Tubero juris civilis antistes et stoicæ doctrinæ sectator.* Idem ille est, qui Lucullum Xerxem togatum appellitabat, Plutarcho memorante in Luc. 39. Favonius est Catonis ille simia, de quo Suet. August. 13. et Valerius Max. 2, 10, 8. Plutarchus in Bruto 34. Vidi tamen qui *Fannios* hic reponeret, imperite. Lips. De *Tuberone* cf. Voss. de Hist. Lat. 1, 12.

Libertatem præferunt. I. e. ostentant, ejus studium jactant: sive, si mavis, imperio meliorem dicunt. Mox *libertatem* ante *ipsam* e Flor. bene inseruit Pichena: fuitque et in libro unde ed. pr. ducta est. Nam in ea est *libertatem ipsam aggr.* Sed exciderunt verba *libertatem præferunt: si perverterint.* Caussa in promptu est. Ern. In Bud. legitur *lib. ipsam egredientur.*

Cassium amovisti. Respice ad c. 19. Mox c. Agr. *iræ.*

Ostorius Sabinus. Mutant libri. Alii, *sibi Torius.* Vatic. *Subitorius.* Flexit me, ut *Ostorius* scriberem, locus infra, de hoc ipso: *Ostorio duodecies et quæstoria insignia tribuuntur.* Lips. Sed et ibi Flor. (et Bud.) *Torius:* Guelf. et ed. pr. h. l. *subitorius*, altero loco *Torius*, tertio *Ostrio* ille, hæc *Ostorio.* Ut in ed. pr. sic in ceteris. Ern. In Bud. deest *Sabinus.* Bip. conjiciunt leg. *Obultronius Sabinus*, de quo 13, 28.

Acratum. Cf. 15, 45.

Inultam omiserat. Vatic. Male vulgo, *invitam.* Lips. *Inultam* etiam Guelf. ed. pr. Rhen. (e Bud.). Ceteræ ante Rhen. *multam* solenni aber-

et ambitio conciliandæ provinciæ ad spes novas. » Tempus damnationi delectum, quo Tiridates accipiendo Armeniæ regno adventabat : ut ad externa rumoribus intestinum scelus obscuraretur, an, ut magnitudinem imperatoriam cæde insignium virorum, quasi regio facinore, ostentaret.

XXIV. Igitur, omni civitate ad excipiendum principem spectandumque regem effusa, Thrasea, occursu prohibitus, non demisit animum : sed codicillos ad Neronem composuit, requirens « objecta et expurgaturum adseverans, si notitiam criminum et copiam diluendi habuisset. » Eos codicillos Nero properanter accepit, spe, exterritum Thraseam scripsisse, per quæ claritudinem principis extolleret, suamque famam dehonestaret. Quod ubi non evenit, vultumque et spiritus et libertaratione. Post Rhen. irrepsit in Gryphianam, opinor, *invitam*, operarum vitio. Ern.

Amicitia Plauti. Vide de *Plauto* 14, 57. 59. Mox Bud. *damnationis.*

Ut ad externa rumoribus intestinum scelus obscuraretur. Sic omnes libri. Sensus est : dum rumores et sermones hominum occuparentur externis. Sed modus loquendi est durior. Acidalius addi volebat *versis :* Grutero placebat *ad externa rumorum.* Ern. Acidalii conjecturam probat Lallem. Hiller. Rac. 18. loco *rumoribus* legi jubet *ruentibus.* Vulgatam bene tuentur Bip. in qua nil duri. Sensus : ubi homines in urbe occupantur externis.

Thrasea occursu prohibitus. Quod signum scilicet principis indignantis, et a se atque aspectu suo spernentis. Tale Vespasiano factum ab eodem Nerone, apud Suetonium in Vesp. 4. *Prohibitus non contubernio modo, sed etiam publica salutatione.* Atque, ut ibi ille salutatione prohibitus, sic iste occursu. Lips.

Non demisit animum. Bud. *dimisit.*

Exterritum Thraseam sensisse. Sententia mecum malit, *scripsisse :* et quod prævidi, firmat Flor. nunc codex. Lips. *Scripsisse* etiam cod. Agr. ed. pr. Sed iidem libri Guelf. (Bud. et Agr.) edd. Put. Ber. etiam *sæpe.* Rhenanus (ex ing.) edidit *spe. Sensisse* defendit J. F. Gronovius ep. ad Salmas. a. 1638. scripta, itemque Obs. 2, 4, p. 239. ut *sensisse* sit, eos sensus concepisse, declarasse, sicut ap. Ciceronem sæpe *libere sentire*, et supra 15, 67. *sensus validi.* Ern. Bud. *sensisse.* Gronovii epist. extat in Burm. Syll. t. 2. p. 573. — * Gruterus Susp. crit. l. 10, §. 16. in Misc. nov. Lips. vol. 3, p. 518. pro *sensisse* malit *inservisse.* Nec tamen urget.

tem insontis ultro extimuit, «vocari patres» jubet. Tum Thrasea inter proximos consultavit, «tentaretne defensionem, an sperneret.» Diversa consilia adferebantur.

XXV. Quibus intrari curiam placebat, «securos esse de constantia ejus,» dixerunt: «nihil dicturum, nisi quo gloriam augeret. Segnes et pavidos supremis suis secretum circumdare. Adspiceret populus virum, morti obvium; audiret senatus voces, quasi ex aliquo numine, supra humanos: posse ipso miraculo etiam Neronem permoveri: sin crudelitati insisteret, distingui certe apud posteros memoriam honesti exitus ab ignavia per silentium pereuntium.»

XXVI. Contra, qui opperiendum domi censebant, de ipso Thrasea eadem: «sed ludibria et contumelias imminere: subtraheret aures conviciis et probris. Non solum Cossutianum aut Eprium ad scelus promptos: superesse, qui forsitan manus ictusque per immanitatem

33. *Qui manus ictusque per immanitatem Augusti.* Alii alia. Lego *ingesturi*, vel *aggesturi*. *Ingerere probra* H. 3, 31. *vulnera* 3, 85. et Ann. 1, 65. *voces* 4, 42. Tum *superesse ac ingesturi* etiam respondet ad probra, quod præcessit, *tela ingerere* Ann. 1, 49; et 2, 81.

Vocari patres jubet. Sic Flor. Agr. (Bud.) Guelf. ed. pr. Ceteræ *jussit*. Illud verius. Mox *esse se* volebat Groslotius. Ern.

Secretum circumdare. Bene mei libri, præ, quod vulgo, *otium dare*. Lips. Sic et Flor. Guelf. ed. pr. Ern. Recepere certatim recentiores editores. Bud. habet *secretum otium circumdare*, nullo sensu.

Supra humanas. Sic omnes præter Flor. et ed. pr. ubi *humanos*, i. e. homines: quod illustrat post alios Ryckius, probatque cum J. Gronovio. Ante pro *ex aliquo*, quod edidit Rhenanus (e Bud.) estque et in Fl. ed. pr. alii habent *ex quodam*, ut Guelf. Put. Ber. eodem redit. Ern. *Humanos* pro humano genere habet et Varro ap. Non. Marc. 2, 98. Cf. et Cic. ad Att. 13, 21. Justin. 42, 3.

Sin crudelitati insisteret. Sic Guelf. edd. vett. Rhenanus edidit *sin crudelitas persisteret*. Vetus restituit Pichena. Flor. ed. pr. *si in crud.* sed eodem spectat. Ern. Bud. *crudelitati persisteret*.

De ipso Thrasea eadem. Cod. Agr. *nihil de ipso Thrasea*.

Superesse, qui forsitan manus ictusque * *per immanitatem Augusti.* Animam agenti loco aquam sic affu-

ausuri: etiam bonos metu sequi. Detraheret potius senatui, quem perornavisset, infamiam tanti flagitii; et relinqueret incertum, quid, viso Thrasea reo, decreturi patres fuerint. Ut Neronem flagitiorum pudor caperet, irrita spe agitari: multoque magis timendum, ne in conjugem, in familiam, in cetera pignora ejus sæviret. Proinde intemeratus, impollutus, quorum vestigiis et studiis vitam duxerit, eorum gloria peteret finem. » Aderat consilio Rusticus Arulenus, flagrans juvenis, et cupidine laudis offerebat, « se intercessurum senatus consulto: » nam plebis tribunus erat. Cohibuit spiritus ejus Thrasea, « ne vana et reo non profutura, intercessori exitiosa, inciperet. Sibi actam ætatem, et tot per annos

derim: *ictusque parent. Immanitatem Augusti etiam bonos metu sequi.* Lips. Melius Acidalius *ictusque p. i. ausuri sint*, vel *ausint*, et Grotius *auderent*. Ἀποστάτησιν malunt Salinerius et Ryckius: quam ego hic non concoquo. Domi enim cur non proloquerentur, quæ sentirent? Broterius (* quem sequitur *D. de Lamalle*) conjicit *intentarent*, deleto *Augusti*: Quod longius a libris recedit. An scripsit Tacitus, *qui forsitan ad manus ictusque*, ut referatur ad *promptos?* Nec *Augusti* nomen satis defenditur a Ryckio e Suet. Ner. 46, etsi J. Gronovio placebat defensio. Nam ibi senatores alloquuntur Neronem: in quo genere sane usitatum nomen, nemo ambigit. In narrationibus, aut talibus sermonibus, etiam ubi vituperarentur, Augustos vocari solitos imperatores, id quidem doceri debebat. Tum *per immanitatem* e consuetudine latine loquendi, haud dubie referendum ad agentem. Sed sine libris melioribus vix aliquid extricari potest. Ern. Cod. Agr. *per imm. Aug. intentarent* a pr. m. tum a sec. m. *ingererent. Intentarent* simili loco noster habet etiam 3, 36; H. 1, 69. III, 31. Cum Ryckio facit Hiller. Rac. 18, firmiorem stomachum professus. *Auderent* probat *Lallem.*; recepere Bip. Fateor, mihi non liquere, et conjecturam Boxhornii placere præ reliquis. Eam proinde exhibui. Minime recedit a vulgato. *Sed* ante *etiam* quod nonnulli intrudunt, non habet Bud.

Senatui, quem perornavisset. Puto leg. *quem semper ornavisset.* Lips. *Perornavisset* est semper et ad hunc usque diem, ad finem usque, ut bene monet Freinsh. Sic *perviguere* 4, 34, et similia. Ed. pr. (et cod. Bud.) *infamia.* Atque etiam in Guelf. signum literæ *m* erasum est. Ern.

Plebis trib. Flor. *plebi*, quod recepit J. Gron. Post *tali in tempore*, quod e Flor. edidit Pichena, etiam ed. pr. ab aliis (et Bud.) *in* abest. Ern.

Cohibuit spiritus ejus. Bud. *spem ejus.*

continuum vitæ ordinem non deserendum : illi initium magistratuum et integra, quæ supersint. Multum ante secum expenderet, quod, tali in tempore, capessendæ reipublicæ iter ingrederetur. » Ceterum ipse, an venire in senatum deceret, meditationi suæ reliquit.

XXVII. At postera luce, duæ prætoriæ cohortes armatæ templum Genitricis Veneris insedere. Aditum senatus globus togatorum obsederat, non occultis gladiis : dispersique per fora ac basilicas cunei militares; inter quorum adspectus et minas ingressi curiam senatores. Et oratio principis per quæstorem ejus audita est. Nemine nominatim compellato, patres arguebat, « quod publica munia desererent, eorumque exemplo equites romani ad segnitiam verterentur. Etenim, quid mirum, e longinquis provinciis haud veniri, cum plerique,

Genitricis Veneris. MS. Flor. *Genetricis.* Quæ scriptura et in numis inscriptionibusque occurrit, et in aliis MSS. libris. V. Oudend. ad Sueton. Cæsar. c. 61. Ern.

Per quæstorem ejus. Non enim cuilibet e quæstorum collegio id munus, sed candidatis principis. l. 1. De offic. quæstoris. Ideo Tacitus expressim, *quæstorem ejus.* Et in lapidibus aliquoties, QVÆSTOR. AVG. Reliqua ad hunc ritum trita. Lips. Mox MS. Fl. *uterentur* pro *verterentur*, quod in ceteris omnibus. Hoc melius. Ern. De quæstore Aug. v. Suet. Aug. 65. Dio 54, 25. Cassiod. ep. 4, 4. et l. 6. form. 5. Cf. Guther. de Offic. dom. Aug. 2, 18. Bud. clare *verterentur.* Bip. præferunt *uterentur.*

Eorumque exemplo. Bud. *eodemque ex.*

Longinquis provinciis adveniri. Divinabam, *haud veniri.* Nec tamen sententiæ plene consultum. Melius sic : *quid mirum nec longinquis provinciis subvenire.* vel *provinciis adverti.* Lips. Recepit *haud veniri* Pichena, quod in Flor. est *hadveniri.* Sed J. Gronovius id esse putat *non adveniri*, ut Grotius voluerat. Sed vide, an dici possit, *homines in urbem, vel senatum non adveniunt.* Immo *veniunt* est verbum in ea re legitimum. Pro *e* Guelf. ed. pr. etc. *est.* vitiose. Non esse orationem directam, verbum *inservirent* docet. Ern. Bud. *adveniri.* Acid. volebat *haud adveniri.* Heins. *haud subveniri.* Hoc verbum compositum omnino usurpari, puta, ubi de longo itinere sermo, ex Cic. N. D. 3, 23. contra Ern. probat Hiller. Rac. 18. De re ipsa v. 12, 23. 11, 25. Mox Bud. *corripuere.*

adepti consulatum et sacerdotia, hortorum potius amœnitati inservirent: » quod velut telum adripuere adcusatores.

XXVIII. Et, initium faciente Cossutiano, majore vi Marcellus, « summam rempublicam agi, » clamitabat: « contumacia inferiorum lenitatem imperitantis deminui. Nimium mites ad eam diem patres, qui Thraseam desciscentem, qui generum ejus, Helvidium Priscum, in iisdem furoribus, simul Paconium Agrippinum, paterni in principes odii heredem, et Curtium Montanum, detestanda carmina factitantem, eludere impune sine-

Summam remp. agi. Sic post Ryckium et J. Gron. (it. Mur. Acid.) edidi auctore MS. Flor. Ceteri libri omnes *reipubl.* quod non minus rectum est. V. 12, 5. Ern. Bud. *r. p.*

Helvid. Priscum. Cf. Plin. ep. 3, 11. 7, 19. 9, 13. Vide et infra. H. 4, 5.

Paconium Agrippinum. Hic ille Agrippinus e Stoica domo, laudatus Epicteto et Arriano. Quorum verba ad hanc historiam dabo. Epicteti Electis (ap. Stob. Serm. 7. et in Opp. Epicteti ed. Schweigh. t. 3. fragm. 56. Διὰ τοῦτο ἐπαινεῖν Ἀγριππῖνον δίκαιον, ὅτι πλείστου ἄξιος ἀνὴρ γενόμενος, οὐδεπώποτε ἐπῄνεσεν ἑαυτόν, ἀλλ᾽ εἰ καὶ ἄλλος τις αὐτὸν ἐπῄνει, ἀρυθρία. Et statim: Καὶ ποτε μέλλοντι ἀριστήσειν αὐτῷ, ἐφίστησιν ὁ λίγων, ὅτι φεύγειν αὐτὸν κελεύει Νέρων. Καὶ ὃς ἔφη, Οὐκοῦν, εἶπεν, ἐν Ἀρικίᾳ ἀριστήσομεν. Arriani 1, 1. Ἀπηγγέλθη αὐτῷ, ὅτι κρίνῃ ἐν συγκλήτῳ. Ἀγαθῇ τύχῃ. Ἀλλ᾽ ἦλθεν ἡ πέμπτη. (intellige *hora*, non *dies*, ut male in versione lat.) Ταύτῃ δ᾽ εἰώθει γυμνασάμενος ψυχρολουτρεῖν. Ἀπέλθωμεν καὶ γυμνασθῶμεν. Γυμνασαμένῳ λέγει τις αὐτῷ, Ἔλθ᾽, ὅτι κατακέκρισαι. Φυγῇ, φησίν, ἢ θανάτῳ; Φυγῇ. Τὰ ὑπάρχοντα τί; Οὐκ ἀφῃρέθη. Εἰς Ἀρικίαν οὖν ἀπελθόντες ἀριστήσομεν. Tacito ista lucem dabunt, dum paullo inferius ait, *pulsum eum Italia.* Sed, cur Marcellus *paterni odii in principes heredem* Agrippinum calumniatur? Propter patrem ejus Paconium, qui majestatis reus sub Tiberio periit. Eruo e Suetonii Tiber. 61. *Interrogatum eum a quodam nano, adstante mensæ inter copreas* (ita leg. non, *Capreas*) *cur Paconius majestatis reus tamdiu viveret? statim quidem petulantiam linguæ objurgasse, ceterum post paucos dies scripsisse senatui, ut de pœna Paconii quamprimum statueret.* Ideo Tacitus mox: *Quid Agrippino objectum, nisi tristem patris fortunam? quando et ille perinde innocens Tiberii sævitia concidisset.* Lips. Bud. *Ragonium.* Sic et Puteol.

Curtium Montanum. Cujus mentio H. 4, 40. 42. Lips.

Eludere sinerent. In animo videtur habuisse locum Cic. pro Mil. c. 12.

rent. Requirere se in senatu consularem, in votis sacerdotem, in jurejurando civem: nisi, contra instituta et cærimonias majorum, proditorem palam et hostem Thrasea induisset. Denique ageret senatorem, et principis obtrectatores protegere solitus, veniret, censeret, quid corrigi aut mutari vellet: facilius perlaturos singula increpantem, quam nunc silentium perferrent omnia damnantis. Pacem illi per orbem terræ, an victorias sine damno exercituum, displicere? Ne hominem, bonis publicis mæstum, et qui fora, theatra, templa pro solitudine haberet, qui minitaretur exsilium suum, ambitionis pravæ compotem facerent. Non illi consulta hæc, non magistratus aut romanam urbem videri. Abrumperet vitam ab ea civitate, cujus caritatem olim, nunc et adspectum exuisset.»

se posse eludere remp. in istis suis cogitatis furoribus. Ern.

Requirere se in senatu. Ego nullum alium sensum hinc extrico, nisi quem edidit Pichena, ut *requirere se* dictum sit, pro *requisiturum se*, quod verba, *nisi induisset*, desiderant. Et supra notavimus, ubi futura non usitata satis sint, præsentia poni. At Freinsh. sic capit: si negaret, se esse proditorem et hostem, quærere, cur in senatum non veniret. Bona sententia, sed ea non in verbis, quantum mihi licet adsequi. Ern. Tria, quæ hic crimini dantur Thraseæ, referuntur ad ea, quæ ipsi objecta c. 22. *Induere hostem* dicitur, ut mox *exuere caritatem*, et apud Lactant. de Mart persec. c. 9. contrario sensu *exuere socerum*. Cf. Cuperus ad h. l. Paullo ante pro *contra* Bip. posuere *contemnens*.

Agere senatorem. Cod. Agr. *ageret.* egregie. Nam diu absens male diceretur *agere senatorem solitus.* Recte potius, *ageret*, *veniret*, *censeret.* Recepere Bip. Sequor. *Bud. *agere.*

Et principis obtrectatores protegere solitus. Taciti manum fuisse censeo: *Denique agere senatorem, ut principis obtrectatores protegeret, solitus, veniret*, etc. Gron.

Quam nunc silentium perferrent. En calumniam! Viri boni silentio etiam apud tyrannum peccant. Audi illa apud Senecam, Œdipo 523. sq. cr. *Tacere liceat. nulla libertas minor A rege petitur.* ed. *sæpe vel lingua magis Regi atque regno muta libertas obest.* Lips.

Pacem illi per orbem terræ. Huc procul dubio trahendi numi Neronis, de quibus post alios egit Eckhel in Doctr. NN. vet. vol. 6, p. 273. In eorum postica legitur PACE, P. R. TERRA. MARIQ. PARTA. IANVM. CLV-

XXIX. Cum per hæc atque talia Marcellus, ut erat torvus et minax, voce, vultu, oculis ardesceret: non illa nota et celebritate periculorum sueta jam senatus mæstitia, sed novus et altior pavor, manus et tela militum cernentibus. Simul ipsius Thraseæ venerabilis species obversabatur: et erant, qui « Helvidium quoque » miserarentur, « innoxiæ adfinitatis pœnas daturum. Quid Agrippino objectum, nisi tristem patris fortunam; quando et ille, perinde innocens, Tiberii sævitia concidisset. Enimvero Montanum probæ juventæ, neque famosi carminis, quia protulerit ingenium, extorrem agi. »

SIT. item PACE. P. R. VBIQ. PARTA. IANVM. CLVSIT.

Ut erat torvus. Ita edidit Pichena e vestigiis MS. Flor. in quo *uteret.* Eam correctionem veram puto. Nec ceteræ lectiones, ut Guelf. Agr. ed. pr. *vinceret;* Puteol. Beroald. et seqq. *inveheretur*, ullo modo coeunt cum verbo *ardesceret;* omninoque nullum aliud verbum, quod a *cum* pendeat, desideratur. Brevitatem orationis voluerunt explicare, qui *vinceret* vel *inveheretur* addidere. Sensus enim est: cum his atque talibus inveheretur, idque ea vehementia, ut ardor animi e vultu et oculis eluceret. MS. Bud. habuit *verteret*, quod vergit ad lectionem Flor. ERN. Bip. recepere *verteret*, et sumunt intransitive pro *verteretur* in *speciem torvi* etc. Mihi id nimis durum videtur, potiorque emendatio Pichenæ. Sic noster etiam 1, 41. *ut erat recens dolore et ira.*

Celebritate periculorum. Cum Rhenano lego *crebritate.* LIPS. Nescio, quid *celebritate* ita offenderit viros doctos, quod exquisitius pro crebritate dici, hodie notissimum est: unde, cum omnes scripti et edd. ante Freinsh. habeant (nam non Lipsius recepit, ut putat Ryckius) id cum Ryckio restitui. Cicer. ep. 7, 2. *nos hic multitudine et celebritate judiciorum, et novis legibus ita distinemur.* Ubi item Lambinus tentat *crebritate.* Mox Guelf. (et Bud.) *ulterior pavor:* sed in margine *altior:* quod Tacito dignius. ERN. Flor. Bud. Agr. *celebritate.* Prob. Heins. Lipsius quidem non recepit *crebritate*, ast in margine tamen adposuit. Mox Bud. *ulterior.*

Quia protulerit ingenium. Poeticam facultatem ostendisset. Suetonius *artem* dixit; Plinius junior *studia sua proferre.* Acidalius *sed* addi volebat, quod est in MS. Agr. Mox idem Acidalius malebat *adcusationem ingreditur* (ut 6, 4.) velut alioqui *ingreditur orditurque* idem forent. Immo *ingreditur* int. curiam, senatum. Erat enim eques modo, expectabatque foris, dum tempus esset. ERN. *Sed* non habet Bud. Idem mox *Torius*, ut c. 23.

XXX. Atque interim Ostorius Sabinus, Sorani accusator, ingreditur, orditurque « de amicitia Rubellii Plauti, quodque proconsulatum Asiæ Soranus, pro claritate, sibi potius adcommodatum, quam ex utilitate communi egisset, alendo seditiones civitatum. » Vetera hæc. Sed recens et quod discrimini patris filiam connectebat, « quod pecuniam Magis dilargita esset. » Acciderat sane pietate Serviliæ : id enim nomen puellæ fuit : quæ, caritate erga parentem, simul imprudentia ætatis, non tamen aliud consultaverat, quam de « incolumitate domus, et an placabilis Nero? an cognitio senatus nihil atrox adferret? Igitur accita est in senatum, steteruntque diversi : ante tribunal consulum, grandis ævo parens; contra filia, intra vicesimum ætatis annum, nuper marito, Annio Pollione, in exsilium pulso, viduata desolataque : ac ne patrem quidem intuens, cujus onerasse pericula videbatur.

XXXI. Tum interrogante adcusatore, « an cultus

Proconsul Asiæ. Melius, *proconsulatum*. Lips. Recepit Pichena : putatque vulgatum inde natum, quod *procos.* scriptum esset, ut in MS. Flor. Ern. Bud. *proconsul.*

Sed recens, discriminis patris filiam connectebat. Ego ex Flor. codice (qui habet *et quot discrimini*) τὸ *quot*, ut supervacuum recidendum puto. Prorsus enim Taciti fuit : *Vetera hæc, sed recens, et discrimini patris filiam connectebat.* In duobus prioribus membris orationis intelligi voluit verbum substantivum. Gron. Pichena malebat *et quod;* Freinsh. *id quod.* In utroque incommodum, τὸ *quod* bis parum suaviter concurrere. Itaque magis placet Jac. Gron. *et quo.* Ern. Cod. Agr. *et quod.* Bene. Recepere et Bip. Bud. *sed recens discrimen patris in filiam connectebat.* Lall. probat *et quo.* * Heins. conj. *ex æquo.*

Pecuniam Magis dilargita. Cape ad lucem historiæ Scholiastis hanc notam, ad illud Juvenal. 6, 552..... *faciet, quod deferat, ipse. Egnatium philosophum significat, qui filiam Bareæ Sorani, quam, cum ipse ad magicam descendisset, hortatus detulit Neroni.* Sed velim obiter corrigi : *quam, cum ipsius ad magicam descendisset hortatu, Neroni detulit.* Lips. In ed. Henninii legitur : *ipse ad magicam discendam esset hortatus.*

In exsilium pulso. Nuper inter conjuratos. Lips. Cf. 15, 71.

dotales, an detractum cervici monile venum dedisset, quo pecuniam faciendis magicis sacris contraheret? » primum strata humi, longoque fletu et silentio, post, altaria et aram complexa, « nullos, » inquit, « impios deos, nullas devotiones, nec aliud infelicibus precibus invocavi, quam ut hunc optimum patrem tu, Cæsar, et vos, patres, servaretis incolumem. Sic gemmas et vestes et dignitatis insignia dedi, quomodo, si sanguinem et vitam poposcissent. Viderint isti, antehac mihi ignoti, quo nomine sint, quas artes exerceant: nulla mihi principis mentio, nisi inter numina fuit. Nescit tamen miserrimus pater: et, si crimen est, sola deliqui. »

XXXII. Loquentis adhuc verba excipit Soranus proclamatque: « non illam in provinciam secum profectam, non Plauto per ætatem nosci potuisse: non criminibus mariti connexam: nimiæ tantum pietatis ream separarent, atque ipse quamcumque sortem subiret. » Simul in amplexus occurrentis filiæ ruebat, nisi interjecti lictores utrisque obstitissent. Mox datus testibus locus: et, quantum misericordiæ sævitia adcusationis permo-

Altaria et aram complexa. Utrum aram Victoriæ intelligit, quæ ante curiam? an altaria et aram Veneris Genitricis, in cujus templo nunc senatus? Lips. Hoc verum. Similiter ista jungit Plinius Paneg. c. 1. *inter aras et altaria*: sermo autem de templo Jovis Capitolini. Ern. Altaria et aram hic pro eodem usurpari, monet Minutolus de templis ap. Sallengre t. 1, p. 111. neque huc facere quicquam discrimen, quod notat Serv. ad Virg. Æn. 6, 124.

Tu, Cæsar, et vos, patres. Copula abest a Flor. (Agr.) et ed. pr. Quia est narrantis oratio, copulam non rejiciam. Ern. Bud. habet.

Separarent, atque ipse. Sic MSS. Flor. Agr. ed. pr. *Atque* etiam est in Guelf. sed *ipse* excidit. (Sic et in Bud.) Ceteri omnes *separarent a se.* Illud haud dubie melius, et jam Ryckio Gronovioque receptum. Sensus est: separarent modo caussam filiæ a sua: tum se facile ac libenter omnes pœnas toleraturum. Observanda elegantia in *atque*, ut in illo archimimi ap. Suet. Vesp. 19. *centum sibi sestertia parent, ac se vel in Tiberim projicerent.* Ern.

Quantum misericordiæ. Præclare

verat, tantum iræ P. Egnatius testis concivit. Cliens hic Sorani, et tunc emptus ad opprimendum amicum, auctoritatem stoicæ sectæ præferebat, habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti exercitus, ceterum animo perfidiosus, subdolus, avaritiam ac libidinem occultans. Quæ postquam pecunia reclusa sunt, dedit exemplum præcavendi, quomodo fraudibus involutos aut flagitiis commaculatos, sic specie bonarum artium falsos et amicitiæ fallaces.

XXXIII. Idem tamen dies et honestum exemplum

34. *Tantum iræ P. Egnatius. Tantum invidiæ* cod. Agric.

libri. Vulgo *quantum nunc*. Errore ex concisa ratione scribendi, *miæ*. Ingenio suo pridem hanc correctionem vindicaverat Faernus. Nec invideo ego, nec culpo. Lips. Idem in libris reperere Vertranius (in Vatic.) Ursinus. Sic plane et edit. pr. Et in Guelf. in marg. additum fuit, sed erasum, ut tamen adhuc assequi oculis liceat. Ern. Bud. *nunc*.

Honesti et exercili. Suadeo scribas, *honesti exercitus*, ex sententiæ ductu. Lips. Recepit Pichena eumque secuti omnes, contra libros. Sed veterem lectionem defendit Gronovius Obs. 2, 4. p. 234. et explicat, cujus is habitus, ea frons, quæ præferat imaginem hominis honesti et firmi atque exerciti philosophi. Eamque rationem adversus Ryckium, temere cod. Flor. auctoritate nisum, defendit late Jac. Gronovius. Mihi tamen ne sic quidem persuasum est, ut Lipsii correctionem repudiem, quam et neuter Gronovius ausus est e textu ejicere. Durius mihi videtur dictum : *auctoritatem stoicæ sectæ præferebat ore et habitu ad exprimendam imaginem h. et e.* nec ullo modo concoquo *os et habitum ad exprimendum aliquid*, pro *exprimente*. Cur non potius dixisset *ore et habitu exprimens imaginem honesti et exerciti* : quod erat in promptu. Nunc clarum est, ut opinor, voluisse alio modo dicere, quod 15, 45. dixerat. *Græca doctrina ore tenus exercitus, animum bonis artibus non induerat*. Huic simillimum est, *ore et habitu exercitus ad exprimendam imaginem honesti, ceterum animo perfidiosus etc*. Non hoc simplicius, ac melius est, quam illud, quod sine argutiis defendi et explicari non potest ? *Imago honesti* dicitur, ut apud Ciceronem sæpe *species, simulacrum honesti, virtutis*. Mox copulam *et* ante *subdolus* delevi, auctoribus codd. Flor. Guelf. Ern. (Sic et Bud.) Lipsii conjecturam firmat cod. Agr. Bip. in subsidium advocant 15, 45., *Græca doctrina ore tenus exercitus*. Dudum probarat Faernus. De re ipsa v. et H. 4, 10. Sic et Juven. 3, 115., *Stoicus occidit Baream, delator amicum*.

tulit Cassii Asclepiodoti; qui, magnitudine opum præcipuus inter Bithynos, quo obsequio florentem Soranum celebraverat, labentem non deseruit: exutusque omnibus fortunis et in exsilium actus; æquitate deum erga bona malaque documenta. Thraseæ Soranoque et Serviliæ datur mortis arbitrium. Helvidius et Paconius Italia depelluntur. Montanus patri concessus est, prædicto, ne in republica haberetur. Adcusatoribus, Eprio et

35. *Æquitate deum.* Lego *æquitatis* et *documento.* H. 2, 76., *Sibi ipse Vitellius documento est. æquitas* pro *æqualitate*, ut sæpe alibi apud nostrum. Vide Ann. 1, 4., *æqui impatiens*, qui parem non fert. Ann. 4, 25., *æqua regibus insolita.* 2, 42., *æquus locus, æqui dii* 1, 68. Similis locus H. 1, 3. extr. ubi interpretes.

Cassii Asclepiodoti. Xiphilino 62, 26. dicitur *Caspius Asclepiodotus* Nicænus, et a Galba ab exsilio revocatus narratur.

Labentem non deseruit. Cod. Agr. et Reg. *labantem*, unde edidere Ryckius, Lallemanus et Brot. *Labentem* verum est, quod bene opponitur *florenti*, non *labantem.* Sic *domus labens* ap. Virgilium i. e. ruens ad interitum. Ern. Bud. *labentem.*

Æquitate deum erga. Depravatio, quam adnoto, non tollo. Nisi placet eum Ἐπιχουρίζειν, et dicere, deos hæc iisdem oculis adspexisse, æquos bonis malisque exemplis et sine cura nostri. Lips. Quicquid dicant, Ἐπιχουρίζειν Tacitus, aut patitur sensus, qui pios etiam et divinæ providentiæ adsertores sæpe turbarunt, cum viderent scelus præmia, virtutem supplicia sequi. *Æquitatem* vocat indifferenter aliquid ferre, nihil ad id commoveri. Ut Cicero Agrar. 1, 5., *Quantum tibi agri vendet, ut alias omittam, socer tuus? et (si ego ejus æquitatem animi novi) non invitus.* Adde Observ. 4, 17. Gron. Recte. Et est similia sententia supra 14, 12. Ern. Ab epicureismi labe liberant nostrum Bip. itemque Hiller. Rac. 14. Sed Gronovius ipse animadvertit, quos sensus occasione rerum heic gestarum iste sit passus.

Paconius. Ita hic Bud. et Puteol.

Prædicto, ne in rep. Accipio, ut Romæ quidem esse ei liceret. Sed procul ab honore omni et publicis muneribus vitam ageret privatam. Lips. Formulam *patri concessus est*, pro in patris gratiam veniam accepit, illustravere alii. V. Clav. Cic. in h. v. Ern. Ab interpretatione Lipsii recedit P. Faber de Magg. Rom. c. 1. ap. Sallengre t. 3, p. 1121. Scil. Montano præceptum, ne filium haberet in urbe, sed rus relegaret. Sic rempublicam esse Romam urbem, ut ap. Vell. 2, 45. ubi M. Cato a republica (i. e. urbe) relegatur et in Cyprum quæstor cum jure prætorio mittitur; itemque ap. Sall. Cat. 19. ubi Piso quæstor pro prætore missus dicitur in Hispaniam cit. ut a republica procul abesset.

Cossutiano, quinquagies sestertium singulis, Ostorio duodecies et quæstoria insignia, tribuuntur.

XXXIV. Tum ad Thraseam, in hortis agentem, quæstor consulis missus vesperascente jam die. Illustrium virorum feminarumque cœtus frequentes egerat, maxime intentus Demetrio, cynicæ institutionis doctori: cum quo, ut conjectare erat intentione vultus et auditis, si qua clarius proloquebantur, de natura animæ et dissociatione spiritus corporisque inquirebat. Donec advenit Domitius Cæcilianus, ex intimis amicis, et ei, quid

36. *Tum ad Thraseam consilia mortis agentem.* Cod. Agr. idem, *quem illustrium virorum fam. cœtu frequentem egerat.* Malo *degerat;* nam alterum præcessit: vel *exegerat.* Ann. 3, 16., *qualem Piso diem noctemque exegisset.* H. 1, 47., *Exacto per scelera die.* Dialog. de Orat. c. 42., *erant de quibus plura dici vellem, nisi jam dies esset exactus.*

Quæstor consulis missus. Consulum ergo proprius aliquis quæstor? Apparet e Dione: qui in actis anni 716. scribit, *Ap. Claudium et C. Norbanum consules, primos binos quæstores habuisse.* Si id non sit, scribam, *quæstor consuli missus*, id esset, a consule missus. Quod fieri solere observamus in iis, qui damnati a senatu. Nam consul, ejus caput: administer autem consulis, quæstor. Dio 58, 4. de Geminio Rufo: Καὶ μαθὼν τὸν ταμίαν ἐπὶ δικαιώσει αὐτοῦ παρόντα, αὐτός τε ἑαυτὸν ἔτρωσε, καὶ ἐκείνῳ δίξας τὸ τραῦμα, Ἀπάγγειλον, ἔφη, τῇ γερουσίᾳ, ὅτι ἀνὴρ οὕτως ἀποθνήσκει. Lips.

Demetrio, cynicæ institutionis. Quæ secta revera a stoica, tunica tantum, distat. Id est, quod nudius et inverecundius cynici, quæ velant et tegunt leviter stoici. Demetrii hujus laus apud Philostratum 4, 25. de Vita Apollonii, Senecam de Benef. 7, 8. cujus verba: *Paullo ante Demetrium retuli, quem mihi videtur rerum natura nostris temporibus tulisse, ut ostenderet, nec illum a nobis corrumpi, nec nos* (omnino scribo, *et nos.* Ita enim concludit, *ne aut exemplum sacculo, aut convicium deesset*) *ab illo corripi posse. Virum exactæ* (*licet neget ipse*) *sapientiæ, firmæque in his, quæ præposuit, constantiæ.* Et epist. 63. (62.) *Demetrium virorum optimum mecum circumfero, et relictis conchyliatis cum illo seminudo loquor, illum admiror.* Vox ejus magni animi ad Neronem, ἀπειλεῖς μοι θάνατον· σοὶ δ' ἡ φύσις, apud Arrianum 1, 25. Lips.

Et auditu, si qua. MSS. Flor. Agr. (Bud.) ed. pr. *auditis.* Eodem vergit Guelf. *auditus.* Præfert J. Gron. Suspicio tamen esse potest, τὸ s adhæsisse e sequente *si*, atque inde *auditis* et *auditus* natum. Ern. *Auditis* probat Lallem. Recepi cum Bipont.

senatus censuisset, exposuit. Igitur flentes queritantesque, qui aderant, «facessere propere» Thrasea, «ne in pericula sua miscerent cum sorte damnati,» hortatur. Arriamque, tentantem mariti suprema et exemplum

37. *Et exemplum Arriæ matris sequi.* Mox *retineret* et *nec adimeret. Et ad exemplum* bene cod. Agr.

Igitur flentes queritantesque. Omnes scripti et edd. vett. *queritantes*, nisi quod nonnulli, ut ed. pr MS. Agr. *querentes*. *Quiritantes* conjectura est Rhenani, quam nec ipse recipere ausus est, recepta post tacite a Lipsio, ut opinor, et ad ceteras edd. propagata. Non ignoro, dubitari a doctis viris de verbo *queritandi*, et librarios subinde hoc verbum dedisse, ubi alii rectius alterum, ut apud Livium 39, 8. 10. 40, 9. quibus in locis vid. Drakenb. Diligentissime omnium de hoc verbo egit Schwarzius ad Plinii Paneg. c. 29. ubi omnes scripti, præter unum Salisburgensem, habent *queritantibus sociis*, et edd. veteres omnes, recentiores a Livineio inde *quiritantibus*, sine librorum vett. auctoritate. Is autem ita decernit: usum hic magis spectandum, quam analogiam, quæ sane ferat *queritare*: in ista varietate librorum tutius scribi ubique *quiritare*, donec e poeta exemplum proferatur, ubi e quantitate syllabæ secundæ de vera scriptura judicari possit: denique verbo *quiritandi* adhæsisse notionem *querendi*, et pro hoc dictum accipi posse. Bene. Interim omnibus in locis, v. c. Livii, ubi libri variant, intelligitur non merus questus, ut h. l. sed qui cum clamore conjunctus sit, et cum imploratione auxilii. In illo ipso loco Plinii *quiritantibus sociis* non est simpliciter *querentibus sociis* (quamquam sæpe apud Ciceronem et Livium *queri socii* dicuntur, hoc est, injurias ad senatum populumque deferre), sed *fidem pop. rom. implorantibus*, quod ipsum sæpe apud Ciceronem dicuntur facere, item, confugere ad fidem S. P. Q. R. Atqui talis imploratio fidei et auxilii h. l. intelligi non potest, nisi forte, quæ usitata illa formula fiat, *proh! deum atque hominum fidem!* Deinde, si nullum illud verbum est, qui fit, ut librarii tam multi, tam sæpe variisque in locis dederint. Nam alienum verbum substitui frequentissimum, sed verbum tamen. Denique in aliis locis variant tamen MSS. et vett. edd. at hic consentiunt. Igitur, etsi non definire audeo, *queritare* esse verbum probum, tamen scripturam MSS. et edd. veterum malui dare, quam meram conjecturam; facile interim passurus, si quis Tacitum *quiritantes* scripsisse malit, a quo ipse non valde abhorreo. Ex. Ap. Plin. ep. 6, 20. *infantium queritatus*.

Facessere. Heins. mallet *facesserent*. Tum cod. Agr. *miscerent*, quod et Heins. probat et Bip. admisere, non male. Bud. *miscere*.

Exemplum Arriæ matris sequi. Arria mater uxor fuit Cæcinæ Pæti, qui in partibus Scriboniani contra Claudium. Ideo ad mortem actus. Sed præivit uxor, æterno et inaudito exemplo, semet feriendo: extrac-